



387

*Mat. A - b.*



*J. Göbl*

PUBLII TERENTII

AFRI

COMOEDIAE SEX

NOVISSIME RECOGNITAE

GUM SELECTA VARIETATE LECTIONUM ET PERPETUA  
ANNOTATIONE

ACCEDIT INDEX LATINITATIS CUM INTERPRETATIONE

STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE



Scipio.

TOMUS SECUNDUS

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA DUCALI

MDCCCCLXXX

## LECTORI.

**I**N tribus Terentii fabulis, quae nobis supererant curandae, non modo non remisimus diligentiam, sed & intendimus hoc magis, quod illarum lectionem neque adhuc satis emendatam, immo passim mirum quantum affectam, neque artificium & orationem, quod decebat, fuisse exposita animadverteramus. Melius sane nunc in quam plurimis locis procedit lectio, quam quomodo adhuc in editionibus omnibus, maxime, quae Heinſio, Critico saepius degenerare, praeunte, ab editorum vulgo circumferri consuevit, constituta erat. Scilicet nostra, denuo & cum lectionibus veterum auctorum, qui nostrum laudarunt, in primis Donati interpretis, tum Codicis omnium, quidquid ogganniat Bentleius, principis, Bembini, ceteros quos Faernus, princeps pariter textus Terentiani emendator, Lindenbrogius, Bentleius, alii, praecipuos habuere, & cum editionibus praestantioribus, vetustiori nostra Argentoratensi, Tarvisinae s. Mediolanensis filia, quae sua etiam quaedam habet, Erasmica principe, praeterea Faerni, Mureti, Lindenbrogii, Heinſii, Boecleri & Guyeti, Parei, Dacieriae, Westerhovii observationibus collata & examinata, ita quam proxime abest a Codice Bembino, ut alia nulla: & ubi illius, ne dicam ceterorum, lectio turbata erat, nova quidem, sed certe ad sensus Terentiani rationem verius directa est. Quod ut facilius evinceremus, subiecimus ampliores, partim ex Donato aliisque interpretibus excerptas; partim novas nostras notas, ad intelligentiam artificii & sermonis Terentiani accommodatas; quas qui sapientiores sibi sunt, & elegantes in legendi fastidio

intelligentiam suam ponunt, per nos praetereant, sed relinquunt harum literarum studiosis, quorum ad utilitatem cuncta dirigere semper in animo fuit. Ac nobis, qui in hoc negotio quam minime otiosi versati sumus, si quae exciderint festinantius scripta, quam verius, facile condonabit prudentior quisque & aequior; etiam maiorem a nobis gratiam initurus, si meliora nos docuerit. Fidem denique, in priori volumine datam, liberamus, subiungendo indice latinitatis Terentianae, ita a nobis composito, ut pro spicilegio notarum haberi debeat. quae enim in notis exposita erant, ea huc repetere visum non fuit. Quis labor ex his omnibus nobis fuerit, quoque modo nostris curis proveniret lectio Terentiana, ii, quibus datum est de his rebus existimare, sane hodie pauciores, non tantum docti, sed (id quod maius est) experti, tum demum iudicent, si nostrum perlegerint Terentium, & cum aliorum editionibus comparatum relegerint, rationes emendandi, quas in notis l. subiectis l. in calcem reiectis breviter reddimus, examinaverint. ceteros non curamus, qui mentem superstitione captam, vel invidia motum animum gerunt. Audimus vero infufurrantes quosdam aliis, *quo diligentiores nos simus in curandis auctoribus, hoc lentius processurum esse institutum nostrum.* Utrum amicorum haec cantilena sit, an eorum, qui id unum sibi propositum habent, ut quamplurimum quam citissime lucri faciant, compertum non habemus, nisi quod ea doctis auribus ad humanitatem parum placere potest. Acceperunt certe nostri inde ab anno & paucis mensibus *tria* volumina Taciti, quae *ultimum* proxime insequetur; *quatuor* Plauti, quorum ultimum indicem novum eumque omnibus curatorem & locupletiolem habet; *unum* Sallustii,

itemque *unum* Velleii, & *duo* Terentii; praetereaque illi, qui Sallustii nostra editione iam diffracta accedere nobis amici aliique, propediem habebunt editionem secundam: atque haec XII volumina maioris moduli, pleraque literarum XXIII seriem exsuperant. Ita etiam plura dedimus, quam hi, quorum negligentiam aemulari nolumus. Accipient vero nostri hoc ipso & venturo anno a nobis *Ciceronis* opera omnia, typis recentibus, quos nuper a celeberrimo formarum artifice Parisiensi, Fournierio, comparavimus, in officina nova nostra, quam annuente Serenissimo Principe nostro instituimus, aequae eleganter & curate ad optimas editiones exscribenda. et sic credimus, nos satisfacturos esse omnibus. Verum ne in prologo longiori operam abutamur, quam in curandis ipsis auctoribus ponere melius fit; pro nobis dicta adsciscimus, quae vir eruditus olim & diligens I. I. Reiskius, Prof. Lipsiensis, meliori, dum viveret, fortuna dignus, in praefatione Theocriti an. CIOIOCCCLXV editi, de vulgari in Germania, eaque miserabili auctores edendi ratione verissime monuit: *Sed dedecus est huius seculi, in hac luce literarum, in hac bibliothecarum opulentia, non ferendum, esse in hominibus doctis, quorum pudet pigetque ignaviae, qui, cum auctorem aliquem veterem typis renovare velint, praesertim si quis adhuc est corruptior, cuiusmodi sunt in vetustis auctoribus non pauci, etiam creberrimis quidam editionibus contriti (quod vix fidem inveniat), tum exemplum eius aliquod triobolare, de genere vilissimo, mendosissimum, quod sibi perire animo ferant aequissimo, tradant operis imitandum, & mendarum typographicarum eliminationem amico cuidam suo, iuveni haud doctissimo, aut mercenario servo,*

committant, cuius fidei securi indormiscant. Videte  
 audaciam eiusmodi hominum, existimationem suam  
 pari loco, atque commoda literarum, h. e. nullo,  
 habentium. Editionis, quam titulus ab ipsis cura-  
 tam mentitur, ne folium quidem prius oculis vident,  
 quam editio prelo liberata venalis exponitur. eo  
 quidem modo veteris cuiusque auctoris editorem se ferre,  
 cuiusque sit. Ea vero laus, aut nulla est, aut perexi-  
 gua. Ego equidem eam mereri nolim, & persona  
 mea indignam iudicem; qui ita statuam, cui homini  
 docto sua dignitas cara sit, & qui aequalium suorum  
 posterorumque commodis studeat, bonaque fide de or-  
 nandis & amplificandis bonis literis cogitet, eum de-  
 cere, non ut alienae fidei ita supinus indormiat,  
 sed ut ipse quaerat, quid verum sit & genuinum, &  
 domo afferat, unde vetustus quisque auctor emenda-  
 tior, ornatior & illuminatior prodeat. Haec haecenus.  
 Erunt tamen contra qui sedulitatem meam improbent,  
 & pro importuna atque vaesana traducant. Quos ro-  
 gatos velim, primum ut cogitent, si Henrico Ste-  
 phano, si Danieli Heinsio id licuit, qui sibi sump-  
 sere, ut pro arbitrio suo textum Theocriti mutarent,  
 saepe idonea sine causa, idque inulti tulere, mihi quo-  
 que hoc licere debere. Nam aut stultitiae & imperitiae  
 esset, aut invidiae, idem factum in aliis laudare,  
 in aliis insectari odiis & convitiis. Deinde, ut a  
 carpendo tantisper sibi temperent, donec ipsi Theo-  
 critum diligenter legerint, & nostros animadversio-  
 num libellos cum eo compararint &c.

---

## DONATI PROLOGUS IN ADELPHOS.

**H**Aec fabula palliata, ut ipsum indicat nomen, ex plurali numero, quum sit una: & masculino genere, quum sit Comoedia: ex Graeca lingua, quum sit Latina, censetur. Potuit eam Terentius FRATRES dicere: sed & Graeci nominis *εὐφροίας* perderet; & praeterea togata videretur; ad summam, non statim intelligeretur, Menandri esse: quod Terentius in primis lectorem scire cupit, minus existumans laudis, proprias scribere, quam Graecas transferre. Est igitur Menandri: & a Fratrum facta, quibus argumentum nuntur, nomen accepit. Huius tota actio cum sit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianae omnes, praeter HEAUTONTIMORUMENON, tamen maiori ex parte Motoria est. nam Statarios locos perpauca habet. Prodest autem & delectat actu & stilo. In hac primae partes sunt, ut quidam putant, Demeae, ut quidam, Syri. quod si est, ut primas Syrus habeat: secundae Demeae erunt, tertiae Micionis, & sic deinceps. Quamquam enim sunt, qui putant, primas Micioni dandas, secundas Syro, tertias Demeae. nam quod ait Terentius: Senes qui primi venient: non ad partes quas dicimus, sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Haec etiam, ut cetera huiuscemodi poemata, quinque Actus habeat necesse est, choris divisos a Graecis poetis. quos etsi retinendi causa iam inconditas spectatores minime distinguunt Latini Comici, metuentes scilicet, ne quis fastidiosus finito Actu, velut admonitus abeundi, reliquae Comoediae fiat contemtor & surgat: tamen a doctis veteribus discreti atque disiuncti sunt, ut mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac Prologus aliquanto lenior inducitur; qui magis etiam in se purgando, quam in adversariis laedendis est occupatus: Protasis est turbulenta, Epitasis clamorosa, Catastrophe lenis. Quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus, cum de Comoedia quaedam diceremus. Haec sane acta est ludis scenicis funebribus L. Aemilii Pauli: agentibus L. Ambivio, & L. Turpione: qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant. Modulata est autem tibiis dextris, i. e. Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus comoediis utitur hic poeta. saepe tamen, mutatis per scenam modis, cantica mutavit: quod significat titulus scenae, habens subiectas personis literas, M. M. C. item diverbia ab histrionibus crebro pronuntiata sunt, quae significantur D. & M. literis secundum personarum nomina praescriptis in eo loco, ubi incipit scena. Adnotandum sane, quod haec fabula *πρωταίκαν προσωπον* non habet,



*h. e. personam, quae ad argumentum nihil attineat, quaeque sit assumpta extrinsecus, ut est in Andria Sofia. Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam, etiam tum rudi nomine poetae itaque sic pronuntiatam, Adelphoe Terenti, non Terenti Adelphoe: quod adhuc magis de fabulae nomine poeta, quam de poetae nomine fabula commendabatur. In hac quidem spectatur, quid inter sit inter rusticam, & urbanam vitam: mitem & asperam: coelibis & mariti: veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propositis ad exemplum, vitanda perinde, fugiendaque Terentius monstrans, artificis poetae per totam fabulam obtinet laudem.*

### A R G U M E N T U M.

**E**X duobus Atticis fratribus, alter quidem Demea nomine, rusticus coluit, uxorem duxit: filios suscepit duos, Aeschinum & Ctesiphonem. at alter, Micio nomine, uxorem non duxit, & filios procreare noluit: sed sibi filium fratris Aeschinum adoptavit: atque ita indulgenter eduxit a parvulo, ut effuse luxuriatus adolescens, ad postremum civem Atticam virginem vitaret, captus amore eius, quo facta, & cum matre puellae pepigit nuptias eiusdem, quam vitavit. cumque rem gestam ad patris, a quo adoptatus fuerat, conscientiam, iam iamque perlaturus esset: precibus Ctesiphonis, fratris sui, qui apud durum patrem atque agrestem Demeam parcius atque arctius haberetur, impulsus est, ut eidem a lenone raperet meretricem: quo facta, multiplici errore completur fabula. Nam & Demea cum hoc ipso, i. e. cum Micione litigabat, tamquam cum eo, qui corruperit adolescentem adoptatum in mores perditos, nesciens suum sibi filium Ctesiphonem esse corruptum; eluditurque a Syro & Micione per totam fabulam: et mater puellae, iam decimo mense post raptum virginis, Aeschinum credit sibi ipsi rapuisse meretricem. quae perturbatio cito in tranquillum redacta est. nam re comperta de vitio virginis, Micio dat civem Aeschino quam concupiverat: eiusque matrem ipse accipit. Deprehenso vero Ctesiphone in amore meretricis, primo irascitur Demea: post lenitur, atque habendae eius meretricis licentiam praebet. Primus actus haec continet: Micionis solius primo verba: & post, eiusdem & Demeae iurgium. Secundus actus haec continet: Lenonis alteram rixam adversus Aeschinum pro puella: eiusdem apud Syrum querelas: laetitiam Ctesiphonis: obsessionem amicae: & eiusdem gratiarum actiones apud Aeschinum. Tertius actus haec continet: trepidationem matris Sostratae & Cantharae nutricis ob parturientem Pamphilam, vitiatam ab Aeschino: Getam nuntiantem dominam

*suae per errorem, quod sibi rapuerit Aeschinus meretricem : reditum in scenam Demeae : eiusdemque cum Syro ludificante sermocinationem : interventum Hegionis : cum querela apud eundem Demeam de facto Aeschini, & consolatione Sostratae. Quartus actus haec continet : Ctesiphonis cum Syro colloquium : delusionem Demeae : eiusdemque in scenam interventum, atque secundam frustrationem per Syrum factam : Micionis cum Hegione sermonem : querelam Aeschini de rebus suis : eiusdemque cum Micione patre facetissimam decertationem : Demeae reditum in scenam ex errore, in quem eum coniecerat Syrus : & renovatum cum fratre eiusdem iurgium : processionem in scenam temulenti Syri. Quintus actus haec continet : deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice : tertium cum Micione iurgium Demeae, eiusdemque vitae pristinae correptionem : & per eum multa in comoedia nova, h. e. blandimentum circa Aeschinum, & affabilitatem circa Getam : conciliationem Syri, & uxoris eius : & veniam circa Ctesiphonem : permissionemque habendae meretricis. Servatur autem per totam fabulam mitis Micio, saevus Demea, Leno avarus, callidus Syrus, timidus Ctesipho, liberalis Aeschinus, pavidae mulieres, gravis Hegio. In dividendis actibus fabulae identidem meminerimus, primo paginarum dinumerationem neque Graecos, neque Latinos servasse : cum eius distributio huiusmodi rationem habeat, ut, ubi attentior spectator esse potuerit, longior actus sit : ubi fastidiosior, brevior atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum posse coniici & tres, & quatuor scenas introeuntium atque exeuntium personarum. Facta autem haec una est de duabus fabulis, Adelphis Menandri, & Commorientibus Diphili.*

## DONATI PROLOGUS IN PHORMIONEM.

**H**anc Comoediam, manifestum est, prius ab Apollodoro sub alio nomine, h. e. *επιδικαζομενον*, Graece scriptam esse, quam latine a Terentio Phormionem. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse, cui nomen poeta mutaverit : & errare eos, qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum : cum Graeca lingua *φισκος* sparteus & stramen nauticum sic dicatur ; a cuius rei l. capacitate, l. vilitate, etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur. Haec igitur proprie tota Matoria est, & in affectibus constituta pene maioribus, quam comicus stylus posceret : nisi quod arte poetae omnia moderata sunt. Primas in ea partes, ut ipse poeta professus est, tenet Phormio : secundas Geta : tertias Demipho : subinde ceteri, prout

cuiusque actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam pervicaciam, & simul argumentum suae purgationis inducat. Atque in ea cum & Protasis, & Epitasis, & Catastrophe magni moliminis & negotiū sint: ita variis leporibus asperguntur, ut etiam rerum tristium gravitatem poeta lepidus comica serenitate tranquillet. Haec acta est ludis Megalensibus, L. Cornelio Merula Aedili Curuli, & L. Posthumio Albino: agentibus L. Cassio Atilio, & L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis Serranis; totaque diverbiis facetissimis, & gestum desiderantibus scenicum, & suavissimis ornata canticis fuit. editaque est quarto loco, M. Valerio, & C. Fannio Coss. Persona etiam in huius protasi non una est, sed duae: quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur fabula: altera in argumento, quae narrat fabulam. Argumentum quoque non simplicis negotiū habet: nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut in ceteris fabulis. Scire autem convenit, uno die transigi Phormionem: non, ut Heautontimorumenon, duobus. Prologus correpte ἀπο τῆς προλογεῖν dicitur, non producte ἀπο τῆς προλογεῖν. nam officium prologi ante actionem quidem rei semper est: veruntamen & post principium fabulae induciitur, ut ap. Plautum in Milite glorioso, & ap. ceteros magnae auctoritatis veteres poetas.

## A R G U M E N T U M.

**C**UM Chremes, Demiphonis frater, adscito sibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem se dici fecerat, duas eodem tempore habuisset uxores, Athenis divitem, pauperem Lemni: ex divite suscipit filium, qui dictus est Phaedria: ex paupere furtim suscepit atque educavit filiam, Phanium nomine, eamque, consilio cum fratre habito, destinavit filio eius Antiphoni uxorem dare. Quibus complacitis, uno tempore profecti Athenis senes, Demipho in Ciliciam, Chremes Lemnum ad arcessendam filiam, quae iam illinc cum matre navigaverat, occasionem dederunt amandi adolescentibus. Nam statim Phaedria citharistriam sub lenone coepit ardere: Antipho illam filiam patruī, Phanium, desponsatam sibi, nesciens nescientem, mox ut Athenas venit, nec patrem reperit, falsa duplici eius nomine, matrem mortuam dum lamentatur, adamavit: consilioque & opera parasiti, secundum leges Atheniensium, quasi sibi cognata esset, tamquam in iure victus & velut coactus, eam accepit uxorem per absentiam patris. Qui cum advenisset, & vellet eam expellere: primo consutatur per impudentiam parasiti. post cum suo fratre sic decipitur, ut dum eam credit ab Antiphone

posse disiungi, eam parasitus ipse ducat uxorem : & det duelluro XXX minas praesentes dotis, puellae nomine, quas Phormio acceptas Phaedriae dedit : ille, lenoni ad citharistriam redimendam. Quibus gestis tandem Chremes agnoscit filiam suam coniunctam esse fratris filio. Quare dum mutato consilio XXX minas a Phormione per rixam conatur exigere ; per eundem proditus uxori suae Nausistratae est : & factus libidinis reus, non ante veniam meruit a matrefamilias, quam & XXX minarum, & amoris citharistriae veniam dedisset filio. Primus actus est in colloquio Davi & Getae : per quos discit populus argumentum. Secundi actus tenor continet adventum senis turbulentum, & eiusdem iurgium adversus Getam & Phaedriam. Tertio actui attribuitur litigium senis & Phormionis, tum consultatio cum advocatis, tum Antiphonis in scenam reditus : colloquiumque cum Geta, tum lenonis & Phaedriae colluctatio, tum adhortatio Getae de inveniendo argento ad redimendam Phaedriae citharistriam. Quartum actum ista concelebrant : adventus Chremetis : eiusdemque cum fratre deliberatio per errorem de eicienda Phanio. Getae verba de fallendis senibus. Antiphonis oratio apud semetipsum de amore tractantis. Getae rursus cum senibus callida, & mox cum Antiphone de eadem causa simplex disputatio, senum inter se colloquium de expulsionem mulieris, & ad extremum verba Chremetis agnoscentis nutricem, ac per eam filiam suam cum Antiphone coniunctam. In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine : & convenitur Nausistrata, ut exire domo compellat Phanium, nuntiatum Antiphoni & Phormioni per Getam, Phanium a patre agnitum, permissamque ut uxor habeatur, quae cum ita nupta sit, exposcitur argentum a Phormione per rixam senum : a quibus ille oppressus, rem omnem aperit Nausistratae, ad quod primum irata, ut in tali re, uxor, mox lenitur in fine fabulae : & tutissimum a patris iracundia praestat Phaedriam.

## DONATI PROLOGUS IN HECYRAM.

**H**Aec fabula, Apollodori esse dicitur Graeca : nam & ipsa & Phormio ab eodem dicuntur esse translatae : cum reliquae quatuor sint Menandri comici. Hecyra autem dicitur ideo, quia per socrus & soceros in ea geruntur multa. Nam & *εργος* & *εργα* soceri nomen, socrusque significant. Est autem mixta motorius actibus, ac statarius : multumque sententiarum & figurarum continet in toto stylo. Unde cum deleat plurimum, non minus utilitatis affert spectatoribus. Atque in hac primae partes sunt Lachetis, secun-

dae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis: ac deinceps aliarum personarum, quae his adiunctae sunt. Divisa est autem, ut ceterae, quinque actibus legitimis, quos in subditis distinguemus. In hac prologus est & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quod saepe exclusa haec comoedia, diligentissima defensione indigebat. atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus, Sex. Julio, C. Rabirio Aedilibus curulibus. egitque L. Ambivius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Graeca est, factaque & edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio Coss. Cantica & diverbia summo in hac favore suscepta sunt. *περοαλιζα* in hac *περοσωπα*, i. e. personae extra argumentum, duae sunt, Philotidis & Syrae. In tota comoedia hoc agitur, ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim benevolae socrus, verecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus, & item deditus matri suae, meretrix bona.

## A R G U M E N T U M.

**V**itiatam in tenebris ante nuptias, cui anulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit uxorem gravidam ex compressu suo. Quam peregre profectus, cum reliquisset domi, rediens parientem offendit furtim & apud matrem suam. Qua re commotus, dum repudium invitis parentibus, & causam repudii nescientibus, parat: per meretricem, apud quam anulus est, cognoscit tandem, a se vitiatam uxorem, & ex se natum filium. Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenae Syrae, inter se primum, deinde cum Parmenone: ut per harum personas, quae *περοαλιζα* dicuntur, argumentum spectator discat. Secundi actus tenor in hoc est: immeritam uxorem, veluti malam socrum, accusat Laches: & convenit Phidippum de eadem causa. statim post quorum colloquium, conquestio inducitur Sostratae, quod falsum crimen invidiosumque sustineat. Tertio actui haec adscribuntur: conquestio Pamphili peregre redeuntis, de amore suo circa uxorem. partitudo Philumenae. Sostratae verba super aegritudine nurus, quam morbo credit afflictam. stetus Pamphili errantis, cum putat non ex se filium natum esse. colloquium Parmenonis cum pueris a navi venientibus, us mox loquatur cum ipso Pamphilo, a quo in arcem mittitur. item Lachetis, Phidippique & Pamphili verba de reconcilianda illi coniuge: & eorum ab invicem litigiosa dissensio. Quartum actum haec complent: perturbatio Myrrhinae ex interventu mariti: & eiusdem cum eo nimis callida ac muliebris astutiae disceptatio: So-

*stratae, Pamphili, Lachetisque colloquium: inelamatio patris & soceri adversum Pamphilum uxorem recusantem: conventio meretricis promittentis se iusiurandum matronis exhibituram de non admissio ad se Pamphilo. In quinto actu Bacchidis narratio de intus gestis, & colloquium cum Parmenone inducitur: quem nuntium mittit ad Pamphilum: Pamphilique ad ultimum actio gratiarum apud ipsam Bacchidem. Docet autem Varro, neque in hac fabula, neque in aliis esse mirandum, quod actus impares scenarum paginarumque sint numero: cum haec distributio in rerum descriptione, non in numero versuum constituta sit: non apud Latinos modo, verum etiam apud Graecos ipsos.*

## ERRATA.

Pag. 46. lin. 1. lege versum sic:

*Patiamur ne, an narremus cuiquam? C. au, mi homo, sanun<sup>s</sup>  
ne es? an*

Pag. 149. lin. text. penultima amittere; leg. mittere.

LIBRARY OF THE  
AMERICAN ASSOCIATION  
PUBLII TERENTII  
ADELPHI.

ACTA LUDIS FVNEBRIBUS .L. AEMILII  
PAULLI , QUOS FECERE Q. FABIVS  
MAXIMVS , P. CORNELIVS AFRICANVS.  
EGERE L. ATILIVS PRAENESTINVS ,  
MINVCIVS PROTHIMVS. MODOS FECIT  
FLACCVS CLAVDII , TIBIIS SARRANIS.  
FACTA GRAECA MENANDRU. L. ANICIO  
M. CORNELIO COSS.

*P E R S O N A E.*

PROLOGUS.	SOSTRATA, matrona.
MICIO, fenex.	CANTHARA, nutrix.
DEMEA, fenex.	PAMPHILA, filia Softr.
SANNIO, leno.	GETA, fervus.
AESCHINUS, adolesc.	HEGIO, fenex.
SYRUS, fervus.	DROMO, fervus.
CTESIPHO, adolescens.	

*P E R S O N A E M U T A E.*

PARMENO, fervus.

PSALTRIA.



# M. ANT. MURETI

## ARGUMENTUM.

**M**icio, et Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille urbanam vitam secutus est; hic rusticam: ille caelebs vixit, hic uxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos; hic saevus etiam in suos: ille etiam in ira placidus; hic etiam citra iram ferox. Erant Demeae filii duo: ex quibus natu maiorem Aeschinum sibi adoptavit Micio, eumque secum in urbe liberalissime indulgentissimeque educavit; minorem Ctesiphonem ruri secum severe inprimis ac restricte habuit pater. Aeschinus multas meretrices, patre ad omnia connivente, adamavit; multa convivia celebravit; quae denique iuventus fert, ea omnia non libere modo, sed etiam licenter exercuit, postremo usque eo progressus est: In virginem pauperulam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sancte secum et pudice, ut poterat, educabat, noctu temulentus cum incidisset, vim ei attulit, gravidamque fecit. venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicensque, se puellam uxorem ducturum, ea fide data, et ignotum est, et tacitum. Ctesiphon, cum in urbem interdum ventitaret, ipse quoque eitharistriae cuiusdam amore correptus est. totam eius rei famam, ne qua emanaret, ac perveniret ad Demeam, in sese Aeschinus trans-

## A D E L P H O R U M

ferebat. tandem, cum leno, puellae dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erat, vellet in manum dari, aut se eam alii venditurum minitaretur; adductus in summam desperationem Ctesipho iam de relinquenda patria cogitabat: cum Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est; et ipsum, et familiam conrudidit pugnis, puellamque per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur tota urbe rumor. venit Demea, Micionem obiurgat, inclamat, testatur Deos atque homines, quod dissolutus, quod intemperans, quod vinosus, quod scortator, quod nullius bonae rei Aeschinus foret, omnem in Micione uno haerere culpam. Diis gratias agere, quod ille saltem, quem ipse ruri haberet, frugi ac temperans esset; rei studeret, et famae; illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam et fratris disciplinam. placat hominem, quantum in se est, Micio: iamque se ab eo expediverat, cum supervenit aliud, quod maiores etiam tumultus exci- taret. Raptam ab Aeschino citharistriam, perfertur ad matrem Pamphilae; quae quidem Pamphila ita erat ad pariendum vicina, ut iam e dolore laboraret. quid faceret misera? mutatum Aeschini animum, se vero, filiamque suam proditas per summam perfidiam, ac desertas putabat. Cetam servulum, qui pauperem familiam solus, ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellae cognatum, iuocetque ei rem, ut erat

exponere. interea audierat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione affuisse: iamque totus in sermone, ut aiunt, erat, cum ei Syrus, servus vaferrimus, mendaciolum adspergit: venisse quidem rure Ctesiphonem; sed venisse, obiurgatum Aeschinum, multa ei medio foro mala dixisse, deinde rediisse rus in praefecturam suam. lacrumare gaudio Demea, et gratulari sibi, quod unum saltem haberet, in quo exstaret paternae severitatis exemplum. dum rus redit, incidit in Hegionem, a quo de constuprata per vim ab Aeschino Pamphila intelligit. denuo commotus, dum fratrem, ut in eum iram evomeret, quaerit, obvium habuit mercenarium a villa, ex quo seiscitatus de filio, accipit, non esse ruri. redit ad Syrum; a quo ei rursus novum mendacium, velut offa in os, ne latraret, obiicitur. quaerit, ubi fratrem reperire posset: id vero ita indicavit Syrus, ut infelix senex, dum illius verbis fidem habet, nequidquam omne oppidum perreptaverit. Interea Micio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres profectus, iacentes iam et afflictas erexerat, labantes et dubias confirmaverat, tristitia ac moerore confectas recreaverat, pollicitus, se Aeschino Pamphilam uxorem daturum. venit Demea. clamor, iurgium, convicia. etiam eo praesente, servulus quidam Ctesiphonem per imprudenciam nominat: ille cum subito per vim in aedes irrupisset, quem iampridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre

## 6 ADELPHORUM ARGUMENTUM.

denique, eum accubantem cum amica, et suaviter  
 positantem deprehendit. Ibi vero tanta iracundia in-  
 citatus est, ut arderet. satis diu vociferatus cum esset,  
 tandem placida et composita Micionis oratione eo  
 perducitur, ut, deposita vetere saevitia, benignus,  
 affabilis, lepidus esse meditetur. itaque ipso non per-  
 mittente tantum, sed etiam iubente, puerpera do-  
 mum traducitur; fiunt nuptiae; lenoni numeratur ar-  
 gentum; Micio ipse Sostratam ducit uxorem; He-  
 gioni datur, unde vivat; Syrus una cum Phrygia  
 uxore manumittitur. cum Micio, ceterique omnes,  
 sed tamen praecipue Micio, illam tantam, tam in-  
 speratam, tam subitam mutationem admiraretur;  
 gravi et cordata oratione claudit fabulam Demea:  
 si omnia profundere, si in omni libidine ac nequitia  
 vivere, si totam rem helluationibus, scortationibus,  
 largitionibus consumere libeat; nihilo id sua magis,  
 aliquanto etiam minus, quo sibi minus aetatis su-  
 persit, quam aliorum interesse; sin corrigi se in loco,  
 et modice coerceri atque admoneri velint, eum esse  
 se, qui id praestare possit. permittuntur ei omnia,  
 ita fabula concluditur.

PUBLII TERENTII AFRI

ADELPHI.

PROLOGUS.

**P**ostquam poeta sensit, scripturam suam  
 Ab iniquis observari, et adversarios  
 Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:  
 Indicio de se ipse erit <sup>1</sup>: vos eritis iudices,  
 Laudine an vitio duci factum id oporteat. <sup>5</sup>  
*Synapothnescontes* Diphili <sup>3</sup> comoedia est.  
 Eam *Commorientes* Plautus fecit fabulam <sup>4</sup>.  
 In Graeca adolescens est, qui lenoni eripit  
 Meretricem, in prima fabula <sup>5</sup>. eum Plautus locum

<sup>1</sup> Et in hoc consuetudinem  
 suam servat, ut maledictis  
 L. Lanuvini respondeat. cf.  
 Andr. Prolog. v. 7.

<sup>2</sup> Ipse deferret ad iudices,  
 s. denunciabit id, quod ar-  
 guit invidus poeta.

<sup>3</sup> Poeta Graecus *καπι-  
 κολατος και γυναικολατος* aevi,  
 cuius Menander princeps  
 habetur.

<sup>4</sup> Est in deperditis Plauti,  
 Varro tamen ap. Gell. III,

<sup>3</sup> eam quoque Plauti esse  
 negat. Inde iam olim di-  
 versae de auctore sententiae  
 fuisse videntur. Sed fidem  
 habeamus Terentio, et cre-  
 damus, veram Plautinam in-  
 teruisse, aliamque eiusdem  
 nominis ab alio scriptam,  
 in eius locum substitutam  
 esse, quam Varro abiudica-  
 verit Plauto.

<sup>5</sup> h. e. in prima parte fa-  
 bulae.

Reliquit integrum <sup>1</sup> : eum hic locum sumpsit  
fibi 10

In Adelfhos : verbum de verbo expreffum extulit <sup>2</sup>.  
Eam nos acturi fumus novam. pernofcite,  
Furtumne factum existumetis, an locum  
Reprehenfum <sup>3</sup>, qui praeteritus neglegentia est.  
Nam quod ifti dicunt malevoli, homines no-  
biles <sup>4</sup> 15

Eum adiutare, affidueque una fcribere :  
Quod illi maledictum vehemens effe existumant,  
Eam laudem hic ducit maxumam; cum illis placet,  
Qui vobis univerfis et populo placent,  
Quorum opera in bello, in otio, in negotio, 20  
Suo quifque tempore ufu' est fine fuperbia <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> cf. ad Heaut. Prol. v. 4.

<sup>2</sup> h. e. a Plauto relictum  
primus protulit, edidit.

<sup>3</sup> h. e. retractum, quasi  
qui Plautum effugerat. Pla-  
ne ut Cic. in Verr. III,  
20 quod erat praetermissum,  
id quaestu ac tempore admo-  
nitus reprehendisti; cf. &  
Phaedr. V, 8, 4. Curt. IV,  
14, 3. Iustin. XXXVIII,  
9, 8; ibique notata a Ber-  
negg. Vorstio & Fabro.

<sup>4</sup> Scipionem & Laelium,

(addit Don. & P. Furium)  
quos ipse mox laudibus ef-  
fert magnifice. cf. ad Heaut.  
Prol. 24 sq.

<sup>5</sup> h. e. sine fastidio; quasi  
dixerit: Nemo tam super-  
bus est, qui eorum opera  
in bello, otio, negotio,  
fitoque periculo uti nolue-  
rit. Quid autem ego eorum  
in me studia repellam? Con-  
feramus h. l. laudes, quas  
Velleius I, 13 Scipioni tri-  
buit: quippe Scipio tam ele-

Dehinc ne expectetis argumentum fabulae <sup>1</sup>:  
Senes qui primi venient, hi partem aperient,  
In agendo partem ostendent. facite, aequanimitas  
Vestra poetae ad scribendum augeat industriam. 25

## ACTUS I. SCENA I.

## M I C I O.

**S**Torax!.... <sup>2</sup> non rediit hac nocte a coena Aeschinus,  
Neque fervolorum quisquam, qui advorsum  
ierant.  
Profecto hoc vere dicunt: si absis uspiam,  
Aut ubi si cesses; evenire ea fatius est,  
Quae in te uxor dicit, et quae in animo cogitat <sup>3</sup>

*gans liberalium studiorum, omnique doctrinae & auctor & admirator fuit, ut Polybium, Panaetiumque, praecellentes ingenio viros domi militiaeque secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit: semperque aut belli, aut pacis servivit artibus: semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.*

<sup>1</sup> In quo enarrando alias Prologus versabatur.

<sup>2</sup> Cum exeundo vocasset Storacem, nemoque fervorum respondisset, post aliquantulum temporis ex silentio coniecturam facit, suosque sensus eloquitur. Sapienter hoc monet post Don. Dacieria, notatque alios, qui post ierant signum rogandi ingerunt. Nemo certe responderet.

Irata, quam illa, quae parentes propitii.  
 Uxor, si cesses, aut te amare cogitat,  
 Aut tete amari, atque potare, atque animo ob-  
 sequi,

Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male.

Ego, quia non rediit filius, quae cogito! 10

Quibu' nunc sollicitor rebus! ne aut ille alferit,

Aut uspiam ceciderit, aut praefregerit

Aliquid. vah, quemquamne hominem in animo  
 instituere<sup>1</sup>, aut

Parare, quod sit carius, quam ipse est sibi!

Atque ex me hic natus non est, sed ex fratre<sup>2</sup>.

is adeo

15

Diffimili studio est iam inde ab adolescentia.

Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium

Secutus sum: et, quod fortunatum isti putant<sup>3</sup>,

Uxorem nunquam habui. ille contra haec omnia:

Ruri agere semper vitam, parce ac duriter 20

<sup>1</sup> Quasi insitivum; me-  
 taph. ab arboribus sumpta,  
 & adoptioni aptissima.

<sup>2</sup> Iam aperiet partem ar-  
 gumenti, describendis mo-  
 ribus fratris suisque, & fi-  
 liorum diversis.

<sup>3</sup> Scil. qui urbanam vi-  
 tam sequuntur, *coelibem*, ut  
 ait Don. quasi *coelitem* di-

cunt. Menander: *Ω μακα-  
 ριον με, γυναικα & λαμβανω  
 & οστις γενομενος βουλεται  
 ζην ηδως, Ετιρων γαμουτων,  
 ωλος απεχισθα γαμων.* Ex his  
 locis bene pugnat Dacieria  
 contra illos, qui putarunt,  
*7o* *istli* referri ad eos, qui a  
 Micione dissentiant, uti sic  
 fortunatum putetur, habere



Se habere <sup>1</sup>. uxorem duxit <sup>2</sup> : nati filii  
 Duo. inde ego hunc maiorem adoptavi mihi :  
 Eduxi a parvulo , habui , amavi pro meo.  
 In eo me oblecto : solum id est carum mihi <sup>3</sup>.  
 Ille ut item contra <sup>4</sup> me habeat , facio sedulo : <sup>25</sup>  
 Do <sup>5</sup> , praetermitto <sup>6</sup> , non necesse habeo <sup>7</sup> omnia  
 Pro meo iure agere : postremo , alii clanculum  
 Patres <sup>8</sup> quae faciunt , quae fert adolescentia ,  
 Ea ne me celet , consuefeci filium :  
 Nam qui mentiri , aut fallere infueverit patrem ,  
 Audebit : tanto magis audebit ceteros <sup>9</sup>.  
 Pudore et liberalitate liberos

30

uxorem ; quod certe non  
 convenit in Micionem , suae  
 vitae laudatorem . Sic & in-  
 epte coniecit Guyet. *quod*  
*isli infort. putant.*

<sup>1</sup> Opponitur ei , qui cle-  
 menter se habet , sibi que vivit ;  
 cf. infra V , 2 , 12 , ubi Demea  
 vitam , quam vixit duram ,  
 acrioribus verbis ipse notat.

<sup>2</sup> Hinc Demea l. c. *quam*  
*ibi miseriam vidi!*

<sup>3</sup> Auger neutrum hoc ,  
 et *solum* habet vim superla-  
 tivi . Similis dictio : *nihil eo*  
*mihi carius est* , & supra v.

<sup>14</sup> *in animum instituire , quod*  
*fit carius , quam &c.* Sed &  
 referas *id* ad praecedentia.

<sup>4</sup> *Item contra h. e. vicissim* ,  
 uti Eun. IV , 1 , 10 & clarius  
 etiam Hec. IV , 1 , 7 . Simi-  
 liter Plautus Merc. V , 241  
*contra pariter.* cf. infra v. 48  
*Studet par referre.*

<sup>5</sup> int. sumptum.

<sup>6</sup> int. peccata.

<sup>7</sup> h. e. non opus s. utile  
 habeo.

<sup>8</sup> int. suos,

<sup>9</sup> int. fallere.

Retinere , fatius esse credo , quam metu.  
Haec fratri mecum non conveniunt , neque placent.

1 Venit ad me saepe clamans : quid agis , Micio ? 35  
Cur perdis adolescentem nobis ? cur amat ?  
Cur potat ? cur tu his rebus sumptum suggeris ?  
Vestitu 2 nimio indulges : nimium ineptus es.  
Nimium ipse est durus , praeter aequumque et bonum :

Et errat longe , mea quidem sententia , 40  
Qui imperium credat gravius 3 esse aut stabilius ,  
Vt quod fit , quam illud , quod amicitia adiungitur 4.

Mea sic est ratio , et sic animum induco meum :  
Malo coactus qui suum officium facit ,  
Dum id rescitum iri credit , tantisper cavet ; 45  
Si sperat fore clam , rursus ad ingenium redit.  
Quem beneficio adiungas , ille ex animo facit ;  
Studet par referre , praesens absensque idem erit.

1 Laudat seqq. quinque versus Cic. de Inv. I, 19 ut exemplum narrationis : *Illam autem narratio , quae versatur in personis , eiusmodi est , ut in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones , & animi perspicui possint , hoc modo : Venit ad me saepe clami-*

tans &c.

2 *Vestitu* , pro *vestitui* , antique.

3 h. l. plus ponderis & venerationis habens.

4 Sententiam eandem proferunt Cic. de off. II, 7. Sall. Cat. 9 & Jug. 3 & 10. Nepos Dion. 5 &c.

Hoc patrium est, potius consuefacere filium,  
Sua sponte recte facere, quam alieno metu. 50  
Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,  
Fateatur nescire imperare liberis.

Sed est ne hic ipse, de quo agebam? et certe  
is est.

Nescio quid tristem video. credo iam, ut solet,  
Iurgabit.

ACTUS I. SCENA II. \*

MICIO, DEMA.

**M.** Salvom te advenire, Demea,  
Gaudemus. **D.** ehem<sup>2</sup> opportune! te ipsum  
quaerito.

**M.** Quid tristis es<sup>3</sup>? **D.** rogas me, ubi<sup>4</sup> nobis  
Aeschinus

<sup>1</sup> Advenit iam ad Micionem frater Demea, cuius ingenium saevius iam apparebit, cum mitiori Micionis animo comparatum. Clamat autem novum scelus Aeschini filii, qui Micioni adoptatus erat. Et sic narratio argumenti continuatur ab altero sene.

<sup>2</sup> Vide quam agrestem &

iracundum animum is praeferat primo aspectu, quo subito commotus, nec resolutans, statim clamat: *ehem*.

<sup>3</sup> Mitius rogas. *Es*. vero tristitia in fronte irarum aut saevitiae.

<sup>4</sup> h. e. penes quem, ut Dacieria optime reddidit. Alii in eo misere laborant.

Siet, quid tristis ego sim? *M.* dixin' hoc fore 1?  
 Quid fecit? *D.* quid ille fecerit! quem neque  
 pudet

Quidquam, nec metuit quenquam, neque legem  
 putat

Tenere se ullam. nam illa, quae antehac facta sunt,  
 Omitto: modo quid designavit 2! *M.* quidnam  
 id est?

*D.* Fores effregit, atque in aedes irruit  
 Alienas: ipsum dominum 3, atque familiam 10  
 Mulcavit usque ad mortem: eripuit mulierem,  
 Quam amabat 4: clamant omnes 5, indignissime  
 Factum esse. hoc adveniēti quot mihi, Micio,  
 Dixere? in ore est omni populo. denique 6,  
 Si conferendum exemplum est, non fratrem  
 videt

15

1 Scorsum ad spectatores  
 hoc dicit; dein ad fratrem  
 convertitur.

2 *Don.* observat: *designare est rem novam facere in  
 utramque partem, & bonam &  
 malam.* Nobis videtur idem,  
 ac rem insignem & atrocem  
 fecit, s. insignitius admisit.

3 Sic dicit, non *lenonem*,  
 ut crimen maius videatur.

4 Id putat *Demea*, sed  
 fallitur. Amabat enim per-

ditate ipse ille filius, quem  
 mox melius moratum lau-  
 dat pater. Fratris causa e-  
 ripuerat puellam *Aeschini-*  
*nus.*

5 Vide, quam augeat rem  
 eiusque ignominiam.

6 Iam ad suum contra  
 laudandum desciscet, ut ar-  
 guat ipsum fratrem, ipse,  
 qui sibi videtur virtutis ma-  
 gister ac propugnator.

Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?  
Nullum huius simile factum. haec cum illi<sup>1</sup>,  
Micio,

Dico, tibi dico: tu illum corrumpi finis.

M.<sup>2</sup> Homine imperito nunquam quidquam iniustius,

Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. 20

D. Quorsum istuc? M. quia tu, Demea, haec male iudicas<sup>3</sup>.

Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum scortari, neque potare: non est: neque fores

Effringere. haec si neque ego, neque tu fecimus,

Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi 25

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Iniurium est: nam si esset, unde id fieret,

Faceremus: et tu illum tuum, si esses homo<sup>4</sup>,

Sineres nunc facere, dum per aetatem licet,

<sup>1</sup> h. e. in illum.

<sup>2</sup> Micio se a fratris importunitate vindicare studens, cum re ipsa Aeschini factum improbet, eius & sui defensionem suscipit, arguendo fratrem *imperitiae*, quae rusticorum hominum est. *Amatoriae levitates* dicuntur urbanis, quae rusticis sunt flagitia. Neque vero haec di-

xit Micio, nisi ut contra aegre fieret Demeae.

<sup>3</sup> Satis sedata voce haec pronuntiat, ut hoc magis contrarius sit Demeae irato.

<sup>4</sup> h. e. humanus, h. e. neque rudis iugeni, neque saevi & impatientis animi. cf. Andr. I, 5, 1. Heaut. I,

2, 31.

Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?  
Nullum huius simile factum. haec cum illi<sup>1</sup>,  
Micio,

Dico, tibi dico: tu illum corrumpi finis.

M.<sup>2</sup> Homine imperito nunquam quidquam in-  
iussius,

Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. 20  
D. Quorsum istuc? M. quia tu, Demea, haec  
male iudicas<sup>3</sup>.

Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum  
Scortari, neque potare: non est: neque fores  
Effringere. haec si neque ego, neque tu fecimus,  
Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi 25  
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Iniurium est: nam si esset, unde id fieret,  
Faceremus: et tu illum tuum, si esses homo<sup>4</sup>;  
Sineres nunc facere, dum per aetatem licet,

<sup>1</sup> h. e. in illum.

<sup>2</sup> Micio se a fratris impor-  
tunitate vindicare studens,  
cum re ipsa Aeschini factum  
improbet, eius & sui defen-  
sionem suscipit, arguendo  
fratrem *imperitiae*, quae ru-  
sticorum hominum est. Ama-  
toriae levitates dicuntur ur-  
banis, quae rusticis sunt fla-  
gitia. Neque vero haec di-

xit Micio, nisi ut contra ae-  
gre fieret Demeae.

<sup>3</sup> Satis sedata voce haec  
pronuntiat, ut hoc magis  
contrarius sit Demeae irato.

<sup>4</sup> h. e. humanus, h. e. ne-  
que rudis ingenii, neque  
saevi & impatientis animi.  
cf. Andr. I, 5, 1. Heaut. I.  
2, 31.

Potius quam, ubi te expectatum eiecisset foras<sup>1</sup>, 30

Alienore aetate<sup>2</sup> post faceret tamen.

D. Pro Iupiter<sup>3</sup>! tu homo<sup>4</sup> adigis me ad infamiam.

Non est flagitium, facere haec adolescentulum?<sup>5</sup>  
M. ah<sup>6</sup>,

Ausculata, ne me obtundas de hac re saepius.

Tuum filium dedisti adoptandum mihi: 35

Is meus est factus. si quid peccat, Demea,  
Mihi peccat: ego illi<sup>6</sup> maxumam partem feram.

Obsonat, potat, olet unguenta de meo.

Amat? dabitur a me argentum, dum erit commo-  
dum<sup>7</sup>:

<sup>1</sup> Te, cuius mortem pridem expectavit, citius & sine honore extulisset.

<sup>2</sup> Quae amoribus & conviviis tempesta esse desit. Tibull. I, 185 *Iam subrepet iners aetas, nec amare decebit.*

<sup>3</sup> Tragica exclamatio hominis iratamenti.

<sup>4</sup> Indignabundus reddit illi iam illud homo.

<sup>5</sup> Obtudenti fratri re-  
clamat, et qui ista non tam

probet, quem iurgio finem facere velit, provocando ad ius suum, rediget vehementiori responso ad mansuetiorem rationem, l. potius metum.

<sup>6</sup> Illi Donatus dicit h. l. non esse pronomen, sed adv. pro illic; et feram exponit per *sustinebo*.

<sup>7</sup> h. e. non molestum, s. quoad potero. l. libuerit. Mox dicit & *adhuc non molesta sunt*.

Ubi non erit, fortasse excludetur foras 1. 40

Fores effregit? restituentur. discidit

Vestem? refarcietur. est diis gratia,

Quum est unde haec fiant: et adhuc non molesta sunt 2.

Postremo aut desine, aut cedo quemvis arbitrum 3:

Te plura in hac re peccare ostendam. D. hei mihi! 45

Pater esse 4 discite ab illis, qui vere sciunt 5.

M. Natura tu illi pater es, consiliis ego.

D. Tun' consulis quidquam 6? M. ah, si pergis, abiero.

D. Siccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?

1 int. ab amicibus. cf. Eun. I, 1, 4 & 2, 8. Dicit autem indulgenter fortasse, quasi filius etiam amari possit ab amica, gratisque admitti: quod observavit Don. seu quisquis ei sua adtexuit.

2 int. quae ille fecit, & tu male putas flagitia esse.

3 Qui litem hanc nostram ex aequo & bono s. pro humanitate dirimat. Indicat igitur, non modo ex iure,

Terentius T. II.

sed & ex humanitate se superiorem fore, & innuit cessurum esse de iure paterno. vid. v. 53.

4 int. animo (cf. infra V, 7, 4) s. consiliis, uti mox, s. cura, uti Sall. Catil. 6 a curae similitudine Patres appellabantur.

5 int. patres esse.

6 Contumeliosius rogat, quia ille dixerat: consiliis ego.



*D.* Curae est mihi. *M.* et mihi curae est: verum, Demea, 50

Curemus aequam uterque partem: tu alterum, Ego item alterum. nam ambos curare, prope-modum

Reposcere illum est, quem dedisti. *D.* ah! Micio 1:

*M.* Mihi sic videtur. *D.* quid istuc 2? tibi si istuc placet,

Profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet. 55

Iam si verbum ullum posthac. *M.* rursus, Demea,

Irascere? *D.* an non credis 3? repeton' quem dedi?

Aegre est 4: alienus non sum. si obsto 5: hem! desino.

Unum vis curem: curo: et est diis gratia 6,

Quom ita, ut volo, est. iste tuus 7 ipse sentiet 60

Posterius 8: nolo in illum gravius quidquam dicere.

1 Territus ultimis verbis, quasi de reddendo filio reposcenti exclamat cum dolore, cui subest ira, mox eruptura.

2 h. e. non tibi in eo amplius resisto.

3 int. me istum tuum non amplius curare velle.

4 int. mihi, qui tamen natura sum pater; neque adeo alienus.

5 Ira abrumpit sermonem. Dicere voluit: si obsto, facio id affectu paterno.

6 Reddit iratus Micioni, quae respondeant illis v. 42.

7 Micio v. 36 dixerat *Is meus est factus.*

8 Cohibet, ne ira in diras vertat, s. quae non sint dicta parentis. Dicere autem potuit: *se per te periisse.*

## ACTUS I. SCENA III.

M I C I O <sup>1</sup>.

**N**Ec nil, neque omnia haec sunt, quae dicit. tamen,

Nonnil molesta haec sunt mihi; sed ostendere;  
 Me aegre pati <sup>2</sup>, illi nolui. nam ita est homo:  
 Cum placo <sup>3</sup>, advorsor sedulo, et deterreo;  
 Tamen vix humane patitur <sup>4</sup>: verum si augeam, <sup>5</sup>  
 Aut etiam adiutor sim eius iracundiae;  
 Insaniam profecto cum illo. etsi Aeschinus  
 Nonnullam <sup>5</sup> in hac re nobis facit iniuriam.  
 Quam hic non amavit meretricem? aut cui non  
 dedit

Aliquid? postremo nuper (credo iam omnium <sup>10</sup>  
 Taedebat, ) dixit, velle uxorem ducere <sup>6</sup>.

<sup>1</sup> Micio post fratris irati abitionem transit ad eorum, quae dixerat, correctionem, plenam humanitatis; quae uti Melanchthon ait, mediocritatem probat.

<sup>2</sup> int. rem, h. e. admissa ab Aeschino.

<sup>3</sup> h. e. placare volo.

<sup>4</sup> h. e. vix comprimit iracundiam, aequum se s. moderatum praebet.

<sup>5</sup> Etsi- nonnullam. Tem-

peramentum his voculis inest mirum. Sed quo mitior est parens, hoc gravius fuerit, in ipsum peccasse.

<sup>6</sup> Nescius sic ostendit partem argumenti, quod est a virgine, quam a se vitiatam ducere cupiebat Aeschinus. Ducturum se uxorem dixerat patri, sed pudore praepeditus tacuit, quam vellet, & quare.

Sperabam, iam defervisse : adolescentiam :  
 Gaudebam. ecce autem de integro : nisi quidquid  
 est,  
 Volo scire, atque hominem convenire, si apud  
 forum est.

ACTUS II. SCENA I.

SANNIO, AESCHINUS,  
 PSALTRIA, PARMENO servus, personae mutae.

Obscuro, populares, ferte misero atque  
 innocenti auxilium :

Subvenite inopi. *Ae.* 4 otiose nunc iam illico hic  
 confiste :

1 s. defervuisse, ut Cic.  
 pro Coel. c. 18 & 43. Ae-  
 tati autem lenis pater tri-  
 buit, quae filius fecerat.

2 Iam supra Act. I, 2,  
 9--11 Demea gravius detu-  
 lerat ad Micionem, Ae-  
 schinum irruisse in alienas  
 aedes, virginis rapiendae  
 causa, eiusque dominum  
 mulcasse. Ea fuit prior rixa.  
 Iam cum Aeschinus diu ten-  
 tasset lenonem impurum, ut  
 iure suo cederet, priusquam

abduceret ipse psaltriam,  
 deducit tandem eam domum;  
 quam cum ut suam insequi-  
 tur leno, nec ab ea abistere  
 vult; oritur altera rixa, quae  
 huius scenae est. Hinc mox  
 Aeschinus : *non committet  
 hodie unquam, iterum ut va-  
 pulet.* Atque is locus est ex  
 Diphili fabula translatus.

3 cf. cum hoc clamore il-  
 los ap. Plaut. Rud. III, 2.

4 Dicit haec psaltriae,  
 quae volens Aeschinum se-

Quid respēctas? nihil pericli est. nunquam, dum  
ego adero, hic te

Tanget. S. ego istam invitis omnibus <sup>1</sup>.

*Ae.* Quanquam est scelestus <sup>2</sup>, non committet  
hodie unquam, iterum ut vapulet. §

S. Aeschine, audi, ne te ignarum fuisse dicas meo-  
rum morum,

Leno ego sum <sup>3</sup>. *Ae.* scio <sup>4</sup>. S. at ita, ut usquam  
fuit fide quisquam optuma.

Tu quod te posterius purges §, hanc iniuriam mihi  
nolle

euta, metuebat a suo domi-  
no, lenone.

<sup>1</sup> Sic quasi ad illam reti-  
nendam luctaturus clamat  
leno abrupte; & deest *eri-  
pian*.

<sup>2</sup> h. e. quanquam sceleste  
facere consuevit.

<sup>3</sup> Postulat ius lenonium,  
quod, ob reditus ex eorum  
quamvis infami quaestu pu-  
blicos, tantum erat, ut qui  
illis vim fecissent, exhere-  
des fierent; quod Daceria  
firmat loco Luciani, quo  
iuvenis se a patre exheredem  
factum querens rogat *εἶς*

*παραβοσκος ὑβρισταί*. Addi-  
mus Plaut. Rud. III, 4,  
ubi pariter leno *ius suum*  
sibi ereptum, ancillasque se  
*invito ereptas* clamat.

<sup>4</sup> Aeschinus respicit ad  
mores lenonis, quos ipse  
leno mox exprimit. cf. Plaut.  
Rud. III, 2, 37 sq. Ius vero  
contemnit, quippe sciens,  
lenones facile pati ac mus-  
sitare iniurias adolescen-  
tium; cf. dein Sc. 3, 12.  
Et Aeschinus argentum pro  
ea redditurus erat.

§ cf. Hec. V, 1, 16.

Factam esse : huius non faciam <sup>1</sup>. crede hoc, ego  
meum ius persequar :

Neque tu verbis solves <sup>2</sup> unquam, quod re mihi  
malefeceris. 10

Novi ego vestra haec <sup>3</sup> : nollem factum : iusiuran-  
dum dabitur <sup>4</sup>, te esse

Indignum iniuria hac; indignis cum egomet fim  
acceptus modis.

*Ae.* <sup>5</sup> Abi prae strenue, ac fores aperi. *S.* cete-  
rum hoc nihil facis <sup>6</sup>.

*Ae.* I intro nunc iam tu <sup>7</sup>. *S.* at enim non finam <sup>8</sup>!

*Ae.* accede illuc Parmeno <sup>9</sup> ;

Nimum istoc abisti : hic propter hunc assiste. hem;  
fic volo. 15

<sup>1</sup> Cum crepitu digitorum,  
1. simili gestu expressum i-  
dem est, quod *non stocci fa-*  
*ciam.*

<sup>2</sup> h. e. satisfacies; cf.  
*Phorm.* V, 9, 80.

<sup>3</sup> int. verba.

<sup>4</sup> Iurabimus, te esse &c.  
cf. *Plaut. Amphitr.* III, 2,  
7.

<sup>5</sup> Spretis minis lenonis  
*Aeschinus* servum Parme-  
nonem iubet praecire, ut  
fores aperiat, quo introeat  
puella.

<sup>6</sup> Sannio se parat ad impe-  
diendum puellae introitum.

<sup>7</sup> Foribus iam apertis  
*Aesch.* puellam, quam ma-  
nu ducit, introire iubet.

<sup>8</sup> Leno puellam prehen-  
dit retinetque.

<sup>9</sup> *Aesch.* semper animo  
praesenti imperat, neque  
perturbatur lenoniis clamo-  
ribus & conatibus. Ostendit  
vero poeta ex verbis *Ae-*  
*schini*, quid faciant alteri,  
& servus & leno.

Cave nunc iam oculos a meis oculis quoquam  
determineas tuos,

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnis continuo  
in mala haereat.

S. Istuc volo ergo ipsum experiri <sup>1</sup>. *Ae.* hem!  
serva: <sup>2</sup> P. omitte mulierem.

S. O facinu' miserum! *Ae.* geminabit, nisi ca-  
ves <sup>3</sup>. S. hei miseriam!

*Ae.* Non innueram: verum in istam partem po-  
tius peccato tamen <sup>4</sup>. 20

I nunc iam <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> Impotens tamen con-  
tumax est & loquax usque  
ad pericula.

<sup>2</sup> Militariter quasi impe-  
rat Parmenoni; cf. Andr.  
II, 5, 5. Mox lenonem iu-  
bet abstinere a muliere; quo  
perseverante innuit Aesch.  
servo: hinc colaphus; hinc  
clamor Sannionis.

<sup>3</sup> Verbum *geminabit* cum  
servus pro imperio haberet,  
novum is inflixit colaphum;  
inde rursus lamentatur leno.  
Interea omiserat mulierem.

<sup>4</sup> Bene Don. inquit, ut  
verberes non iussus, potius  
quam ut iussus non verbe-  
res.

<sup>5</sup> Parum vere multi cum  
Don. faceriam in eo quae-  
runt, quod Aesch. hoc di-  
xerit lenoni cum irrisione.  
Sed is potius iubet denuo  
puellam, quae prius impe-  
dita erat a lenone, nunc ab  
eo omissa, citius in domum  
ingredi cum ipso Parm. Ita-  
que novam Scenam facimus.

## ACTUS II. SCENA II.

SANNIO, AESCHINUS.

3. **Q**uid hoc rei est ! regnum ne , Aeschine ;  
hic tu possides ?

*Ac.* Si possiderem , ornatus esses ex tuis virtutibus ?

*S.* Quid tibi rei mecum est ? *Ac.* nihil. *S.* quid ?  
nostin' qui sim ? *Ac.* non desidero.

*S.* Tetigin' tui quidquam ? *Ac.* si attigisses , ferres infortunium.

*S.* Qui tibi magis licet meam habere , pro qua ego argentum dedi ? 5

Responde *t.* *Ac.* ante aedes non fecisse erit meli' ; heic conviciium :

1 Invidiose dictum in rep. libera , idque impotentibus sollemne adv. potentiores. Sic & Phorm. II , 3 , 58--  
*Solus regnas.*

2 *Esperetis.* Plaut. Capt. V , 3 , 20. Regum vero erat , ornare duces ex virtutibus. Leno est magister scelerum.

3 Don. bene exponit : *quid tibi debeo* , unde in me actionem habeas. Sunt con-

vicia impotentis , quae Aeschinus pro more suo excipit , gnarus tractandi eius generis hominem.

4 Vehementius inclamat leno Aeschinum , velut qui crimini respondere debeat. Aesch. vero tranquille satis , sed fortiter respondet minando.

5 h. e. auctor sum *l.* suadeo tibi.

Nam si molestus pergis esse, iam intro abripiere,  
atque ibi <sup>1</sup>

Usque ad necem operiere loris. S. loris liber <sup>2</sup> ?  
Ae. sic erit.

S. O hominem impurum <sup>3</sup> ! hiccine libertatem  
aiunt esse aequam omnibus ?

Ae. Si fatis iam debacchatus es <sup>4</sup>, leno, audi, si  
vis, nunc iam. 10

S. Egon' debacchatu' sum autem, an tu in me ?

Ae. mitte ista, atque ad rem redi <sup>5</sup>.

S. Quam rem? quo redeam <sup>6</sup> ? Ae. iamne me vis  
dicere, quod ad te attinet ?

<sup>1</sup> Ostendit aedes Micio-  
nis. Servi & homines ne-  
quam flagellabantur intra  
aedes. cf. Andr. I, 2, 28.

<sup>2</sup> Magistratus utebantur  
virgis in noxios, domini in  
servos loris. Westerh. citat  
Plaut. Poen. prol. 26 & Cic.  
pro Rabir. 4.

<sup>3</sup> Convicium solemne;  
& dicebatur pro *improbo*.

<sup>4</sup> s. defaevisti; quasi fu-  
ribundus esset ex vino.

<sup>5</sup> Negligit secure obiecta  
sibi Aesch. & transit callide  
ad placandum ingenium le-  
nonium, quod pecuniae in-

hiare noverat. *Rem* vero op-  
ponit conviciis, verberibus,  
minis, & dicit summam,  
in qua cardo rei versatur.  
Sic infra V, 1, 9 sq. *Res*  
erat h. l. quae lenonis in-  
teresset; mox *quod ad te at-*  
*tinet*.

<sup>6</sup> Leno recreatus dicto  
Aeschini simulat tamen se  
non intelligere, quid sibi  
velit Aesch. Videri enim  
non vult nimium cupidus  
vendundae psaltriae, aut  
inhiare pecuniae, ut Ae-  
schinus descendat in con-  
ditiones hoc aequiores.



S. Cupio , aequi modo aliquid. *Ae.* vah ! leno <sup>1</sup>  
iniqua me non volt loqui.

S. Leno sum , fateor , perniciēs communis ado-  
lescentium ,

Periurus , pestis : tamen tibi a me nulla est orta in-  
iuria. 15

*Ae.* Nam hercle etiam hoc restat. S. illuc quae-  
so redi , quo coepisti , Aeschine <sup>2</sup>.

*Ae.* Minis viginti tu illam emisti , quae res tibi  
vortat male :

Argenti tantum dabitur <sup>3</sup>. S. quid , si ego illam  
nolo vendere ,

Coges me <sup>4</sup>? *Ae.* minime. S. namque id metui <sup>5</sup>.  
*Ae.* neque vendundam censeo ,

<sup>1</sup> Quid illum porro prae-  
dicem? Mores lenonios ipse  
mox exprimit Sannio. cf.  
Plaut. Rud. III, 2, 38.

<sup>2</sup> Aeschinum , rem , quae  
hic agebatur , lenonis omit-  
tere visum , iam rogat ipse  
mitior Sannio.

<sup>3</sup> Brevius expedit calli-  
dus Aeschinus rem , aegre  
pollicendo tantum , quanti  
emerat leno.

<sup>4</sup> Denuo leno tentat Ae-  
schinum ; sed is sibi semper  
constans aspernatur tergiver-

fationes avari lenonis.

<sup>5</sup> Fractus dicto fidentiori  
ita respondet , ut inde Ae-  
schinus se superiorem sen-  
tiat , & rideant spectatores  
hominem , cui post amissam  
mulierem nihil magis curae  
esse debuit , quam ut habe-  
ret eius pretium. Hinc pro-  
greditur Aesch. ad ultima  
edicenda , quibus profliget  
contumaciam animi pretio  
addicti , a Syro sc. sq. astute  
conficiendam.

Quae libera est <sup>1</sup>: nam ego liberali illam affero  
causa manu <sup>2</sup>. 20

Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an  
causam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo, leno <sup>3</sup>.

## ACTUS II. SCENA III.

S A N N I O.

**P**Ro supreme Iuppiter <sup>4</sup>!

<sup>1</sup> Fingit hoc, ut iniiciat lenoni metum calumniae. Et saepe acciderat, ut quae natae essent liberae, cum praesertim infantes exponi moris esset, aut raptae a piratis aliave fraude, in manus lenonum venirent; cf. Plaut. Poen. IV, 2, 80 sq. Rud. III, 4, 30 sqq. Perf. IV, 9, 12.

<sup>2</sup> *Sunt iuris verba* (inquit Don.) *a quibus etiam assertores dicuntur vindices alienae libertatis. Nam & causa ipsa liberalis dicitur, quae actionem in se continebat libertatis.* vid. tit. D. & Cod. de causa liberali. cf. Plaut. Poen. V,

2, 4.

<sup>3</sup> Et sic superbe satis abiire videtur; qui de absolvendo lenone non minus, quam ille de argento habendo, sollicitus, domum intrat, rem omnem patri Micioni denuntiaturus, ut eius liberalitate argentum accipiat lenoni solvendum.

<sup>4</sup> Ex tot tantisque iniuriis, non de psaltria amplius, insaniens quasi Sannio cum furore s. tragice exclamat. Mox revocatis, quas passus erat, iniuriis, tandem ad se redit, meliusque habet, ab Aeschino, alias bene promerito, argentum ac-

Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria <sup>1</sup>.  
Domo me eripuit, verberavit : me invito abduxit  
meam :

Homini misero plus quingentos colaphos infregit  
mihi <sup>2</sup>.

Ob malefacta haec tantidem emptam postulat sibi  
tradier. 5

Verum enim, quando bene promeruit <sup>3</sup>, fiat :  
suum ius <sup>4</sup> postulat.

Age iam cupio, si modo argentum reddat. sed  
ego hoc hariolor ;

Ubi me dixero <sup>5</sup> dare tanti, testes faciet illico,  
Vendidisse me : de argento somnium : mox : *cras  
redi.*

Id <sup>6</sup> quoque possum ferre, si modo reddat : quan-  
quam iniurium est. 10

eipere ; sed anxius, an id  
quisquam daturus sit, offer-  
tur Syro, servo Micionis,  
qui rem conficiet.

<sup>1</sup> cf. Liv. VII, 39 *Quem-  
esse--cui ex iniuria insanientis  
exercitus causa recte commit-  
tatur.*

<sup>2</sup> Haec supra modum  
dicta, ut insanum decet,  
flebiliter pronuntiat.

<sup>3</sup> h. e. alias multa in me  
fuere promerita s. beneficia

eius, de quo ipse pater, su-  
pra : *quam non amavit mere-  
tricem, aut cui non dedit a-  
liquid?*

<sup>4</sup> Quod aequum est vi-  
cissim.

<sup>5</sup> *Recte dixit, (inquit  
Don.). Ubi enim pactio inter-  
cesserit pretii, iam ereptionis  
actio sublata erit, & pretium  
debebitur.*

<sup>6</sup> h. e. moram.

Verum cogito id quod res est; quando eum  
quaestum occeperis,

Accipiunda et mustitanda iniuria adolescentium  
est.

Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has ra-  
tiones puto <sup>1</sup>.

CTUS II. SCENA IV<sup>2</sup>.

SYRUS, SANNIO.

Sy. **T** Ace <sup>3</sup>, egomet conveniam ipsum: cupide  
accipiat iam faxo, atque etiam  
Bene dicat secum esse actum. quid istuc, Sannio,  
est <sup>4</sup>, quod te audio  
Nescio quid <sup>5</sup> concertasse <sup>6</sup> cum hero? Sa. nun-  
quam vidi iniquius

<sup>1</sup> Quibus ratio pecuniae cum aliis putanda est, frustra eam putant ipsi, s. frustra sperant, se habituros esse pecuniam, nisi alter dederit. In ipsa autem desperatione de pecunia praeparatio est ad accipiendas 20 minas. De formula *rations putare* cf. Taubm. ad Plaut. *Aulul.* III, 5, 53.

<sup>2</sup> Aeschinus ciam sibi a lenonis contumacia metuens

submitit Syrum, qui ipsum permoveat ad accipiendum pretium. Sed leno iam ipse ei inhiabat. Comici iusus.

<sup>3</sup> Syri egredientis responsum, quod Aeschino fecit ultimum.

<sup>4</sup> His lenonem sibi obvium clarius alloquitur.

<sup>5</sup> Simulans sic dicit, ut eloquatur Sannio, unde ipsius persuadendi initium fit.

<sup>6</sup> Honestum nomen ri-

Certationem comparatam, quam haec hodie inter nos fuit :

Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus. 5

*Sy.* Tua culpa <sup>1</sup>. *Sa.* quid facerem? *Sy.* adolescenti morem gestum oportuit.

*Sa.* Qui potui melius <sup>2</sup>, qui hodie usque os praebui? *Sy.* age <sup>3</sup>, scis quid loquar?

Pecuniam in loco negligere, maxumum interdum est lucrum <sup>4</sup>. *Sa.* hui.

*Sy.* Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum,

Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, 10

Ne non tibi istuc <sup>5</sup> foeneraret. *Sa.* ego spem pretio non emo <sup>6</sup>.

*Sy.* Nunquam rem facies : abi, nescis inescare homines, Sannio <sup>7</sup>.

xae, in qua leno mulcatus erat ab Aeschino.

<sup>1</sup> int. est. Metrum enim octonarii postulat primum casum.

<sup>2</sup> int. morem gerere.

<sup>3</sup> Age corripientis est.

<sup>4</sup> Plaut. Capt. II, 2, 75-  
est etiam, ubi profecto damnum praestet facere, quam lu-

crum.

<sup>5</sup> int. paululum, quod concessisses.

<sup>6</sup> Sapientiae Syri opponit suam, quae magis est foeneratorum.

<sup>7</sup> Audi, quam dulce canat auceps Syrus. Sed & leno aequae astutus. Ita alter alterum fallit.

*Sa.* Credo istuc melius esse : verum ego nunquam adeo astutus fui,

Quin, quidquid possem, malletm auferre potius in praesentia.

*Sy.* <sup>1</sup> Age, novi tuum animum <sup>2</sup> : quasi iam usquam tibi sint viginti minae, 15

Dum huic obsequare. praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum. *Sa.* hem <sup>3</sup>!

*Sy.* Coemisse hinc, quae illuc veheres, multa : navem conductam. hoc scio,

Animus tibi pendet. ubi illinc, spero, redieris ; tamen hoc ages.

*Sa.* Nusquam pedem <sup>4</sup>. perii hercle : hac illi spe hoc inceperunt. *Sy.* timet <sup>5</sup> :

Inieci scrupulum homini. *Sa.* <sup>6</sup> o scelera ! illud vide, 20

<sup>1</sup> Syrus prima via haud captans lenonem, alia eum aggreditur.

<sup>2</sup> Quasi liberalis esset. Blanditiis hisce regit dolum, quo illum velut cuculo deterrere studet.

<sup>3</sup> Et sane terretur Sannio.

<sup>4</sup> Omisit *fero*. Sannio perturbatus primum quidem negare cupit, sed nimium per-

cussus recedit aliquantum a Syro, & secum loquitur *perii hercle &c.*

<sup>5</sup> Syrus hac via, quod agebat, successisse, sibi gratulatur.

<sup>6</sup> Sannio qui interea longius recesserat, seorsim, quasi re desperata, loquitur, & denuo rationem secum putans, tandem sibi non constans, fatius habet, spem

Ut in ipso articulo <sup>1</sup> oppressit. emptae mulieres  
Complures, et item hinc alia, quae porto Cy-  
prum.

Nisi eo ad mercatum venio, damnum maxu-  
mum est.

Nunc si hoc omitto <sup>2</sup>, ac tum agam, ubi illinc  
rediero;

Nihil est: refrixerit res; <sup>3</sup> *nunc demum venis* ? <sup>25</sup>

*Cur passus?* *ubi eras?* ut <sup>4</sup> sit satius perdere,

Quam aut hic manere tam diu, aut tum persequi.

Sy. Iamne enumerasti id quod ad te rediturum  
putes <sup>5</sup> ?

maioris lucri pretio emere.

<sup>1</sup> s. momento, hora ei  
rei tempestitiva.

<sup>2</sup> int. persequi ius meum  
de crepta mihi serva.

<sup>3</sup> Elliptica locutio, quae  
se ad sqq. habet, ut ante-  
cedens. Si semel s. ubi re-  
frixerit res, respondebitur  
mihi: *nunc demum venis* &c.  
cf. Heaut. I, 1, 27 ibique  
not. Eun. II, 2, 21. Inpri-  
mis Phorm. II, 3, 35 *Unum*  
*eognoris, omnes noris*. Mone-  
mus haec, quod omnes in-  
terpp. inde a Don. orati-

nem h. l. minus cepisse vi-  
demus.

<sup>4</sup> Post orationem affec-  
tum plenam & narratio-  
nem saepe *ut* locum inve-  
nit, ut vim concludendi ha-  
beat. cf. Heaut. II, 2, 64.  
Phorm. I, 2, 57.

<sup>5</sup> Syrus, perspecta solli-  
citudine lenonis, sed non  
intellecto, quid secum dis-  
putaverit, satis comice ro-  
gat, quid ad se rediturum  
putet. Is vero perdere po-  
tius argentum maluerat,  
quam eius habendi causa

*Sa.* Hoccine illo dignum est ? hoccine incipere  
Aefchinum ?

Per oppressionem ? ut hanc mi eripere postulet ? 30

*Sy.* Labascit 3. unum hoc habeo : vide si satis  
placet :

Potius , quam venias in periculum , Sannio ,  
Serves ne , an perdas totum , dividuum face 4.  
Minas decem corradet 5 alicunde. *Sa.* hei mihi ;  
Etiam de forte nunc venio in dubium miser. 35  
Pudet nihil : omnes dentes labefecit mihi.

Praeterea colaphis tuber est totum caput.  
Etiam insuper defrudet ? nusquam abeo 6. *Sy.* ut  
lubet 7.

mercatum non adire. Daciera rogasse vult , quid putet  
rediturum ex mercatu isto ;  
tanquam rem praesentem  
callide omittat.

1 Redit ad primos clamores , incertus quid agat.

2 *Oppressio* ; quippe subita  
in ipso articulo.

3 Hoc secum dicit Syrus ;  
caetera lenoni. Mirum vero ,  
quantum alter alterum fallat.  
Syrus metuit hero a lenone ,  
& astutias adhibet ,  
quibus hunc mitiorem redat  
ad accipiendum. *San-*  
*Terentius T. II.*

nio , metuens , ne argentum  
habeat , habebit pretium ,  
circa quod uterque tergiversari  
se simulant.

4 Sic ap. Plaut. Rud. V ,  
3 senex cum lenone agens  
etiam *dividuum talentum* facere  
promittit.

5 Ab ipsa argenti inveniendi  
difficultate argumentum sumit  
ad molliendum lenonem.

6 Id simulat ; ut metuant  
illi actionem de raptione.

7 Frigide responderet concedendo ,  
quasi securus. Et



Numquid vis, quin<sup>1</sup> abeam? *Sa.* immo hercle  
hoc quaeso<sup>2</sup>, Syre,  
Ut ut haec sunt facta, potius, quam lites fe-  
quar, 40  
Meum mihi reddat, saltim quanti empta est. Syre,  
Scio te non ufum antehac amicitia mea :  
Memorem me dices esse, et gratum. *Sy.* sedulo  
Faciam. 3 sed Ctesiphonem video. laetus est  
De amica. *Sa.* quid, quod te oro 4? *Sy.* paulif-  
per mane. 45

*ACTUS II. SCENA V s.*

CTESIPHO, SYRUS, SANNIO.

**C.** **A**Bs quivis homine, cum est opus, bene-  
ficio accipere gaudeas :

is simulat se abiturum, cal-  
lide simul rogans, numquid  
aliud forte velit. Inde tran-  
situs ad finem disputationis.

1 f. quo minus.

2 Iam sic mitis morem  
geret adolescenti, ut etiam  
obsecret operam Syri, at-  
que se gratum fore polli-  
ceatur.

3 Syrus mittit lenonem,

convertit se ad Ctesiphonem  
adventurum, & secum haec  
dicit.

4 Leno acclamat sic sup-  
plex recedenti servo; qui  
ipsum in scena remanere iu-  
bet.

5 Ctes. ingreditur in sce-  
nam laetus de sua, & se-  
cum gratulans fratri; neque  
is, suam fortunam cogitans,

Verum enimvero id demum iuvat, si, quem aequom est facere, is bene facit.

O frater, frater, quid ego nunc te laudem! fatis certo scio:

Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua:

Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,

Fratrem homini nemini esse primarum artium magi principem.

S. O Ctesipho! C. o Syre! Aeschinus ubi est? S. ellum, te exspectat domi. C. hem!

S. Quid est? C. quid sit! illius opera nunc vivo. S. o festivum caput!

C. Qui omnia sibi post putavit esse prae meo uno commodo;

Maledicta, famam, meum laborem, et peccatum in sese, transtulit.

10

statim videt Syrum. Leno in diversa scenae parte stat, ubi illos non audit.

1 *Primae artes* sunt animi, eaeque amoris, amicitiae, beneficentiae, qua homines coniunguntur. Sed & *prima ars* est, non videri velle in arte primum, ne-

que in ea gloriari, ut illi, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt. cf. Eun. II, 2, 17. Aeschinus vero ita dabat fratri beneficium, ut qui id deberet, neque de eo adeo magnam gratiam haberi vellet; vid. sc. sq. v. 7 sqq.

C 2

S. Nil pote supra. C. sed quisnam foras exit <sup>1</sup>? S.  
mane, ipse exit foras.

ACTUS II. SCENA VI.

AESCHINUS, SANNIO, CTESIPHO;  
SYRUS.

*Ae.* <sup>2</sup> **U**Bi ille est sacrilegus? *Sa.* me quaerit.  
num quidnam effert? occidi:

Nil video. *Ae.* ehem, opportune: te ipsum quae-  
ro: quid fit, Ctesipho?

In tuto est omnis res: omitte vero tristitiam  
tuam.

*C.* Ego vero illam omitto, qui te quidem fratrem  
habeam. o mi Aeschine!

O mi germane! ah vereor coram in os te lau-  
dare amplius, 5

Ne id assentandi <sup>3</sup> magis, quam quod habeam gra-  
tum, facere existumes.

<sup>1</sup> Ctes. qui porro dictu-  
rus erat, subito territus cre-  
pitu forium, fugit. Metuit  
enim patrem. Hinc ipsum  
manere iubet Syrus, viso,  
Aeschinum esse.

<sup>2</sup> Aeschinus denuo su-  
perbum agit, callidus mo-  
rum lenonis. Leno in alia

scenae parte convicii negli-  
gens, unius argenti avidus,  
& nihil videns, denuo despe-  
rans secum ad spectatores  
loquitur. Aeschinus vero  
fratre viso, cum illo differit  
ita, ut animum prodat fra-  
ternum.

<sup>3</sup> int. causa,

*Æ.* Age, inepte <sup>1</sup>, quasi nunc norimus nos inter nos, Ctesipho.

Hoc mihi dolet, nos paene fero scisse, et paene in eum locum

Redisse, ut, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier <sup>2</sup>.

*C.* Pudebat <sup>3</sup>. *Æ.* ah, stultitia est istaec, non pudor. tam ob parvolam

<sup>1</sup> Non iniuriae causa id dicit; sed blande finem facturum laudibus.

<sup>2</sup> Insigne documentum animi fraterni, cui dolebat, fratrem e patria abire, & quam leno, ad mercatum in ins. Cyprum profecturus, abducere volebat, psaltriam sequi maluisse, quam, quod aequum erat, fratri credere. Itaque quamvis improbemus sive amorem Ctesiphonis, aut eius impotentiam, sive disciplinam patris duri, quam ille elapsurus erat; laudamus tamen caritatem fratris, quae in Aesch. apparet, & probata fuit huius patri mitiori; de quo alibi Aët. III, 4 Syrum in pri-

cipio loquentem. Diphilus (non Menander, ut Donper errore) mori illum voluisse cum sua finxit; unde eius fabulae nomen *Commo-rientes* fuisse videtur. cf. prol. 6. Terentius fugam fingit, quae amatoribus comicis aptior visa, quam tragica illa nimis sententia.

<sup>3</sup> int. me amoris mei; quem, quod esset *amor servae*, Aeschinus pro sua disciplina mox *parvulam rem* dicit. Placet tamen pudor adolescentis, quamvis eum stultitiae s. imprudentiae arguat frater, cui gravius peccatum videbatur in fuga. Et sane grave hoc fuisset.

Rem paene e patria <sup>1</sup> ! turpe dictu. deos quaeso,  
ut istaec prohibeant.

C. Peccavi <sup>2</sup>. *Ae.* quid ait tandem nobis Sannio <sup>3</sup> ?

*Sy.* iam mitis est.

*Ae.* <sup>4</sup> Ego ad forum ibo , ut hunc absolvam :  
tu intro ad illam , Ctesiphon.

*Sa.* Syre , insta <sup>5</sup>. *Sy.* eamus : namque hic prope-  
rat in Cyprum. *Sa.* ne tam quidem :

Quamvis etiam maneo otiosus hic. *Sy.* reddetur ;  
ne time. 15

*Sa.* At ut omne reddat. *Sy.* omne reddet ; tace  
modo , ac sequere hac. *Sa.* sequor.

<sup>1</sup> int. fugere. Fuga ob  
ob eam rem omnino turpis  
f. inhonesta , forsan ut e-  
tiam psaltria conservus fie-  
ret. Tam affectus ista cogi-  
tatione Aeschinus pathetice  
fratrem corrigit.

<sup>2</sup> Ex periculo , quod su-  
biturus erat , auget benefi-  
cium fratris.

<sup>3</sup> Aesch. hoc dicit Syro ;  
qui itidem illi respondet ,  
ut Sannio non audiat. Ne-  
que enim dicta audire de-  
buit ; cf. mox v. 18 & 19.

<sup>4</sup> Haec clarius eloqui-  
tur ; dein ad Ctesiphonem

conversus est.

<sup>5</sup> Nempe per argenta-  
rium pecuniam numerabant,  
cui pretium solvendum erat ;  
ut testes essent negotii tabu-  
lae argentarii : necdum ar-  
gentum ipsum acceperat Ae-  
schinus a patre , qui dein  
reddit. cf. Act. III , 4 , 6.

<sup>6</sup> Leno timens semper  
iam rogat Syrum , ut instet  
una iter , tanquam patronus.  
Hinc ille : *eamus* ; sed lu-  
dit simul comice hominis  
timores ; dein securum esse  
iubet.

C. Heus, heus, Syre <sup>1</sup>. Sy. hem, quid est? C. obsecro hercle te, hominem istum impurissimum

Quam primum absolvitote: ne, si magis irritatus fiet,

Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tum perpetuo perierim.

Sy. Non fiet: bono animo es. tu cum illa te intus oblecta interim, <sup>20</sup>

Et lectulos iube sterni nobis, et parari cetera <sup>2</sup>

Ego iam transacta re convortam me domum cum obsonio.

C. Ita quaeso: quando hoc bene successit, hilarum hunc sumamus diem.

### ACTUS III. SCENA I.

SOSTRATA, CANTHARA.

**O**bscuro te, mea nutrix, quid nunc fiet?

C. quid fiat rogas?

<sup>1</sup> Ctes. patrem timens, revocat quasi de longinquo Syrum, monetque ut absolvatur leno.

<sup>2</sup> Servus satis magnifice se admiscet, cetera imperatorie loquitur ob rem be-

ne gestam.

<sup>3</sup> Cum Actu priori raptio psaltria peracta sit, a qua Aeschinus suspicionem fraterni amoris in se transtulerat, inde in vero Aeschini amore, qui nunc primus

Recte aedepol spero. S. modo dolores, mea tu;  
occipiunt primulum <sup>1</sup>.

C. Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.

S. Miseram me <sup>2</sup>, neminem habeo, solae sumus:  
Geta autem hic non adest; <sup>3</sup>

Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui <sup>3</sup> ar-  
cessat Aeschinum. <sup>5</sup>

C. Pol is quidem iam hic aderit: nam nunquam  
unum intermittit diem,

ostenditur, turbae oriuntur  
ita, ut hic Actus paene  
tragicus appareat, totusque  
ad miserationem Phanii,  
eiusque matris & familiae,  
comparatus sit. Atque uti  
observante Donato, tragoe-  
dia in tria dividitur: ex-  
spectationem, gesta, & exi-  
tum; ita prima quidem Sce-  
na habet expectationem,  
altera & in Getae nuntio  
gesta, & in planctu Sostratae  
exitum. Quomodo autem ex  
his turbis dein expedietur  
amor Aeschini; ita Actus  
IV natus ex Ctesiphonis amo-  
re turbas, quas dabit Demea,

habebit. Vers. 1. incerta Sof-  
trata minus etiam sapientem  
rogat 1. potius implorat nu-  
tricem; unde illius trepida-  
tio de filia parturiente ma-  
gis cognoscitur.

1 Quo initium dolorum  
diminutive demonstrari ait  
Don. cf. infra V, 4, 10. &  
sic Plaut. Amph. II, 2, 105  
*primulo diluculo.*

2 Muliebriter queritur,  
& ex metu, quae pauca sunt,  
facit multa & graviora.

3 *Nec quem—nec qui*, h.  
e. & *quem* (Getam) *mittam*,  
& *qui* &c. non adest.

Quin semper <sup>1</sup> veniat. S. solus mearum miseria-  
rum est remedium.

C. E re nata <sup>2</sup> melius fieri haud potuit, quam  
factum est, hera:

Oblatum quando vitium est, quod ad illum atti-  
net potissimum,

Talem, tali ingenio, atque animo, natum ex  
tanta familia. 10

S. Ita pol est, ut dicis. salvus nobis, deos quae-  
so, ut fiet.

ACTUS III. SCENA II.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

G. **N**unc illud est <sup>4</sup>, quod, si omnia omnes  
sua consilia conferant,

Atque huic malo salutem quaerant, auxili nihil  
afferant,

Quod mihi que, heraeque, filiaeque herili est <sup>5</sup>:  
vae misero mihi!

<sup>1</sup> Quod vulgo redundan-  
ter additur.

<sup>2</sup> Postquam res ita casu  
f. forte facta est. Scil. virgo  
oppressa erat noctu & ab  
ebrio Aeschino. Ita magis  
nata erat res, quam facta.

<sup>3</sup> Hic locus (observat Don.)

*secundum artem comicam ser-  
vum currentem exprimit &  
nuntiantem mala. Maxima ita-  
que pars scenae motoria est.*

<sup>4</sup> h. e. eo nunc devenimus  
f. delapsi sumus, ut si &c.

<sup>5</sup> Oratio haec & sequens  
mihi exprimit servi curren-



Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest <sup>1</sup> :

Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia. 5

Hoccine seclum? o scelera! o genera sacrilega! o hominem impium!

S. Me miseram! quidnam est, quod sic video timidum <sup>2</sup> et properantem Getam?

G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illi' misericordia

Repressit, neque reflexit, neque quod partus instabat prope,

Cui <sup>3</sup> miserae indigne per vim vitium obtulerat.

S. non intellego. 10

Satis, quae loquatur <sup>4</sup>. C. propius, obsecro, accedamus, Sofstrata <sup>5</sup>. G. ah,

vis & anhelis *παιδες*.

<sup>1</sup> cf. Andr. III, 3, 30.

<sup>2</sup> s. perturbatum. Quippe non timet, sed dolet ea, quae acciderant. Gradatim vero nuntius malus invadit animum Sofstratae, quae praeparatur servi currentis timore.

<sup>3</sup> Quod referas ad *illiu'* v. 8.

<sup>4</sup> Rem ab Aeschino admissam, non eius nomen dixerat servus. Hinc quidem

sciri potuit auctor, sed incredibile videbatur Sofstratae, cui omnis spes in Aeschino sita erat. Et hic est alter gradus, quo vertitur Sofstrata ad metum.

<sup>5</sup> Geta paulo ante cohibuerat cursum ad recipiendum spiritum, & simul doloris cum ira exprimendi causa, singulorum poenas edicturus. Prae ira vero mirum quantum fortis sibi videtur ad eas capiendas.

Me miserum, vix sum compos animi; ita ardeo  
iracundia.

Nihil est, quod malim, quam illam totam fami-  
liam dari mi obviam,

Ut ego iram hanc in eos evomam omnem, dum  
aegritudo haec est recens.

Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar  
modo <sup>1</sup>. 15

Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud  
produxit scelus:

Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus il-  
lum lacerarem modis!

Sublimem medium arriperem, et capite pronum  
in terram statuerem <sup>2</sup>,

Ut cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi eriperem oculos; post haec prae-  
cipitem darem: 20

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem,  
et prosternerem <sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Sensus est: Satis habebō  
supplicii s. satis poenae illi  
mihi dederint, si illos ulciscar  
modo. Ita vero *dum--*  
*modo* conditionale est, uti  
Heaut. III, 1, 57. Dacieria  
exposuit, quasi dixisset:  
Quodvis supplicium lubens  
patiar, dum &c. Sed id repu-  
gnat usui formulae latinae,

quem discas ex Phorm. V, 8,  
40. Plaut. Mostell. V, 2, 43.

<sup>2</sup> Exponas: praecipitem  
ita vehementer in terram im-  
mitterem, (veluti statuam ali-  
quam) ut &c. Pronunciat au-  
tem cum gestu vehementiori,  
ad ipsas minas apto, unde  
totus anhelus evadit.

<sup>3</sup> Litera R *de nare canina*

Sed cesso heram hoc malo impertiri propere 2 ?  
S. revocemus. Geta !

G. Hem , quisquis es , sine me. S. ego sum So-  
strata. G. ubi es ? te ipsam quaerito :

Te exspecto 3 : oppido opportune te obtulisti mi  
obviam ,

Hera. S. quid est ? quid trepidas ? G. hei mihi ! S.  
quid festinas 3 , mi Geta 4 ? 25

Animam recipe. G. prorsus... 5 S. quid istuc prorsus  
ergo est ? G. periimus :

Actum est. S. eloquere ergo , obsecro te , quid  
sit. G. iam... S. quid iam , Geta ?

G. Aeschinus... S. quid is ergo ? G. alienus est ab  
nostra familia. S. hei mihi ,

Perii , quare ? G. amare coepit aliam. S. vae mi-  
ferae mihi 6 !

*sonans* ( ut ait Pers. Sat. I,  
109 ) decies in uno versu re-  
petita , & asyndeton bene  
exprimunt furorem servi mi-  
nantis ; quod iam observavit  
Westerh.

1 Iam rursus iter instat.--  
Et Sostrata , quae cuncta  
Getae audiit , vidit , sed cau-  
sam nondum intellexerat ,  
servum appellat misere , iam  
fatis praeparata nuntio.

2 h. l. impatienter cupio.

3 h. l. turbatus es prae-  
metu , ut Eun. IV , 3 , 8.

4 Amanter & misere ap-  
pellat fidum omnino ser-  
vum.

5 Geta commotus & an-  
helans continuata verba fun-  
dere nequit ; sed intervalla  
praebet impatientia Sostra-  
tae , anxie rogantis.

6 Sostrata novo de amore

G. Neque id occulte fert : a lenone ipſus eripuit  
palam. 30

S. Satin' hoc certum eſt ? G. certum. hiſce oculis  
egomet vidi , Soſtrata. S. ah ,

Ah ! me miſeram <sup>1</sup>. quid credas iam ? aut cui cre-  
das ? noſtrum ne Aeſchinum ,

Noſtram vitam omnium , in quo noſtrae ſpes opeſ-  
que omnes ſitae

Erant ? qui ſine hac iurabat ſe unum nunquam vic-  
turum diem ;

Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat  
patris <sup>2</sup> ; 35

Ita <sup>3</sup> obſecraturum , ut liceret , hanc ſe uxorem  
ducere ?

G. Hera , lacrumas mitte <sup>4</sup> , ac potius , quod ad  
hanc rem opus eſt , porro conſule.

Aeſchini nuntio gravius af-  
ſiſta , conſecta ſtupet ; cf.  
Andr. II , 1 , 3--5. Sic &  
Heaut. II , 2 , 6 primum  
exclamat *hei mihi* , dein v. 9  
*vae miſero mihi , quanta de  
ſpe decidi*.

<sup>1</sup> Ex Getae verbis v. 37  
oſtenditur , Soſtratam lacri-  
mis interpellare diſta.

<sup>2</sup> Int. Micionis. Moris  
vero fuiſſe , ut recens nati a

patre in gremio avi poneren-  
tur , probat Dacieria ex  
Hom. Il. IX , 455.

<sup>3</sup> h. e. deinde.

<sup>4</sup> Servus frugi mireque  
fidelis , tactus planctu he-  
rae , dum monet , ut potius  
conſulat , diſtrahere eam ſtu-  
det a nimia animi triftitia.  
Ipſe vero ancipitem viam  
oſtendens , proponit , quod  
deliberetur.

Patiamur ne , an narremus cupiam ? C. au, mī  
homo, fanu'ne es <sup>1</sup> ?

Proferendum hoc tibi videtur esse usquam ? G.  
mihi quidem non placet <sup>2</sup>.

Iam primum , illum alieno animo a nobis esse ,  
res ipsa indicat : 40

Nunc si hoc palam proferimus, ille inficias ibit ,  
fat scio :

Tua fama , et gnatae vita <sup>3</sup> in dubium veniet : tum  
si maxime

Fateatur , cum amet aliam , non est utile , hanc  
illi <sup>4</sup> dari.

Quapropter quoquo pacto tacito est opus. S. ah ,  
minime gentium <sup>1</sup> :

<sup>1</sup> Nutrix quo minus sapit, hoc confidentius exprimit suam sententiam de partu dissimulando. Tale consilium ab eius generis mulieribus dari solet.

<sup>2</sup> Servus antea dubius, iam praeventus sententia nutricis, ad eam se conformat, addit tamen rationes; an ut herae animum a dolore summo dimoveat ad deliberationem ?

<sup>3</sup> s. salus.

<sup>4</sup> Scil. abhorrenti a re

uxoria, dari scil. in seditionem & incertas nuptias. cf. Andr. V, 1, 10 sq.

<sup>5</sup> Tandem ipsa hera diversum statuit; quod uti sanctitatem feminae ostendit, ita spem aliquam eventus inducit, eamque comparabit. Inde enim praeparatur sc. 4, qua adveniet cognatus huic Hegio, idemque vir optimus, cuius opera nuptiae, quae videbantur anticipites, feliciter conficiantur.

Non faciam <sup>1</sup>. G. quid ages? S. proferam. G. hem,  
mea Softrata, vide quam rem agas. 45

S. Peiore res loco non potis est esse, quam in  
quo nunc sita est <sup>2</sup>.

Primum indotata est: tum praeterea, quae secun-  
da ei dos <sup>3</sup> erat,

Periit; pro virgine dari nuptum non potest: hoc  
reliquum est;

Si inficias ibit, testis mecum est annulus <sup>4</sup>, quem  
amiserat:

Postremo, quando ego conscia mihi sum, a me  
culpam esse hanc procul, 50

Neque pretium, neque rem ullam intercesse illa  
aut me indignam, Geta,

Experiar. G. quid istic <sup>5</sup>? accedo, ut melius di-  
cas <sup>6</sup>. S. tu, quantum potes,

<sup>1</sup> h. e. non tacebo.

<sup>2</sup> Ratio proferendi & ex-  
periundi probabilis; quod  
sic res in deterius vergere  
nequeat, quam est, sed su-  
perfit spes, eam in melius  
versam fore. Quatuor autem  
argumentis consilium ap-  
probat *primum--tum praete-  
rea--hoc reliquum est--postre-  
mo*. Priora duo rem in pes-  
simo loco esse declarant; re-  
liqua etiam spem bonam in

bona causa positam.

<sup>3</sup> cf. Plaut. Amph. II, 2,  
209.

<sup>4</sup> s. testem domi habeo  
annulum.

<sup>5</sup> h. e. quid hic resistam?  
s. resistere nequeo.

<sup>6</sup> In his valde se torquent  
interpp. (praeter Bentl.)  
non memores, ut interdum  
poni, ubi alias accus. cum  
infin. adhibetur. Cic. de fin.  
V, c. 26, n. 78. *Si Stoicis con-*

Abi; atque Hegioni cognato eius <sup>1</sup> rem enarrato omnem ordine :

Nam is nostro Simulo <sup>2</sup> fuit summus <sup>3</sup>, et nos coluit maxime.

G. Nam hercle alius nemo respicit nos. S. propera tu, mea Canthara; 55

Curre, obstetricem arcesse, ut, cum opus sit, ne in mora nobis fiet.

A C T U S I I I. S C E N A I I I.

D E M E A.

**D**isperii : Ctesiphonem audivi filium

Una fuisse in raptione cum Aeschino.

Id misero restat mihi mali, si illum potest,

*cedis, ut virtus sola--vitam efficiat beatam. Itaque Geta dicit : Concedo, te melius dicere.*

<sup>1</sup> int. Phanii, filiae.

<sup>2</sup> Graecum nomen : non ut Don. ait, latinum.

<sup>3</sup> h. e. amicissimus : & nos coluit maxime s. curavit, dilexit; unde solatium accedit optimae feminae, & spes, rem melius actum iri.

<sup>4</sup> Statim post abitum Sostratae &c. cum clamore ingreditur Demea, homo non severus modo, sed & saevus; qui cum sola suspitione, Ctesiphonem participem esse rptionis, tantopere commoveatur, quantum ipso eius amore comperto insaniturus sit, praemonstrat.

Qui alicui rei est <sup>1</sup>, etiam eum ad nequitiam adducere.

Ubi ego illum quaeram? credo abductum <sup>2</sup> in ganeum 5

Aliquo. persuasit ille impurus <sup>3</sup>, fat scio.

Sed eccum Syrum ire video: hinc scibo iam, ubi fiet.

Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit

Eum quaeritare, nunquam dicet carnufex.

Non ostendam id me velle...

*ACTUS III. SCENA IV.*

SYRUS, DEMEA.

S. **O**Mnem rem modo feni <sup>1</sup>,  
Quo pacto haberet, enarramus ordine:

<sup>1</sup> int. idoneus, homo frugi.

<sup>2</sup> Quasi invitum iisse. Excusat enim semper suum.

<sup>3</sup> Iratus sic Aeschinum vocat.

<sup>4</sup> Syrus incaute se fecenam ingredi simulans, rem ipsam, ut urat Demeam, enarrat, modo eum non nominat, in cuius gratiam haec

facta erant. Neque id de suo suspicans Demea, dum clamat in fratrem eiusque familiam, contemnitur tamen, mox palpando, mox irritando; rudis homo sibi que uni sapiens, ut in hac scena vim comicam omnino non desideres.

<sup>5</sup> int. Micioni.

*Terentius T. II.*

D.



Nil quidquam vidi laetius <sup>1</sup>. *D.* pro Iuppiter,  
 Hominis <sup>2</sup> stultitiam. *S.* collaudavit filium <sup>3</sup> :  
 Mihi, qui id dedissem consilium, egit gratias. <sup>4</sup>  
*D.* Disrumpor. *S.* argentum <sup>4</sup> adnumeravit illico :  
 Dedit praeterea in sumptum <sup>5</sup> dimidium minae :  
 Id distributum sane est ex sententia <sup>6</sup>. *D.* hem,  
 Huic mandes, si quid recte curatum velis <sup>7</sup>.  
*S.* Ehem Demea, haud aspexeram te <sup>8</sup> : quid  
 agitur ? 10

*D.* Quid agatur? vosram nequeo mirari satis  
 Rationem. *S.* est hercle inepta, ne dicam dolo <sup>9</sup>,

<sup>1</sup> Ob id, quod res non  
 tangat suum filium, sed fra-  
 tris, Ctesiphonem; illum,  
 quem ipse pater Demea su-  
 pra I, 2, 15 ut Aeschino  
 meliorem laudaverat, quod  
 rei operam daret, parcus esset  
 ac sobrius. Atque nunc iam  
 rei, scil. amoris, operam dat.

<sup>2</sup> Indignatur fratrem, tam-  
 quam Aeschini flagitiis lac-  
 tum.

<sup>3</sup> int. Aeschinum, φιλαν-  
 θελον, qui fratris causa id  
 fecerat, ut maius malum a-  
 verteret.

<sup>4</sup> Viginti minas, pro ti-  
 bicina argentario reddendas.

<sup>5</sup> h. unde lautius vivere-  
 mus. cf. Cic. ad fam. IX,  
 20, 5 *habere in sumptum*;  
 ad Attic. VIII, 5 extr.

<sup>6</sup> Scil. in singulos lautio-  
 res cibos.

<sup>7</sup> Cf. Phorm. IV, 4, 8 &  
 Plaut. Afsin. I, 1, 107.

<sup>8</sup> Viso Demea percussum  
 se simulans, mox ludit se-  
 nem agrestem.

<sup>9</sup> h. e. ne mentiar. Sed hoc  
 ipsum tamen dolo dicit. Af-  
 sentatione autem orationem,  
 quam senex habere potuit,  
 praetereundo repetit. Tum  
 reversus ad consertos, se-  
 nem parum curans iubet,

Atque absurda. pisces ceteros purga, Dromo :  
 Congrum istum maximum in aqua finito ludere  
 Tantisper : ubi ego rediero, exoffabitur : 15  
 Prius nolo. *D.* haecine flagitia ? *S.* mihi quidem  
 non placent 1 :

Et clamo saepe. falsamenta haec, Stephanio,  
 Fac macerentur pulchre. *D.* di vestram fidem 2 !  
 Utrum studione id sibi habet, an laudi putat  
 Fore, si perdidit gnatum 3 ? vae misero mihi ; 20  
 Videre videor iam diem illum, cum hinc egens  
 Profugiet aliquo militatum. *S.* o Demea,  
 Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est  
 Videre, sed etiam illa, quae futura sunt,  
 Prospicere 4. *D.* quid ? istaec iam penes vos psal-  
 tria est ? 25

quae ad lautitiam pertineant.

1 Denuo quidem sic absentatur Syrus, sed & mox fastidiose rursus ad consertos, his porro praecipit in speciem, quae agant.

2 Iracundiam, quam Syrus de industria ludi causa auxerat, tandem expromens, maledicendo cuncta pro agresti suo ingenio auget ; idque gaudet Syrus.

3 Putat ille Aeschinum ; quid si iam scisset, Ctesiphonis causa haec fieri omnia ?

4 Vide, quam ridendum praebeat senem sententiosus ille carnufex, & simul palpando rudem decipiat. Captus vero mox Demea varia sciscere cupit ex Syro, tamquam qui cum ipso faceret.

S. Ellam intus. *D.* eho <sup>1</sup>, an domi est habiturus?

*S.* credo, ut est

Dementia. *D.* haecine fieri? *S.* inepta lenitas Patris, et facilitas prava. *D.* fratris me quidem Pudet, pigetque. *S.* <sup>2</sup> nimium inter vos, Demea, ac Non, quia ades praefens, dico, hoc pernimum interest.

30

Tu, quantus quantus, nil nisi sapientia <sup>3</sup> es;

Ille somnium. fineres vero tu illum tuum

Facere haec <sup>4</sup>? *D.* finerem illum <sup>5</sup>? aut non sex totis mensibus

Prius olfecissem <sup>6</sup>, quam ille quidquam coeperit?

*S.* Vigilantiam tuam tu mihi <sup>7</sup>? *D.* sic fit modo 35

<sup>1</sup> *Eho* est interiectio cum gestu quaerentis arcana. Sed Demea etiam, scire cupiens, ubi Ctes. iam sit, haec & alia rogat, antequam tandem eum roget id, quod primum in animo habuerat.

<sup>2</sup> Syrus risor ita adulatur seni, ut hunc plane spectatoribus deridendum propinet. Atque is iracundus nihil videt veri.

<sup>3</sup> Abstractum hoc (quomodo mox *somnium* fortius dicitur, quam *somniculosus*)

totaque oratio Syri hyperbolica eandem vim habet, ac si stultissimum dixisset. Sed Dem. solus captus est.

<sup>4</sup> Iam irrumpit plane adulationis. Sensum vero senis pulchre callet Syrus; cf. infra IV, 1, 17 sq.

<sup>5</sup> Captus est; habet.

<sup>6</sup> Haud certe in hac re urbanum verbum, aptum est agresti homini.

<sup>7</sup> int. qui eam optime novi, narras? Sic. Hec. V, 4, 22. *Tunc mihi istuc?*

Ut nunc est, quaeso <sup>1</sup>. S. ut quisque suum volt esse, ita est <sup>2</sup>.

D. Quid? eum vidistin' hodie? S. tuumne filium? (Abigam hunc rus) iam dudum aliquid ruri agere arbitror.

D. Satin' scis ibi esse? S. oh, quem egomet produxi. D. optume est.

Metui, ne haereret hic <sup>3</sup>. S. atque iratum admodum. 40

D. Quid autem? S. adortus iurgio est fratrem apud forum

De psaltria hac. D. ain' vero? S. vah <sup>7</sup>, nil reticuit: Nam, ut numerabatur forte argentum, intervenit Homo de improvise, coepit clamare: o Aeschine, Haecine flagitia facere te? haec te admittere 45

Indigna genere nostro? D. oh, lacrumo gaudio <sup>8</sup>. S. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.

<sup>1</sup> Ridet spectator votum Demeae, qui solus nescit, ut nunc est Ctesipho.

<sup>2</sup> Sententia alias probabilis pro persona h. l. est ridicula. Don.

<sup>3</sup> Nunc tandem sciscit, quod voluerat.

<sup>4</sup> Moram quaerit interrogando Syrus, cogitans, quomodo senem abigat.

<sup>5</sup> Quae uncinis inclusa secum loquitur Syrus.

<sup>6</sup> Cf. supra sc. III, 5. Simplex homo sese aperit magis dolis.

<sup>7</sup> Quam scite mentitur narratque Syrus, ut imponat seni!

<sup>8</sup> Te lacrimantem gaudio quis non rideat? Infra Syrus IV, 1, 20 sq. hoc narrat si-

*D.* Salvos fit : spero , est similis maiorum suum :  
*S.* hui.

*D.* Syre , praeceptorum plenus istorum ille :  
*S.* phy ,

Domi habuit , unde disceret. *D.* fit sedulo <sup>1</sup> : 50

Nihil praetermitto : consuefacio : denique

Inspicere , tamquam in speculum <sup>2</sup> , in vitas omnium

Iubeo , atque ex aliis fumere exemplum sibi.

*Hoc facito. S.* recte sane <sup>3</sup>. *D.* hoc fugito. *S.* callide.

*Tio -- Virtutes -- narro -- tuas.*  
*homini illico lacrumae cadunt*  
*quasi puero , gaudio.*

<sup>1</sup> Demea falsis laudibus a Syro risore deceptus eo tandem devenit , ut se ipse laudet , tamquam virtutis magistrum , rationemque disciplinae suae efferat. In ea autem , tamquam in speculo , intueri licet , non sapientem aliquem , aut praeceptorem , sed rudem & agrestem hominem , qui velut unus de vulgo , non *philosophice* ( ut ait Don. ) sed *civiliter* moneat , scil. exemplis , non praeceptis. Eundem in modum se a patre suo doctum facit Hor.

Serm. I , 4 , 105--118 , quem lege.

<sup>2</sup> Aberrat comicus praeceptor a vera vi vocis & usu. Ex speculo cernimus , quales ipsi simus ; ut si quid dedecet in vultu & habitu , emendemus. Atque inde quod , qui in aliis , quidquid delinquitur , magis cernunt , facilius sic corriguntur , haud subtiliter Demea vitas aliorum tamquam speculum esse dicit ; cf. Cic. de off. I , 41 , 2.

<sup>3</sup> Singula Demeae dicta Syrus ridicule approbat , tamquam praecepta sapientiae.

*D. Hoc laudi est. S. istaec res est. D. hoc vitio datur.* 55

*S. Probissime. D. porro autem...<sup>2</sup> S. non hercle otium est*

Nunc mi auscultandi : pisces ex sententia

Nactus sum : hi mihi ne corrumpantur , cautio est.

Nam id nobis tam flagitium<sup>2</sup> est , quam illa , o Demea ,

Non facere vobis , quae modo dixi : et quod queo , 60

Conservis ad eundem istunc praecipio modum :

*Hoc falsum est , hoc adustum est , hoc lautum est parum ;*

*Illud recte , iterum sic memento : sedulo*

Moneo , quae possum pro mea sapientia<sup>3</sup> :

Postremo , tamquam in speculum , in patinas<sup>4</sup> ; Demea , 65

**F** 1 Demea, observante Donato, prope delinitus erat contra institutum argumentum, novamque orationem coeptabat. Itaque artificiose poeta subiecit ex persona Syri, unde illum ad amaritudinem revocet. Syrus vero ex culina simile repetit, in quo, singula senis imitando, eius sapien-

tiam deridiculam det.

<sup>2</sup> Qua voce Demea iracundus semper abutitur ad quaevis peccata designanda.

<sup>3</sup> Erat ea coqui sapientia, cuius est, condimentum gustu ac sapore temperare. Recte id monuit Don. neque Westerh. id spernendo quidquam sapit.

<sup>4</sup> Ridiculi causa pariter

Inspicere iubeo , et moneo , quid factio ufus fit <sup>2</sup> :  
 Inepta haec esse , nos quae facimus , sentio :  
 Verum quid facias ? ut homo est , ita morem  
 geras.

Numquid vis ? *D.* mentem vobis meliorem dari <sup>2</sup> .  
*S.* Tu rus hinc ibis ? *D.* recte . *S.* nam quid tu hic  
 agas ,

Ubi , si quid bene praecipias , nemo obtemperet <sup>3</sup> ?  
*D.* Ego vero hinc abeo , quando is , quam ob  
 rem <sup>4</sup> huc veneram ,

Rus abiit : illum curo unum : ille ad me attinet :  
 Quando ita volt frater , de istoc ipse viderit .

Sed quis illic est , quem video procul <sup>5</sup> ? estne  
 Hegio

Syrus speculo adsimulat patinas .

<sup>1</sup> Haftenus *μυμησις* Syri .  
 Nunc iam is concludit , sim-  
 ulate & vultuose vituperan-  
 do , quae agantur in domo  
 Micionis , ad cuius inge-  
 nium tota familia se con-  
 formare debeat .

<sup>2</sup> Demea fere ad inge-  
 nium rediens , pulchre , sed  
 satis dure responderet .

<sup>3</sup> Addidit haec Syrus , ut  
 senem abigeret ; & ipse per-

acto iam satis ludo discedit .

<sup>4</sup> Scilicet ut mecum rus abi-  
 ret . Neque placet cum Don-  
 exponere *propter quem* .

<sup>5</sup> Opportune advenit He-  
 gio , cognatus Phanii , a So-  
 strata vocatus , idemque o-  
 lim Demeae familiaris , ne  
 abeat Demea , propter reli-  
 quam fabulae partem , &  
 simul , quo eius , qui iam  
 paene mitis factus erat , de-  
 nuo provocetur iracundia .

Tribulis noster ? si fatis cerno , is hercle , vah !  
 Homo amicus nobis iam inde a puero . di boni ,  
 1 Nae illiusmodi iam magna nobis civium  
 Penuria est . homo antiqua virtute ac fide .  
 Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice . 80  
 Quam gaudeo 2 ! ubi etiam huius generis reliquias  
 Restare video , vivere etiam nunc lubet .  
 Opperiar hominem hic , ut salutem , et conloquar .

## A C T U S III. S C E N A V 3.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

**H.** P Ro di immortales , facinus indignum , Geta,  
 Quod narras ! *G.* sic est factum . *H.* ex illan<sup>3</sup> fa-  
 milia

Tam illiberale facinus esse ortum ? o Aeschine !  
 Pol haud paternum istuc dedisti . *D.* videlicet  
 De psaltria hac audivit : id illi nunc dolet 5  
 Alieno : pater is 4 nihili pendit : hei mihi !  
 Utinam hic prope adestet alicubi , atque audiret  
 haec !

1 Magna inest in sqq.  
 commendatio viri ad fidem  
 postulationi faciundam.

2 int. optimum virum ,  
 eumque amicum , tamdiu  
 non visum , habere obvium.

3 Haec scena ( inquit

Don. ) fidem amici erga de-  
 functum , maturitatem se-  
 nilis orationis , & accusatio-  
 nem eius , quem laedere no-  
 lit ipse accusator , continet.

4 int. Micio.



*H.* Nisi facient, quae illos aequom est, haud sic auferent <sup>1</sup>.

*G.* In te spes omnis, Hegio, nobis sita est.

Te solum habemus: tu es patronus, tu pater: 10

Ille tibi moriens nos commendavit senex.

Si deferis tu, periiimus <sup>2</sup>. *H.* cave dixeris <sup>3</sup>:

Nec faciam <sup>4</sup>, neque me satis posse arbitror.

*D.* Adibo. salvere Hegionem plurimum

Iubeo. *H.* oh, te quaerebam ipsum: salve, Demea. 15

*D.* Quid autem? *H.* <sup>5</sup> maior filius tuus Aeschinus,

Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,

Neque liberalis functus officium est viri.

*D.* Quid istuc est? *H.* nostrum amicum noras Simulum, atque

Aequalem? *D.* quidni? *H.* filiam eius virginem 20

Vitiavit. *D.* hem! *H.* mane <sup>6</sup>; nondum audisti, Demea,

<sup>1</sup> int. inultum; cf. Andr. III, 5, 4.

<sup>2</sup> Servus hoc verbo Hegioni copiam facit, declarandi antiquam fidem animumque optimum.

<sup>3</sup> Ne hoc verbum amplius ex te audiam; cf. Heaut. V, 7, 8.

<sup>4</sup> h. e. nec deseram. Ipse a verbo abhorret; multo magis

a re.

<sup>5</sup> Sine ambage, & ut decet virum antiquum, incipit narrare rem; quae ubi plus quam satis confirmata fuerit, tandem nil nisi aequum postulat. Inest vero in tota accusatione mirars & moderatio.

<sup>6</sup> Ex hoc verbo ostenditur, quam commotus De-

Quod est gravissimum. *D.* an quid est etiam amplius?

*H.* Vero <sup>1</sup> amplius: nam hoc quidem ferendum aliquo modo est.

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.

Humanum est <sup>2</sup>. ubi scit factum <sup>3</sup>, ad matrem virginis 25

Venit ipse ultro, lacrumans, orans, obsecrans,

Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.

Ignotum est, tacitum est, creditum est. virgo ex eo

Compressu gravida facta est: mensis <sup>4</sup> decimus est.

mea illud *hem* pronuntiaverit, totum se vertendo, quasi discessurus.

<sup>1</sup> Vero respondentis est.

Ita vero gravitatem eius, quod dicturus, auget, ut quo nil amplius dici posse intelligeret pater, qui & raptionem psaltriaec noverat, id Hegio etiam secundum censeret. Facit in eo humane, & simul oratoris s. accusatoris munere probe fungitur.

<sup>2</sup> cf. infra IV, 6, 53 sq. Micionem adversus Aeschinum: *Iam id peccatum pri-*

*um magnum: magnum, at humanum tamen: Fecere alii saepe, item boni--.*

<sup>3</sup> Versus sqq. exemplum brevis narrationis, per *εὐνομοσίαν*, praebent. Inde est *αὐξήσις*, qua postremum Aeschini crimen, scil. desertionis, mirum quantum grave videatur.

<sup>4</sup> Lunaribus nimirum; quales ante Iul. Caes. computabantur. Sic & infra IV, 6, 57. Hec. V, 3, 24. Plaut. Amph. II, 2, 38. Virg. Ecl. IV, 61.

<sup>1</sup> Ille bonus vir nobis psaltriam, si diis placet <sup>2</sup>, 30  
Paravit, quicum vivat, illam deferat.

*D.* Pro certon' tu istaec dicis <sup>3</sup>? *H.* mater virginis

In medio est <sup>4</sup>, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta Praeterea, ut captus est fervorum <sup>5</sup>, non malus, Neque iners, alit illas, solus omnem familiam <sup>35</sup> Sustentat. hunc abduce, vinci, quaere rem <sup>6</sup>.

*G.* Immo hercle extorque <sup>7</sup>, nisi ita factum est, Demea:

Postremo non negabit: coram ipsum cedo <sup>8</sup>.

*D.* Pudet: nec, quid agam, neque quid huic respondeam,

<sup>1</sup> Concludit narrationem indicando id, quod gravissimum erat, ironia indignationis plena.

<sup>2</sup> Formula inserviens ironiae & indignationi.

<sup>3</sup> Quaestio Demeae tantum facit ad confirmationem.

<sup>4</sup> h. e. adest, quae fidem dictis certissimam faciat.

<sup>5</sup> Additur in laudem eorum, qui inter suae sortis homines praestant; cf. Caes. B. G. IV, 3. Vulgo autem

fervorum ingenia male audiunt. Mox *malus* refertur ad animum, *iners* ad mentem.

<sup>6</sup> Quaerebantur servi etiam tormentis.

<sup>7</sup> int. verum. Usque se offert servus probus.

<sup>8</sup> h. e. siste eum praesentem. Certissimum argumentum rei, quam quis negare non audeat. Neque sic opus ceteris.

<sup>9</sup> Seorsim hoc dicit perturbatus Demea.

Scio. *P.* miseram me! differor doloribus <sup>1</sup>. 40  
Iuno Lucina, fer opem: serua me, obsecro. *H.*  
hem!

Numnam illa quaeso parturit? *G.* certe, Hegio.  
*H.* hem!

Illaec fidem nunc vos tram implorat, Demea <sup>2</sup>:  
Quod vos ius <sup>3</sup> cogit, id voluntate impetret.  
Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut vobis  
deceat <sup>4</sup>. 45

Sin aliter animus vester est <sup>5</sup>, ego, Demea,  
Summa vi defendam hanc, atque illum mortuum <sup>6</sup>.  
Cognatus mihi erat: una a pueris parvulis  
Sumus educi: una semper militiae et domi  
Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem <sup>7</sup>. 50  
Quapropter nitar, faciam, experiar: denique  
Animam relinquam potius, quam illas deferam.

<sup>1</sup> Intus clamat Pamphila,  
& sic res ipsa iam loquitur  
partem veri, & simul per-  
mouet.

<sup>2</sup> Opportune transit ad  
perorationem, & aequissi-  
mam, & fortem.

<sup>3</sup> h. e. ipsae leges, qui-  
bus ius continetur.

<sup>4</sup> Sic dativo iungitur sine  
verbo; cf. V, 6, 5. Pl. Amph.  
II, 2, 188. Capt. II, 2, 71.

<sup>5</sup> Scil. quod virgo pauper

fit.

<sup>6</sup> *Mortuorum manes*, inquit  
Mart. Cap. 2, *si vitae prio-  
ris adiuti fuerint honestate,  
in Lares domorum—vertuntur.*  
Ita & mortuus ab eadem in-  
iuria defendebatur, a qua  
filiae vita.

<sup>7</sup> Miseriae, dum aequo  
animo una tolerantur, con-  
iungunt animos, bonosque  
efficiunt; felicitate contum-  
pimur.

Quid mihi respondes <sup>1</sup>? *D.* fratrem conveniam;  
Hegio.

*H.* <sup>2</sup> Sed, Demea, hoc tu facito cum animo  
cogites,

Quam vos facillume agitis <sup>3</sup>, quam estis maxume <sup>55</sup>  
Potentes, dites, fortunati, nobiles:

Tam maxume vos aequo animo aequa noscere <sup>4</sup>  
Oportet, si vos voltis perhiberi probos.

*D.* Redito <sup>5</sup>: fient, quae fieri aequom est, omnia.

*H.* Decet te facere. Geta, duc me intro ad So-  
stratam. 60

*D.* Non me indicente <sup>6</sup> haec fiunt: utinam hoc  
fit modo

Defunctum <sup>7</sup>: verum nimia illaec licentia  
Profecto evadet in aliquod magnum malum.

<sup>1</sup> Respondetur accusanti.

<sup>2</sup> Bene addit hoc moni-  
tum, quo magis Demea  
rei intentus, quam Micio,  
quem omnes norant huma-  
num hominem, & aequum  
virum.

<sup>3</sup> h. e. sine labore vivitis.

<sup>4</sup> h. e. aequos esse.

<sup>5</sup> Iam abeunti Hegioni  
hoc dicit.

<sup>6</sup> h. e. non dicente, ut  
ap. Liv. XXII, 39. Sic  
Phorm. V, 9, 57 *indictum*

pro *non dictum*; & in vul-  
gus nota est est formula,  
*indicta causa damnare*. Mul-  
tum autem clamaverat, &  
pro suo more gravius dix-  
erat supra I, 2, ubi vid. v.  
59 sq.

<sup>7</sup> Passive pro *superatum*,  
*finitum*; ut ap. Liv. II, 35  
*Sed adeo infensa erat coorta*  
*plebs, ut unius poena defun-*  
*gendum esset patribus.* cf.  
Phorm. V, 10, 32. sq.

Ibo , requiram fratrem <sup>1</sup> , ut in eum haec evomam <sup>2</sup> .

## ACTUS III. SCENA VI.

## H E G I O.

**B**ono animo fac sis , Softrata , et istam , quod potes ,

Fac consolere. ego Micionem , si apud forum est ;  
Conveniam , atque , ut res gesta est , narrabo ordine .

Si est , facturus ut sit officium stium ,

Faciat : sin aliter de hac re est eius sententia , §

Respondeat mi , ut , quid agam , quam primum sciam .

<sup>1</sup> Scil. apud forum , uti & mox Hegio .

<sup>2</sup> Vide hominem , qui fratrem convenire cupit non tam , ut cum eo consulat de re ex aequo finienda , quam ut iram recens auctam evomat . Sed ita est homo .

<sup>3</sup> Hegio festinantius agens ,

quae susceperat , brevissime ap. Softratam moratur , instante partu ; & ab ea rediens haec ei , quae intus est , de Scena clamat . Ceterum Don. notat , hos sex versus in quibusdam libris non ferri ; quos quis non ferat ?

ACTUS IV<sup>1</sup>. SCENA I<sup>2</sup>.

CTESIPHO, SYRUS.

C. **A**In' patrem hinc abiisse rus ? S. iam dudum.

C. dic fodes. S. apud

Villam est. nunc cum maxume operis aliquid facere credo 3. C. utinam quidem 4!

Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,  
Ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat  
furgere.

1 Turbae crescent ab amore Ctesiphonis iam magis periclitante ob patris Demeae remansione, moxque abolendam suspicionem amoris, quam Aeschinus a fratre in se transtulerat, sollicitus iam iam de rebus suis inde turbatis. Facile vero istae transiguntur inter bonos viros, Heg. ac Micionem, qui ut aliquam poenam ob dissimulatum amorem Pamph. a filio habeat, hunc simulatone ludit, anxiumque reddit, tandem omni metu liberat, & sibi magis devincit. Sed tum redit in Scenam iratior Demea,

ut maledictis fratrem oneretur; a quo lusus, forte eo deveniet, ut suspicetur, raptionem factam esse Ctesiphonis sui causa.

2 Sc. I ostendit Ctesiphonem (amatorem) timentem a patre, & simul simplicem; qualem ex severiori rudis patris disciplina esse eum necesse fuit.

3 Fallitur Syrus opinione. Neque enim is longe aberit.

4 int. id fit. Al. vero *utinam* coniungunt cum *velim*, & hoc *πλεοναξεν* volunt, quod absque exemplo est. Nos cum Don. facimus.

S. Ita fiat <sup>1</sup> (et istoc, si quid potis est, rectius).

C. ita! nam hunc diem 5

Misere nimis, ut coepi, cupio perpetuum in laetitia degere:

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia

Prope est: quod si abesset longius, prius

Nox oppressisset illic, quam huc revertier posset iterum <sup>2</sup>.

Nunc, ubi me illic non videbit, iam huc recurret, fat scio: 10

Rogitabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.

Quid dicam? S. nihilne in mentem <sup>3</sup>? C. nunquam quidquam. S. tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? C. sunt, quid postea?

S. Hisce opera ut data sit. C. quae non data sit? non potest fieri <sup>4</sup>. S. potest.

C. Interdiu: sed si hic pernocto, causae quid dicam, Syre? 15

<sup>1</sup> Ambigua vox servi, quam Ctes. accipit conditioni consentaneam. Sed is pro malitia sua, ut etiam peius quid accidat seni, exoptat. Neque verba & *istoc* --*rectius* audita Ctesiphoni censemus.

Terentius T. II.

<sup>2</sup> *Reverti iterum* pleonastice dicitur & Virg. Aen. VI, 720, ut nostro *rursus redire* supra I, 1, 46. infra IV, 2, 40. Eun. IV, 2, 6.

<sup>3</sup> int. venit.

<sup>4</sup> Simplex ingenium praese fert.



S. Vah! quam vellem etiam noctu amicis operam  
mos esset dari <sup>1</sup>.

Quin tu otiosus es : ego illius sensum pulchre  
calleo.

Cum fervit maxume , tam placidum , quam ovem,  
reddo. C. quo modo?

S. Laudarier te audit libenter <sup>2</sup> : facio te apud il-  
lum deum <sup>3</sup> :

Virtutes narro <sup>4</sup>. C. meas? S. tuas. homini illico  
lacrumae cadunt, 20

Quasi puero , gaudio. hem tibi autem. C. quidnam  
est? S. lupo in fabula <sup>5</sup>.

C. Pater ne? S. is ipse. C. Syre, quid agimus?  
S. fuge modo intro : ego videro.

C. Si quid rogabit, nusquam tu me <sup>6</sup> : audistin' ?  
S. potin' ut desinas ?

*ACTUS IV. SCENA II.*

DEMEA, CTESIPHO, SYRUS.

**D.** **N**ae ego sum infelix ! primum fratrem nus-  
quam invenio gentium :

<sup>1</sup> Facetus semper est Sy-  
rus ; cf. Heaut. V , 1 , 38.

<sup>2</sup> Hoc plerique omnes pa-  
rentes sibi dictum habeant.

<sup>3</sup> h. e. summis laudibus  
effero , ut singularem virta-  
tibus.

<sup>4</sup> Cf. supra III , 3.

<sup>5</sup> Adagium , in quo inest  
silentii indictio. vid. Ind.

<sup>6</sup> Scil. vidisse respondeas.  
Ellipsis properanti apta.

<sup>7</sup> Rudis, simplex, timi-  
dusque adolescens, quem fu-

Praeterea autem , dum illum quaero , a villa mercenarium

Vidi : is filium negat esse ruri : nec , quid agam , scio.

C. Syre. S. quid est ? C. men' quaerit ? S. verum :

C. perii. S. quin tu animo bono es.

D. Quid hoc , malum , infelicitatis ? nequeo satis discernere : 5

Nisi me credo huic esse natum rei , ferendis miseris.

Primus sentio mala nostra : primus rescisco omnia :

Primus porro obnuntio : aegre solus , si quid fit , fero.

S. Rideo hunc : primum ait se scire : is solus nescit omnia.

D. Nunc redeo : si forte frater redierit , viso. 2...

C. Syre

10

Obsecro , vide ne ille huc prorsus se irruat. S. etiam taces ?

gere intro iusserat servus , restat in ipso aditu forium , iterum obsecraturus Syrum , ut caveat , ne pater irruat. Syr. vero prope illas stans opperitur adventum senis , qui denuo , & iam magis iure suo querens scenam in-

greditur.

1 Verum adv. affirmantis.

2 Qua voce audita Ctes. misere exterritus rursus implorat Syrum ; sed quod prius facere potuit , fuga sibi consulere , tutissimum ratus.

Ego cavebo, C. nunquam hercle hodie ego istuc  
committam tibi.

Nam me iam in cellam aliquam cum illa conclu-  
dam: id tutissimum est.

S. Age, tamen ego hunc amovebo. D. sed ec-  
cum sceleratum Syrum.

ACTUS IV. SCENA III.

SYRUS, DEMEA.

S. **N**on hercle hic quidem durare quisquam;  
si sic fit, potest.

Scire equidem volo, quot mihi sint domini!  
quae haec est miseria?

D. Quid ille gannit? quid volt? quid ais, bone  
vir? est frater domi?

S. Quid, malum! bone vir, mihi narras? equi-  
dem perii. D. quid tibi est?

1 Syrus post fugam Ctesiphonis, & nunc primum visus a sene, a foribus in scenam progrediens, quasi non videat Demeam, mira arte simulat se verberatum, fugereque cupientem, ut nova ratione acceptum mitiget Demeam, qui Syri clamores contra Ctesiphonem,

in huius laudem accipiet. Tandem vero mendaciis suis non tam amovet, quam praecipitat senem.

2 Gannire proprie vulpium est.

3 Indignationem simulans repetit cum *periphrasi* illud bone vir.

*S.* Rogitas? Ctesipho me pugnīs miserum, et  
istam psaltriam 5

*U*sque occidit <sup>1</sup>. *D.* hem, quid narras? *S.* hem,  
vide, ut discidit labrum <sup>2</sup>.

*D.* Quamobrem? *S.* me impulsore hanc emptam  
esse ait. *D.* non tu eum rus hinc modo  
Produce aiebas? *S.* factum: verum venit post  
infaniens:

Nihil pepercit. non puduisse verberare hominem  
senem,

Quem ego modo puerum tantillum in manibus  
gestavi meis? 10

*D.* Laudo, Ctesipho; patriſſas: abi, virum te  
iudico <sup>4</sup>.

*S.* Laudas? nae ille continebit posthac, si sapiet,  
manus.

*D.* Fortiter. *S.* perquam: quia miseram mulie-  
rem, et me fervolum,

<sup>1</sup> Supra III, 4, 41 Ctesiphonem in foro fratrem iurgio adortum finxerat. Coeptum mendacium nunc continuat, auget.

<sup>2</sup> Ostendit seni, parum prospicienti, labrum digitis ita compressum, ut in duas partes scissum videretur.

<sup>3</sup> Demea, memor dicti

a Syro supra III, 4, 39 cautus videtur, neque tamen minus falleretur ab astuto ser-vo.

<sup>4</sup> Non modo fraude ser-  
vi, sed & caeco amore, quod  
in filium, ut patris similem  
& ab ipso educatum, fer-  
tur, mire delusus ostenditur  
senex.

Qui referire non audebām, vicit. hui, perfortiter ?!

*D.* Non potuit melius: idem, quod ego, sensit, te esse huic rei caput. 15

Sed estne frater intus? *S.* non est ? *D.* ubi illum quaeram, cogito.

*S.* Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo ? *D.* hem! quid ais? *S.* ita.

*D.* Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. *S.* at nomen nescio

Illius hominis, sed locum novi ubi sit. *D.* dic ergo locum.

*S.* Nostin' porticum apud macellum hac deorsum? *D.* quidni noverim? 20

*S.* Praeterito hac recta platea sursum: ubi eo veneris,

Clivus deorsum vorsum est: hac praecipitato. postea

Est ad hanc manum ? facellum: ibi angiportum propter est.

*D.* Quonam? *S.* illic, ubi etiam caprificus magna est. *D.* novi. *S.* hac pergito.

1 Ironia quasi indignantis, cum servili gestu.

2 Iam ne irruat se senex in aedes fratris, ostendet Syrus, quam callidus sit & expromptus ad fraudes & mendacia.

3 Vide, quam astute senem avidiorem sua tergiversatione faciat, ut is hoc magis credat, faciliusque fallatur.

4 Perplexum faciebat signum; inde rogat Demea.

*D.* Id quidem angiportum non est pervium : *S.*  
verum hercle ; vah ! 25

Censen' hominem me esse ? erravi. in porticum  
rursum redi :

Sane hac multo propius ibis , et minor est erra-  
tio 2.

Scin' Cratini huius ditis aedes ? *D.* scio. *S.* ubi  
eas praeterieris ,

Ad sinistram hac recta platea ; ubi ad Dianae  
veneris ,

Ito ad dextram : prius , quam ad portam venias ;  
apud ipsum lacum 30

Est pisitrilla , et exadvorsum est fabrica : ibi est.  
*D.* quid ibi facit ?

*S.* Lectulos in sole 4 ilignis pedibus faciundos  
dedit.

1 Mira arte poeta inducit  
senem non plane improvi-  
dum ; & servum ad errorem  
fatendum paratiorem , ut sic  
sibi opinionem simplicitatis  
conciliet ad fallendum ma-  
gis ; idque vidit Don. Co-  
mice simul orditur iterum  
monstrationem.

2 Vide , quam se tegat ar-  
tifex.

3 int. aedem. Ellipsis so-  
lennis.

4 h. e. in quibus accuba-  
rent convivantes in solario s.  
ea parte domus , quae soli  
& aurae patebat. Bene vero  
*ilignos* dicit , quales nondum  
habuerit Micio ; & ut ab  
adiunctis fidem faceret men-  
dacio.

*D.* Ubi potetis vos ? bene sane. sed cesso ad eum  
pergere ?

*S.* I sane : ego te exercebo <sup>1</sup> hodie , ut dignus es,  
slicernium.

Aeschinus odiose cessat <sup>2</sup> : prandium corrup-  
pitur : 33

Ctesipho autem in amore est totus. ego iam pro-  
spiciam mihi :

Nam iam adibo, atque unum quodque, quod qui-  
dem erit bellissimum <sup>3</sup> ,

Carpam, et cyathos forbillans paulatim hunc pro-  
ducam diem <sup>4</sup>.

*ACTUS IV. SCENA IV.*

MICIO, HEGIO.

*M. EGO* in hac re nil reperio , quam ob rem  
lauder tantopere , Hegio.

<sup>1</sup> h. e. cursuram docebo.  
cf. Plaut. Trin. IV, 3, 8.

<sup>2</sup> Neque tamen cessator  
Aesch. non sollicitus nunc  
maxime est ; quod ab amore  
suo patri aperiendo cessave-  
rat. cf. Sc. 5, 21.

<sup>3</sup> Cuiusmodi ad irritan-

dam gulam cibi *bellaria* di-  
cuntur.

<sup>4</sup> Lautis utitur verbis de  
prandio lauto , *bellissimum--*  
*carpere--forbillando paulatim*  
*producere* ( h. e. consumere )  
*diem.*

<sup>5</sup> Scena ostendit duos se-

Meum officium facio : quod peccatum a nobis  
ortum est, corrigo :

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero,  
qui ita putant,

Sibi fieri iniuriam ultro, si, quam fecere ipsi,  
expostules :

Et ultro accusant. id quia non est a me factum,  
agis ne gratias ? 5

*H.* Ah, minime : nunquam te aliter, atque es, in  
animum induxi meum.

Sed quaeso, ut una mecum ad matrem virginis  
eas, Micio,

Atque istaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas  
mulieri,

Suspicionem hanc propter fratrem esse, eius esse  
illam psaltriam.

*M.* Si ita aequom censes, aut ita opus est facio,  
eamus. *H.* bene facis : 10

Nam et illi animum iam rellevabis, quae dolore,  
ac miseria

Tabescit, et tu officio fueris functus. sed si aliter  
putas,

Egomet narrabo quae mihi dixti. *M.* immo ego  
ibo. *H.* bene facis :

nes honestos, alterum hu-  
manum, alterum bonum;  
inter quos facile convenit de  
peccato Aeschini corrigen-

do; plenaque est sententia-  
rum, in quibus inest officii  
demonstratio.



Omnes ; quibus res sunt minus secundae , magis  
sunt nescio quo modo

Suspiciosi : ad contumeliam omnia accipiunt ma-  
gis : 15

Propter suam impotentiam <sup>1</sup> , se semper credunt  
laedier.

Quapropter te ipsum purgare ipsi coram , placabi-  
lius est.

*M.* Et recte , et verum dicis. *H.* sequere me ergo  
hac intro. *M.* maxime.

ACTUS IV. SCENA V<sup>a</sup>.

AESCHINUS.

**D**iscrucior animi. hoccine de improvise mali  
mihi obiici

Tantum , ut neque quid de me faciam , neque  
quid agam , certum fiet?

Membra metu debilia sunt : animus timore obstu-  
puit : pectore

Consistere nihil consili quidquam potest. Vah !  
quomodo

<sup>1</sup> Res minus secundae  
*impotentia* lenius dicuntur ,  
quam *paupertas* & *inopia*. Sed  
quae iis accidunt a potenti-  
bus , graviora ducunt.

<sup>2</sup> Aesch. ostenditur pro  
ingenii bonitate maxime sol-  
licitus de suo amore ob tur-

bam , quam faciebat psaltria  
raptio , indeque orta suspi-  
cio. Trepidus tandem acce-  
dit ad fores Sostratae , se  
ipsum purgaturus , sed a  
patre , redeunte ex ipsis ac-  
dibus , excipitur.

Me ex hac expediam turba tanta ? tanta nunc  
suspicio 5

De me incidit, neque ea immerito. Sofrata cre-  
dit, mihi

Me psaltriam hanc emisse : id anus <sup>1</sup> fecit indicium  
mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat,  
ubi eam vidi, illico

Accedo, rogitō <sup>2</sup>, Pamphila, quid agat : iam partus  
adsiet :

Eone obstetricem arcessat. illa exclamat <sup>3</sup>, *abi,*  
*abi iam, Aeschine.* 10

*Satis diu dedisti verba : sat adhuc tua nos frustrata  
est fides.*

Hem, quid istuc obsecro, inquam, est <sup>4</sup>? *valeas* <sup>5</sup>,  
*habeas illam* <sup>6</sup>, *quae placet.*

Sensu illico id illas suspicari : sed me reprehendi  
tamen,

Ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac  
fieret palam <sup>7</sup>.

<sup>1</sup> Canthara illa, quam Sofrata III, 2 extr. iusserat arcessere obstetricem.

<sup>2</sup> Scil. amore impulsus vero, studiose de sua quaerit.

<sup>3</sup> Non respondet, sed exclamat; eiusque clamorem tristis reddit Aeschinus.

<sup>4</sup> Percussus subito haec per interiectionem rogat.

<sup>5</sup> Anus, quasi eum fugiens responderet.

<sup>6</sup> Psaltriam innuit.

<sup>7</sup> Etiam in ipsa turba animum in fratrem huiusque curam non dimittit;

Nunc quid faciam <sup>1</sup> ? dicam ne fratris esse hanc ?  
quod minime est opus 15

Usquam efferi <sup>2</sup>. iam mitto <sup>3</sup> : fieri potis est, ut  
ne qua exeat.

Ipsum id <sup>4</sup> metuo, ut credant : tot concurrunt ve-  
rissimilia :

Egomet rapui : ipse egomet solvi argentum : ad  
me abducta est domum.

Haec adeo mea culpa fateor fieri <sup>5</sup>, non me hanc  
rem patri,

Ut erat gesta, indicasse : exorasssem ut eam du-  
cerem. 20

Cessatum est usque adhuc : nunc porro, Aeschine,  
expergiscere <sup>6</sup> :

Nunc hoc primum est <sup>7</sup> : ad illas ibo, ut purgem  
me : accedam ad fores :

unde haec fabula vere dicta  
*Adelphi*, a *φιλαδελφια*, cre-  
dimus Aeschini.

<sup>1</sup> Iam dubitans secum  
consultat, quid faciat.

<sup>2</sup> Refutat consilium di-  
cendi illis, psaltriam esse  
fratris; quasi dixisset sibi,  
*nihil est*, ut Syrus dubitans  
secum *Heaut. III, 6, 9.*  
Vide, quam luctetur cum  
amore in suam amor in fra-

trem.

<sup>3</sup> int. dubitationem.

<sup>4</sup> Scil. fratris esse hanc.

<sup>5</sup> Iam se ad certam ani-  
mi sententiam ipse mover.

<sup>6</sup> Qui adhuc somniculose s.  
negligenter egisti, intentior  
iam sis ad agendum, ne &  
illam & vitam perdas.

<sup>7</sup> Alterum, quod aget,  
ut patri omnia aperiat, eum-  
que exoret. Sed in hoc a

Perii; horresco semper, ubi pultare haec occipio  
miser <sup>1</sup>.

Heus, heus: Aeschinus ego sum; aperite aliquis  
actutum ostium.

Prodit nescio quis, concedam huc. 25

*ACTUS IV. SCENA VI.*

MICIO, AESCHINUS.

**M.** Ita, uti dixi, Sofrata,  
Facite <sup>3</sup>: ego Aeschinum conveniam, ut, quo-  
modo acta haec sunt, sciat.

patre praevenitur.

<sup>1</sup> Quam horret iam ama-  
tor ante fores suae, qui tam  
fortiter agebat in raptione.  
Scil. fortis est & humanus.

<sup>2</sup> Scena haec ostendit li-  
beralem animum & patris  
Micionis, regressi a Softra-  
ta, & filii ad eundem tenden-  
tis. Ille primum sat habet,  
filium ob celatum amorem,  
indeque natas turbas punire,  
dum eum ludit brevi errore,  
& simul eius animum in hac  
re explorat; tum paterno  
affectu eum monet, erigit.

Filius primum pudoris ple-  
nus, dein a patre lusus, mi-  
re de suo amore angitur,  
& cum patre ita disputat,  
ut honestum animum pro-  
dat; tandem ab eo laetiora  
edoctus exemplo est, quo  
animo filii in parentes bo-  
nos esse debeant. Inde fruc-  
tum curarum suarum habet  
Micio.

<sup>3</sup> Iubet, ut securae sint,  
(quod certe Micione di-  
gnum) l. nuptias adornent,  
Don.

Sed quis ostium hoc pultavit? *Ae.* pater hercle est:  
perii <sup>1</sup> ! *M.* Aeschine.

*Ae.* Quid huic hic negoti est? *M.* tune has pepu-  
listi fores? <sup>2</sup> tacet.

Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est <sup>3</sup> : <sup>5</sup>  
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit  
credere.

Nil mihi respondes? *Ae.* non equidem istas, quod  
sciam <sup>4</sup>.

*M.* Ita? nam mirabar, quid hic negoti esset tibi.  
Erubuit <sup>5</sup>; salva res est <sup>6</sup>. *Ae.* dic fodes, pater,  
Tibi vero quid istic est rei? *M.* nihil mihi qui-  
dem <sup>7</sup>.

10

<sup>1</sup> Novitate rei, sc. quod  
pater a Sostrata egrediens  
ipsi ostenditur, percussus ex-  
clamat.

<sup>2</sup> Verba huius & sq. vers.  
secum dicit Micio, partes sic  
primas huius Scenae osten-  
dens. Tacet autem Aesch.  
non tam timore, quam pu-  
dore.

<sup>3</sup> Quod sic locus erit  
corrigendi filii. Bonus est  
pater.

<sup>4</sup> Vide, quam perturba-  
tus sit Aeschinus.

<sup>5</sup> Primum, sed ambiguum

signum pudoris *tacet*; alte-  
rum certius *erubuit*.

<sup>6</sup> h. e. nondum mihi in  
eo periit fructus disciplinae  
meae, gaudium, quod mi-  
hi in eo unum est; cf. su-  
pra I, 1, 24. Affectum pa-  
tris insignem in eo vidit  
Don. cf. supra Eun. II, 2,  
37. & quem locum We-  
sterh. excitat *Euge, salva  
res est, praeda haec perpetua  
est mea.* Adde Festum de  
proverbio: *Salva res est, sal-  
tat senex.*

<sup>7</sup> h. e. nihil, quod ad me

<sup>2</sup> Amicus quidam me a foro abduxit modo  
 Huc advocatum sibi. *Ae.* quid? *M.* ego dicam tibi.  
 Habitant hic quaedam mulieres pauperculae <sup>2</sup> :  
 Opinor has non nosse te , et certo scio :  
 Neque enim diu huc commigrarunt. *Ae.* quid tum  
 postea <sup>3</sup> ? 15

*M.* Virgo est cum matre. *Ae.* perge. *M.* haec  
 virgo orba est patre :

Hic meus amicus illi genere est proximus :  
 Huic leges cogunt nubere hanc. *Ae.* perii <sup>4</sup>. *M.*  
 quid est?

*Ae.* Nil : recte : perge. *M.* is venit , ut secum  
 avehat :

Nam habitat Miletu. *Ae.* hem ! virginem ut secum  
 avehat ? 20

*M.* Sic est. *Ae.* Miletum usque , obsecro? *M.* ita.  
*Ae.* animo male est <sup>5</sup>.

pertineat. Sed &c.

<sup>1</sup> Iam fingere incipit.  
 Bene autem simulat, negotium esse alienum.

<sup>2</sup> Obscuras eas facit & pauperes ; an ut filius credat , parum sibi auxilii fore a patre ad nuptias , atque sic ei obiiciantur curae paulatim?

<sup>3</sup> Anxie quaerit filius a-

mator : & crescit cura , perinde ut commenta ipsum propius tangunt.

<sup>4</sup> Aesch. hoc seorsim dixit cum gemitu , ita ut subaudiret Micio. Quo magis vero pater se inscium amoris eius simulat , hoc magis ostenditur ab Aeschino , quamvis se reprimente.

<sup>5</sup> Iterum aversus dicit se-

Quid ipsae? quid aiunt? *M.* quid illas censes; nihil enim <sup>1</sup>.

Commenta mater est <sup>2</sup>, esse ex alio viro <sup>3</sup>, Nescio quo, puerum natum, neque eum nominat: Priorem esse illum; non oportere huic dari. 25

*Ae.* Eho nonne haec iusta tibi videntur postea <sup>4</sup>?

*M.* Non. *Ae.* obsecro, non? an illam hinc abducat, pater?

*M.* Quid ni illam abducat? *Ae.* factum a vobis duriter,

eum, mox se reprehendit.

1 h. e. nihil sane, quo minus id fieri liceat.

2 Quam probabiliter comminiscitur, matrem quaerere subterfugium. Noverat scil. Aeschinus animum Sostratae in se.

3 Pervenit sic Micio ad ipsum filium, cuius amorem mire tractat.

4 Aesch. rogar, tamquam id, quod pater dixerat commentum, verum omnino sit. Ita se patri aperit. Don. I. hoc *postea* ad audita de puero ex alio viro nato referendum, I. abundanter dictum censet; cui posteriori sententiae accedunt hodie om-

nes, & conferunt Plaut. Men. III, 2, 31. Nobis in

nostro, quod saepius sumitur *παρελκειν*, non placet.

Sed & vetus ed. Argent. signum rogandi aliter ponit--

*videntur? postea --- quasi*

Aesch. amplius dicturus fuisset *postea etiam illam hinc abducat?*

A parte interpellatus id certe mox addit.

Venerat quoque in mentem,

an legi possit *poscier*.

5 Aesch. iam dolore & ira permotus summo cum *παθει* loquitur; cui convenire dicit Don. illud *im-*

*mis*. adverbium conjunctione auctum in octo syllabas,

misere pronuntiandum. *Inli-*

Immisericorditerque , atque etiam , si est , pater ,  
Dicendum magis aperte , inliberaliter. 30

M. Quam ob rem ? *Ae.* rogas me ? quid illi tan-  
dem creditis

Fore animi misero , qui illi consuevit prior ,  
Qui infelix , haud scio an , illam misere nunc amat ,  
Cum hanc sibi videbit praesens praesentem eripi ,  
Abduci ab oculis ? facinus indignum , pater. 35

M. Qua ratione istuc ? quis despondit ? quis de-  
dit ?

Cui , quando nupsit ? auctor his rebus quis est ?  
Cur duxit alienam ? *Ae.* 4 an sedere oportuit  
Domi virginem tam grandem , dum cognatus huc

*beraliter* post praemissam ex-  
cusationem iratius profert.

1 Cave hoc verbum trahas  
ad Venerem s. stuprum. In-  
nuit honestus adolescens &  
nuptiarum cupidus *amorem*  
*consuetum.* cf. Andr. I, 1,  
108.

2 Dum vult ut alienus lo-  
qui , se ipse indicat affectu.  
*Haud scio an idem est , ac*  
*fortasse.*

3 Iam pater ad reprehensionem filii procedit , quam  
brevissimis absolvit , finem

*Terentius T. II.*

facturus labori filii. Quae  
vero pater rogat , eorum ni-  
hil factum erat. Tot igitur  
peccata a filio erant in hac  
re. Nemo parens desponde-  
rat ; Aesch. non datam vi-  
tiaverat , ac dein patrem ce-  
laverat factum ; inde nuptiae  
non factae ; auctoritatem Mi-  
cionis patris neglexerat ;  
non examinaverat , utrum  
liceret legibus eam ducere ,  
an prior esset iure cognat-  
us aliquis.

4 Aesch. ultimum unum.

F



Illinc<sup>1</sup> veniret, exspectantem? haec, mi pater<sup>2</sup>, 40  
Te dicere aequom fuit, et id defendere.

M. Ridiculum, advorsumne illum causam dicere,  
cerem,

Cui veneram advocatus? sed quid ista, Aeschine,  
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus<sup>3</sup>. quid  
est<sup>4</sup>?

Quid lacrimas? *Ae.* pater, obsecro, ausculta. *M.*  
Aeschine<sup>5</sup>, audivi omnia. 45

Et scio: nam te amo: quo magi<sup>6</sup>, quae agis, curae sunt mihi.

*Ae.* Ita velim me promerentem ames, dum vivas,  
mi pater,

quod pro commento suo addiderat Micio, impugnans, cetera peccata praetereundo confitetur.

1 Quod referas ad Miletum.

2 Addit haec amore & dolore amens & voce supplici, iam plane confusus, & fere iam lacrimans.

3 His verbis pater redigit filium ad ultimum, lacrimas & confessionem; iam iam ad veriora & leniora rediturus, cum habeat fi-

lium, qualem velit.

4 Abiturus quasi nunc repente animadvertit flentem, & tamquam causae nescius sit, sic inquit. Metrum hinc iam vertit ita, ut senariis succedant trochaici.

5 Lacrumantem non pluribus obsecrare passus interfatur pater benignus; isque satis poenae habens dolenti iam rursus subvenit; & sic demum filius liberaliter & pie deprecatur patri.

Ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,

Et me tui pudet. *M.* credo hercle : nam ingenium novi tuum

Liberale <sup>1</sup> : sed vereor ne indiligens nimium sis. 50

In qua civitate tandem te arbitrare vivere ?

Virginem vitiaſti, quam te non ius fuerat tangere <sup>2</sup> :

Iam id peccatum primum magnum ; magnum ; at humanum tamen :

Fecere alii ſaepe, item boni. at poſtquam id evenit, cedo,

Numquid circumſpexti ? aut numquid tute proſpexti tibi, 55

Quid fieret ? qua fieret ? ſi te mihi ipſum puduit dicere,

Qua reſciſcerem ? haec dum dubitas, meſes abierunt decem.

Prodidiſti et te, et illam miſeram, et gnatum, quod quidem in te fuit <sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Ab ingrati animi crimine abſolvit filium, ſed clementer & blande monet, ne porro indiligens rerum ſuarum ſit, quomodo ſe in hac re praebuerit. Atque Aefch. in eo ſe ipſe arguerat Sc. 5, v. 19.

<sup>2</sup> Cf. Eun. V, 2 ; 18 *An paulum eſſe hoc tibi videtur, virginem vitare civem ?*

<sup>3</sup> Senex ſeſtively correctionem accommodat amori juvenis. Et dein facetius obiurgat, tum v. 61 monet, haud quidem pro imperio,

Quid? credebas dormienti haec tibi confecturos  
deos?

Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum  
domum? 60

Nolim ceterarum rerum te socordem eodem  
modo.

Bono animo es, duces uxorem. *Ae.* hem! *M.* bono  
animo es, inquam. *Ae.* pater,

Obsecro, num ludis tu nunc me? *M.* ego te? quam-  
obrem? *Ae.* nescio:

Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor  
magis.

*M.* Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem  
arceffas<sup>1</sup>: abi. 65

*Ae.* Quid? iam uxorem? *M.* iam. *Ae.* iam? *M.*  
iam quantum potest. *Ae.* di me, pater,

Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc ego  
amo meos.

*M.* Quid? quam illam<sup>2</sup>? *Ae.* aequae. *M.* perbenig-  
ne. *Ae.* quid? ille ubi est Milesius?

sed graviter; tandem recreat  
moestum subito optatoque  
nuntio. Aesch. vero quanta  
arte deducitur ad gaudium,  
gratique animi sensus!

<sup>1</sup> Neque enim ipsi illi

Deorum cultores nuptias  
contrahebant, celebrabant,  
nisi re divina prius facta,  
sacrificiis & precibus.

<sup>2</sup> Ipse pater, in filii pie-  
tate gaudens, festive iocatur.

*M.* Abiit, periit, navem ascendit <sup>1</sup>. sed cur cef-  
fas? *Ac.* abi, pater:

Tu potius deos comprecare. nam tibi eos, certo  
scio, 70

Quo vir melior multo es, quam ego, obtempe-  
raturus magis <sup>2</sup>.

*M.* Ego eo intro, ut, quae opus sunt, parentur:  
tu fac, ut dixi, si sapias.

*Ac.* <sup>3</sup> Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut  
hoc est filium esse?

Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem ge-  
reret?

Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu  
est? hem! 75

Itaque adeo magnam mi iniicit sua commoditate  
curam,

Ne forte imprudens faciam, quod nolit: sciens  
cavebo.

<sup>1</sup> Ridens & facete dicit,  
se omnia ista finxisse.

<sup>2</sup> Quam ascendit grata  
laudatio patris sine ulla af-  
sentatione. Quod ad ipsam  
sententiam attinet, cf. Plaut.  
Rud. prol. 22. sqq. Poen.  
V, 4, 107. & nostrum Hec.

V, 2, 6. Poetarum vero  
Deus II. I, 218 cecinit  
Ὅσκι θεοῖς ἐπιπειθήσαι, μάλα  
ἴελλον αὐτῶν.

<sup>3</sup> Pulcherrime tandem  
poeta filium facit laudato-  
rem patris absentis. Ea sum-  
ma laus, nec fucata pietas.

Sed cesso ire intro, ne morae meis nuptiis egomet  
fiem <sup>1</sup>.

*ACTUS IV. SCENA VII.*

D E M E A <sup>2</sup>.

**D**Efessus sum ambulando. ut, Syre, te cum tua  
Monstratione magnus perdat Iuppiter.

Perreptavi usque omne oppidum: ad portam, ad  
lacum;

Quo non? nec fabrica illic ulla erat, nec fra-  
trem homo

Vidisse se aibat quisquam. nunc vero domi 5

Certum obsidere est usque, donec redierit.

*ACTUS IV. SCENA VIII.*

M I C I O, D E M E A.

**M. I**Bo, illis + dicam, nullam esse in nobis mo-  
ram.

<sup>1</sup> Opportune abit Aesch.  
ne in eum incidat Demea,  
natura pater, non cura.

<sup>2</sup> Redit ex cursu suo ille  
semper iratus Demea, qui  
quantum a fratre mitiore di-  
versus, tantum abest ab eius  
gaudiis, solus aegre fert,  
quidquid fit, nemini con-

fulit, omnibus invisus elu-  
ditur solus. cf. cum hac sce-  
na illam ap. Plaut. Amph.  
IV, 1 & Epid. II, 2, 13 sq.

<sup>3</sup> Demeae iam primum of-  
fertur frater, in quem iras  
evomere voluerat. Sed hic  
eas hilariter reprimet.

<sup>4</sup> Virgini eiusque matri:

*D.* Sed eccum ipsum! te iam dudum quaero ;  
Micio.

*M.* Quidnam ? *D.* fero alia flagitia ad te ingentia  
Boni illius adolescentis <sup>1</sup>. *M.* ecce autem <sup>2</sup>. *D.*

nova ;  
Capitalia. *M.* ohe , iam <sup>3</sup>. *D.* ah , nescis qui vir  
fit. *M.* scio <sup>4</sup>. 5

*D.* Ah stulte <sup>5</sup>. tu de psaltria me somnias  
Agere. hoc peccatum in virginem est civem. *M.*  
scio.

*D.* Eho , scis , et patere ? *M.* quid ni patiar ? *D.*  
dic mihi,

Non clamas ? non insanis ? *M.* non. malim qui-  
dem.

*D.* Puer natus est. *M.* dii bene vortant. *D.* virgo  
nihil habet <sup>6</sup>. 10

<sup>1</sup> Adeo cum ostentatione  
& *negotia* nuntiat , ut cre-  
das , ipsi nihil esse anti-  
quius , quam flagitia filii ur-  
bani ad fratrem deferre , &  
bella concitare.

<sup>2</sup> *Ecce autem* dicitur ,  
quum agentibus ( h. l. laeta )  
aliud repente intervenit no-  
vum , minus laetum.

<sup>3</sup> int. desine.

<sup>4</sup> Vel una hac vocula bel-

lum , quod saevus ille de-  
nuo concitat , mire impel-  
lit , impetum istum repri-  
mit.

<sup>5</sup> Impulsam se sentiens  
irascitur Micioni. Sed hic  
ardori porro frigidam suf-  
funder.

<sup>6</sup> Iam se prodit animus  
Demeae , quem Hegio su-  
pra III , 4 , 55 sqq. tam gra-  
viter monuerat , ut aequa

*M.* Audivi. *D.* et ducenda indotata est : ? *M.* scilicet.

*D.* Quid nunc futurum est ? *M.* id enim, quod res ipsa fert :

Illinc huc transferetur virgo. *D.* o Iuppiter, Istoccine pacto oportet ? *M.* quid faciam amplius ?

*D.* Quid facias ? si non ipsa re tibi istuc dolet, 15 Simulare certe est hominis. *M.* quin iam virginem

Despondi : res composita est : fiunt nuptiae : Dempfi metum omnem ; haec magis sunt hominis. *D.* ceterum

Placet tibi factum, Micio ? ? *M.* non, si queam Mutare : nunc, cum non queo, aequo animo fero. 20

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseriis : Si illud, quod maxume opus est iactu, non cadit, Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrrigas.

noscatur, si velit perhiberi probus.

1 Cf. ad *Andr.* IV, 5, 41.

2 Scil. hominis huius humanitas nihil est, nisi iracundia, saevitasque disciplinae. Alia est Micionis.

3 Ita profligatum se sentiat Democritus, ut nesciat, quid

fratri obiiciat, nisi virulentam irrisionem.

4 Sententiam hanc ab Alexide ( ap. Stobaeum ) I. ex Platone de rep. L. X mutuatum putant Terentium ; quidni a communi sensu & iudicio uterque & alii ?

*D.* Corrector <sup>1</sup>! nempe tua arte viginti minae,  
Pro psaltria periere: quae, quantum potest, <sup>2</sup>  
Aliquo abiicienda est; si non pretio, gratis.

*M.* Neque est <sup>3</sup>, neque illam sane studeo vendere <sup>3</sup>.

*D.* Quid igitur facies? *M.* domi erit. *D.* pro di-  
vom fidem!

Meretrix et mater familias una in domo?

*M.* Cur non? *D.* sanum te credis esse? *M.* equi-  
dem arbitror. <sup>30</sup>

*D.* Ita me di ament, ut video ego tuam ineptiam:  
Facturum credo <sup>4</sup>, ut habeas quicum cantites.

*M.* Cur non? *D.* et nova nupta eadem haec dis-  
cet <sup>5</sup>? *M.* scilicet.

*D.* Tu inter eas restim ductans saltabis <sup>6</sup>. *M.* probe.

1 Sarcasmus.

2 int. abiicienda gratis.

3 Micio ita respondet,  
ut ludere fratrem, i. ine-  
ptus videri malit, quam  
Ctesiphonem prodere. Prae-  
paratur tamen simul via ad  
manifestandum Ctesiphonis  
amorem.

4 int. te; quod alii inge-  
runt.

5 Cum uxoris alias sit,  
rem familiarem curare.

6 Iam ei conviciatur,

quasi is puerum agat. Pue-  
rorum enim & puellarum  
chori *manibus conferti* in sal-  
tatione *restim ducere* dice-  
bantur; Liv. XXVII, 37  
*Per manus recte data, virgi-  
nes sonum vocis pulsu pedum  
modulantes incesserunt.* Lu-  
cret. II, 631 *catenas ludere*;  
Hor. Od. II, 12, 18 *dare  
bracchia ludentem*; cf. doct.  
*Iani* ad h. l. Ita non a fune,  
quem saltantes manibus te-  
nuere, proprie dicta ista



*D.* Probe? *M.* et tu nobiscum una, si opus sit 1.

*D.* hei mihi! 35

Non te haec pudent? *M.* 2 iam vero omitte,  
Demea,

Tuam istanc iracundiam, atque ita, uti decet,  
Hilarum ac lubentem 3 fac te gnati in nuptiis.

Ego hos conveniam: post huc redeo. *D.* o  
Iuppiter!

Hancine vitam! hoscine mores! hanc demen-  
tiam 4! 40

Uxor sine dote veniet: intus psaltria est:

Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:

Senex delirans 5. ipsa, si cupiat, Salus 6

Servare prorsus non potest hanc familiam.

saltatio, quod nemini ele-  
ganti placeat; frustra quo-  
que huc alii trahunt Hor. I ep.  
10, 48, ad quem locum  
vide Baxterum.

1 Reddit Micio Demeae,  
quod hic convicii causa di-  
xerat.

2 Micio iam eludit fra-  
trem. quorsum enim perpe-  
tua huius iurgia? Clamet  
ille mox sibi, nemine au-  
diente.

3 Vocem hanc, quae *lae-  
titiam convivalem* notet, re-

situere quoque alii ap. Plaut.  
Pers. V, 1, 8, ut legatur  
*omnes hilares, lubentes, lae-  
tificantes faciam.* cf. Plaut.  
Afin. II, 2, 2.

4 Crebra ellipsis conve-  
nit in stomachantem.

5 Senilis stultitia appel-  
latur deliratio, Cic. de Sen.  
c. 11.

6 *Salus* Dea Romanis, uti  
*Υγίεια* Graecis. Ascendit  
autem a superioribus iam  
ad summum Demeae ardor,  
cui restinguendo iam nemo

## ACTUS IV. SCENA. IX.

SYRUS, DEMEA.

S. **A** Edepol, Syrisce<sup>2</sup>, te curasti molliter,  
 Lauteque munus administraffi tuum:  
 Abi<sup>3</sup>, sed postquam intus sum omnium rerum  
 fatur,

adfuit. Don. ad h. l. Terentium gravitatem Caccilii imitarum dicit.

<sup>1</sup> Omnes fere edd. inde ab Erasmo, hinc, ubi nullo intervallo opus, male ordiuntur Actum V, praeter Dacieriam, quae hanc & sq. sc. recte addit IV, uti & ed. nostra vet. Restabat Demea (quem nemo sapiens digredi in otium patiatur) ex priori scena viso Syro; eiusque nunc adventum operitur. Oblitus eum erat senex, quo imaginem domus fraternae absolveret. Syrus incedet etiam, non iam astutus ille, sed madens vino. Donati ad h. l. notam prorsus corruptam sic emendavit: *Qui adhuc texit Cliti-*

*phonem per fallacias, iam oportet ut ebrius inducatur Syrus; per cuius fabulas (levem garrulitatem & agendi rationem. cf. Don. ad sc. sq. v. 5.) retegatur idem. Inde turbae excrefcunt ad summum.*

<sup>2</sup> Abblanditur sibi madidus mente servus, diminutiva sui nominis formula. Cf. supra Sc. 4 extr. Curaverat se per 5 scenarum spatium. Prodit vero sic primum post potationem.

<sup>3</sup> Sic Donatus: *Verbum vel sibi l. alteri cum laudatione blandientis. Nam sic dicunt, qui iam compotes sunt votorum omnium, perfectique in rebus universis. Sic & supra Demea sc. 2, v. 25 in absentem filiam: Laudo, Ctespho,*

Prodeambulare huc libitum est. *D.* illud sis vide Exemplum disciplinae <sup>1</sup>. *S.* ecce autem hic adest ; Senex noster. quid fit <sup>2</sup>? quid tu es tristis ? *D.* oh, scelus!

*S.* Ohe iam ! tu verba fundis hic , sapientia ?

*D.* Tu, si meus esses. . . , <sup>4</sup> *S.* dis ; quidem esses ,  
Demea ,

*patriſſas ; abi &c.*

<sup>1</sup> f. morum eius, quem tamquam magistrum sequatur Aesch.

<sup>2</sup> Repente viso sene nil timet, nec cavet ebrius. *Mi-re*, inquit Don. *securitatem ebrii hic expressit.*

<sup>3</sup> Pro illo *scelus* redditur Demeae *sapientia*. Eundem Syrus supra dixerat *Tu totus quantus nil nisi Sapientia es*. Irritandi causa dicit *verba fundis*, h. e. cum vi profers, & simul perdis. Credimus autem, Syro comice *Sapientiam* dici senem, quasi unus septem Graeciae sapientes aequet; quorum dictis Ter. orationem passim distinguit. At Demea, praeceptorum omnium *expers*, filium suum in alie-

rum vitam, tamquam in speculum inspicere iubebat; nimius semper in ira, nunquam in tempore venit; omnia sibi ignoscebat, aliis nihil; non ferebat, quae necesse erat; neque corrigebat arte, quae male ceciderant; utile, non decorum quaerebat; cetera senex ingratus, qui non esset parilis iuventae. Sed idem ille inspiciens in vitam Micionis moderari sibi discet Act. V.

<sup>4</sup> Interiecta a Syro verba non impediunt, ut haec disiungas a consequente *exemplum* &c. Al. proinde male *Tun' ? si meus* &c.

<sup>5</sup> *Dives*. Sed ipse divitiarum idemque infernorum Deus *Dis* dicebatur; hinc,

Ac tuam rem constabiliffes <sup>1</sup>. *D.* exemplum omnibus

Curarem, ut esses. *S.* quamobrem <sup>2</sup>? quid feci?  
*D.* rogas? 10

<sup>3</sup> In ipsa turba, atque in peccato maximo,  
Quod vix sedatum satis est <sup>4</sup>, potasti, scelus!  
Quasi re bene gesta. *S.* sane nollem huc exitum <sup>5</sup>.

ACTUS IV. SCENA X<sup>6</sup>.

DROMO, SYRUS, DEMEA.

*Dr.* **H**Eus, Syre, rogat te Ctesiphonem ut redeas.  
*S.* abi.

*D.* Quid Ctesiphonem hic narrat? *S.* nihil. *D.* eho,  
carnufex,

Est Ctesiphonem intus? *S.* non est. *D.* cur hic nominat?

credimus, risus spectatori-  
bus movebatur.

<sup>1</sup> Dicens haec satis ipse  
instabili pede vix institisse  
videatur. Spectatores Di-  
tem infernum cogitantes,  
poterant ad rem morte con-  
stabilendam trahere. Orcus  
certe est tandem quietalis,  
& Syrus supra dixerat, *exer-  
cebo te, silicernium.*

<sup>2</sup> *Nihil* (inquit Don.)

*nunc in Syro, nisi simplex &  
purum ob ebrietatem.*

<sup>3</sup> Ridiculus Demea, qui  
adversus ebrium tam gravi-  
ter peroret.

<sup>4</sup> Sedata omnia suat praec-  
ter unum te.

<sup>5</sup> Sane pro ebrio sic di-  
cit Syrus, qui pro securi-  
tate invenerat litem.

<sup>6</sup> Qua Ctesiphonem inter poc-  
cula esse ostenditur.

S. Est alius quidam , parasitaster paululus :  
Nostin' : ? D. iam scibo. S. quid agis ? quo abis : ?

D. mitte me. 5

S. Noli , inquam. D. non manum abstinēs , ma-  
stigia ?

An tibi iam mavis cerebrum dispergam hic : ?

S. abit.

Aedepol commissatorem 4 haud sane commodum ,  
Praesertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam ?

Nisi , dum hae fiescunt turbae , interea in an-  
gulum

Aliquo abeam , atque edormiscam hoc villi 5. sic  
agam 6.

ACTUS V 7. SCENA I.

MICIO , D E M E A.

M. P Arata a nobis sunt , ut dixi , Sostrata ,

1 Etiam in mendacio pa-  
rum subtili confidens tamen  
est.

2 Syrus Demeam retinet ;  
& in eo est veri confessio.  
Sed iam neque abigetur ,  
neque amovebitur fenex.

3 Baculo minatur.

4 h. e. quasi sodalem ,  
qui interfit convivio cum

amica.

5 Villi diminut. pro vini.

6 Dormiendi igitur tem-  
pus detur Syro , interea dum  
Demea intus turbas det , &  
Micio nuptias paret. Ita de-  
mum h. l. finis sit quarti Ac-  
tus.

7 Rationes diximus , quare  
cum ed. nostra veterē & Da-

Ubi vis, quisnam a me pepulit tam graviter fores?

D. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem? aut querar?

ciera, hinc demum ordiamur Actum V, quo iam omnes turba evolvendi sunt.

Praecipua eius causa erat rigor & inscitia Demeae, a quo iam resecto Clitiphoni filio, eiusque amori metueda cuncta videbantur. Sed ex hoc ipso malo invenit poeta exitum honestiorem, conversionem senis Demeae a rigore disciplinae ad aequitatem aliquam. Quod ad Aeschini rem attinet, ea iam satis salva erat Micionis patris humanitate & profligato Demea. Hic quidem vel maxime adhuc suum Ctesiphonem obiecerat exemplum disciplinae melioris (cf. Act. I, 2, 15 sq.) seque ob id praeposuerat fratri (cf. Act. III, 4, 46 sq. & IV, 1, 17 sq. & 2, 25). Is adeo suum sui causa dilexerat, quod ipse satis proderet Sc. 2; sed Micio suam

in animum ita instituerat Aeschinum, ut solus ipsi esset carus; ab eoque item haberetur. A Micione humanitas in gaudium familiae redundabat; a Demea clamores & irae & turbae adhuc fuerant. Sed re omni manifesta, Demea se falsum videns nil amplius habet, quo se opponat fratri, post primum imperum sui poenitens, & mitior audit fratris rationes, & ipsa sui impotentia ita convertitur ad contrarios sensus, ut prima specie nimius videatur, & simul ulcisci cupiat fratrem, sed relegendibus idem videbitur corrigere multa in bonum familiae, & vertere in omnium laetitiam. --- Scena 1 Micio a Sofrata egrediens incidit in Demeam, post turbas datas in aedibus Micionis, se proruentem.

O coelum, o terra, o maria Neptuni <sup>1</sup>! *M.* hem tibi,

Rescivit omnem rem: id nunc clamat: ilicet <sup>2</sup>, <sup>5</sup>  
Paratae lites: succurrendum est. *D.* eccum! adest  
Communis corruptela nostrum liberum <sup>3</sup>.

*M.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te  
redi <sup>4</sup>.

*D.* Repressi, redii: mitto maledicta omnia <sup>5</sup>:  
Rem ipsam putemus: dictum inter nos hoc fuit, <sup>10</sup>  
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,  
Neve ego tuum? responde. *M.* factum est, non  
nego.

<sup>1</sup> Quam tragice clamat ad ultimum senex. Act. I, <sup>2</sup> tristis ingressus vehementi voce nuntiat mala; tandem erumpit v. 32 *Pro Iuppiter, tu me homo adigis ad insaniam* &c. III, <sup>3</sup> adveniens: *Disperii!* A. IV, <sup>1</sup> ingressus *Nae ego sum infelix* &c. IV, <sup>6</sup> *Defessus sum amb. ut, Syre, te magnus perdat Iuppiter;* cf. Sc. sq. H. I. dolore summo victus numina omnia movet voce sua.

<sup>2</sup> h. l. idem est, ac *aetum est de Clitiphone. Paratae mihi iam lites* &c.

<sup>3</sup> Antea accusaverat fratrem de uno filio, iam de ambobus gravius.

<sup>4</sup> Non tam reprehendit irascentem, qui iuste dolerat, sed nimietatem irae.

<sup>5</sup> Increpitus a fratre, ne videatur non esse prae ira apud se, & se a suo potius filio, laudato illo morum exemplo, deceptum sentiens, mittit invitus maledicta, & ad rationes cum fratre disputandas transit tacite fremens. Iam iure suo nititur contra fratrem; hic acquiritatis patronum agit.

*D.* Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?  
Cur emis amicam, Micio? num qui minus  
Mihi idem ius aequom est esse, quod mecum est  
tibi? 15

Quando ego tuum non curo, ne cura meum.

*M.* Non aequom dicis... *D.* non <sup>1</sup>? *M.* nam vetus  
verbum <sup>2</sup> hoc quidem est,

*Communia esse amicorum inter se omnia.*

*D.* Facete! nunc demum istaec nata oratio est:?

*M.* Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea <sup>4</sup>. 20

Principio, si id te mordet, sumptum filii

Quem faciunt, quaeso hoc facito tecum cogites:

<sup>1</sup> Don. hoc *non* etiam  
Micioni tribuit, qui id con-  
fidenter repetiverit; quod  
quam inepte in Micionem  
dicatur, patet ex eo, quod  
Micio iocose provocet ad  
proverbium. Ipse Micio fra-  
trem se reprimere iusserat.  
Itaque Codd. plures & edd.  
vett. in quibus & nostra,  
cum Bentl. sequimur, qui  
id vehementer a Demea in-  
teriectum voluit.

<sup>2</sup> Seil. Graecorum, &  
quidem Pythagorea vox. cf.  
Cic. off. I, 16. de Legg. II,  
*Terentius T. II.*

<sup>12.</sup>

<sup>3</sup> Signum rogandi addi-  
mus. Ironice & irate rogat,  
cur id nunc demum (non  
prius) tibi in mentem venit,  
qui hodie dixisti *Nam ambo  
curare propemodum reposcere  
illum est, quem dedisti*; cf.  
supra I, 2, 53. Quod ille  
dixit *verbum*, hic *orationem*  
per ironiam vocat.

<sup>4</sup> Iocari iam desinit, ac  
sublatò iam proverbio, serio  
magis & ipse, sed moderate,  
rem putat cum fratre.



Tu illos duo olim pro re tollebas <sup>1</sup> tua ;  
 Quod fatis putabas tua bona ambobus fore ;  
 Et me tum uxorem credidisti , scilicet , 25  
 Ducturum : eandem illam rationem antiquam ini,  
 Conserva <sup>2</sup> : quaere , parce , fac quamplurimum  
 Illis relinquo : gloriam tu istam obtine <sup>3</sup> :  
 Mea , quae praeter spem evenere , utantur <sup>4</sup> sine .  
 De summa <sup>5</sup> nil decedet : quod hinc <sup>6</sup> acceperit , 30  
 Id de lucro putato esse omne . haec si voles  
 In animo vere cogitare , Demea ,  
 Et mihi , et tibi , et illis dempseris molestiam .  
 D. Mitto rem : consuetudinem ipsorum <sup>7</sup> . M.  
 mane :

<sup>1</sup> h. e. educandos suscipiebas.

<sup>2</sup> h. e. ad priorem illam redi , eamque serva . Haec vero haud sine vehementia quadam & dedignatione pronunciat .

<sup>3</sup> h. e. tuere s. conserva .

<sup>4</sup> Mea -utantur l. antique pro meis--utantur ; l. quod magis placet , quae evenere (illis) mea , his utantur sine .

<sup>5</sup> Scil. tua .

<sup>6</sup> h. e. de meis , dixitinos .

<sup>7</sup> Micio haecenus obiecerat fratri rationes de re fa-

miliari , quibus hic contra ire non audebat , metuens , ne , quidquid boni a Micione , & ex adoptione suis evenerat , de eo detraheret ; cf. supra Act. I , 2 . Itaque Demea honestum potius tangit , de eo se sollicitum simulans . Micio , qui supra mores nimium urbanos filii , magis ut se a fratre defenderet , quam ut ei persuaderet , fere approbaverat , antequam ad rationes pecuniae descenderet ; nunc inverso ordine , his prius expeditis ,

Scio : istuc ibam. <sup>1</sup> multa in homine , Demea, 35,  
 Signa infunt , ex quibus coniectura facile fit ,  
 Duo cum idem faciunt , saepe ut possis dicere ,  
*Hoc licet impune facere huic , illi non licet ;*  
 Non quo dissimilis res sit , sed quo is , qui facit :  
 Quae <sup>2</sup> ego illis ineffe video , ut confidam fore 40

iam quoque a fratre monitus, facta filiorum non approbat, sed ita excusat, ut ex bono eorum ingenio rectiora quaevis augeretur, fratremque sic demulceat. Mox mane h. l. non est revocantis abeuntem, sed animum ad ea, quae dicturus erat.

<sup>1</sup> Obscurissimam Don. dicit orationem Micionis, & quod ad rem & in verbis. Cunctique post ipsum interpp. parum scite volunt, Micionem, malae causae patronum, permiscere omnia, & verba fundere sine sensu. Caveamus nobis a tali iniuria in poctam, aut Micionem, virum moderatum semperque cum ratione dicentem. Vult vero, esse in homine quaedam (libe-

ralis ingenii & animi) signa, unde ita coniecere possis, ut saepe, non semper, dicere possis, illi licere, quae aliis non licent. Condonandum est ingenii liberalibus, si quid quandoque iuvenliler egerint, quippe cum aetate rectius sapient. Quibus non aequè est liberum ingenium, cohibendi omnino sunt, ne ad consuetudinem peccandi delabantur, nunquam inde emerfuri. Signa vero liberalis ingenii & animi sunt *sapere, intelligere, in loco verendum esse, inter se amare*. Atque ea esse in ambobus filiis vidit Micio; qui sic sapienter factis, certe humane differuit.

<sup>2</sup> Scil. signa liberalis ingenii & animi.

Ita ut volumus. video sapere, intellegere, in loco  
 Vereri, inter se amare: scire est <sup>1</sup> liberum  
 Ingenium atque animum: quovis illos tu die  
 Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen  
 Omissiores paulo <sup>2</sup>. o noster Demea, 45  
 Ad omnia alia aetate sapimus rectius:  
 Solum unum hoc vitium senectus adfert hominibus,  
 Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:  
 Quod illos sat aetas acuet. *D.* <sup>3</sup> ne nimium modo  
 Bonae tuae istae nos rationes, Micio, 50  
 Et tuus iste animus aequus subvortant. *M.* tace,  
 Non fiet. mitte iam istaec: da te hodie mihi:  
 Expurge frontem <sup>4</sup>. *D.* scilicet <sup>5</sup>, ita tempus est,  
 Faciendum est: ceterum rus cras cum filio  
 Cum primo lucu <sup>6</sup>. *M.* immo de nocte censeo: 55

<sup>1</sup> int. hinc.

<sup>2</sup> Micio, qui fratris ingenium noverat, ad rem faciendam pronum, scite eius sollicitudinem, si non adimere, at hodie imminuere studens, blanditus etiam, utitur o noster Demea.

<sup>3</sup> Mansuetior iam Demea fere, non amplius clamat, sed tamen mihi ironia utitur. Ait: Timeo, ne nimium--nos--subvortant--ratio-

nes & tuus an. aeq.

<sup>4</sup> Quam prudenter & humane tractat porro fratrem, quem cum ceteris hodie in laetitiam vertere cupit. Laetitiam exporrigit frontem, tristitia contrahit.

<sup>5</sup> Scilicet aegre cedentis est, ut Eun. I, 2, 105.

<sup>6</sup> int. hinc me abstraham, quod dein dicit. Iocans vero Micio responderet, ut in hilaritatem vocet fratrem,

Hodie modo hilarum te face. *D.* et istam psal-  
triam

Una illuc mecum hinc abstraham. *M.* pugnave-  
ris <sup>1</sup>.

Eo pacto prorsum illi <sup>2</sup> alligaris filium.

Modo facito, ut illam serves. *D.* ego istuc videro :

<sup>3</sup> Atque ibi favillae plena, fumi, ac pollinis 60

Coquendo fit faxo, et molendo : praeter haec,

Meridie ipso faciam ut stipulam colligat :

Tam excoctam reddam atque atram, quam car-  
bo est <sup>4</sup>. *M.* placet.

Nunc mihi videre sapere. atque equidem filium

Tum etiam, si nolit, cogam <sup>5</sup>, ut cum illa una  
cubet. 65

*D.* Derides? fortunatus, qui isto animo fies :

Ego sentio. *M.* ah, pergisne? *D.* iamiam desino.

*M.* I ergo intro, et cui rei est, ei rei hunc su-  
mamus diem.

<sup>1</sup> h. e. magnam rem fe-  
ceris, inquit Don. Sic Cic.  
pro Rosc. Amerin. c. 3 *Hoc*  
*pugnatur*, h. e. hoc efficere  
student.

<sup>2</sup> i. e. psaltriae; sed psal-  
triam probe servandam di-  
cit Micio. Al. *illi* volunt

esse adv. pro *illic*; idque e-  
tiam dederunt.

<sup>3</sup> Prior syllaba versui  
priori adiciatur.

<sup>4</sup> Iam ira deferbuit; io-  
cisque suis cavet Micio, ne  
denuo excitetur.

<sup>5</sup> Scil. si ego sim tu.

ACTUS V. SCENA II. <sup>1</sup>

D E M E A.

**N**Unquam ita quisquam bene subducta ratione  
ad vitam fuat,

Quin res, aetas, usus, semper aliquid apporet  
novi,

Aliquid moneat: ut illa, quae te scire credas;  
nescias,

Et quae tibi putaris prima <sup>2</sup>, in experiundo ut  
repudies.

Quod nunc mi evenit. nam ego vitam duram,  
quam vixi usque adhuc, 5

r Demea, qui adhuc, nisi quod ipse faciebat, nihil rectum putaverat, aliisque semper iratus erat, comparans aequum & laetum animum fratris cum suo saevo & tristi, videntque illum a filiis amari, se negligi, illum gaudia potiri, se miseriam ex labore capere, invidet fratri, cumque l. aemulari, l. ulcisci cupiens, novam hodie iniviam. Scilicet remissurus de sua agresti severitate disci-

plinae, & animi explendi causa omnibus ridicule ablanditur, & largitate simulata fratrem inducit ipsum, ut is nimium aliis obsequi suaque profundere videatur; tandem satiatus in extrema fabula se clementiorem factum ita profitetur, ut similibus sui maneat. Ita convenientiam servabit poeta in apta hominis conversione.

<sup>2</sup> h. e. eligenda prae aliis, s. optima.

Prope decurso spatio mitto. id quamobrem ? re  
ipsa repperi <sup>1</sup>,

Facilitate nihil esse homini melius, neque cle-  
mentia.

Id esse verum, ex me atque ex fratre cuius fa-  
cile est noscere.

Ille suam semper egit vitam in otio <sup>2</sup>, in con-  
viviis :

Clemens, placidus <sup>3</sup>, nulli laedere os, arridere om-  
nibus : 10

Sibi vixit <sup>4</sup> : sibi sumptum fecit <sup>5</sup>. omnes bene-  
dicunt, amant.

<sup>1</sup> Iam laudabit ipse ille  
agrestis humani fratris me-  
liorem vitae rationem s. fe-  
licitatem; facta collatione  
cum sua saevitate & tenaci-  
tate &c. Clementiora sunt  
verba, quibus Micio mores  
suos & fratris confert Act.  
I, 1, 15--21 sq.

<sup>2</sup> *Otium* opponitur labori  
s. operi rustico. *Convivia*  
dicuntur a vitae coniunctio-  
ne, Cic. de Sen. c. 13; & h.  
l. hanc per metonym. no-  
tant.

<sup>3</sup> *Clemens* in alios, nemi-

nem laedit; sed *placidus*,  
ipse moribus aliis etiam pla-  
cet. *Clementia* diversa est ab  
*ira*; *placiditas* a *feritate*, a-  
deoque est ipsa humanitas,  
quae nos faciles s. aliis ap-  
tos efficit.

<sup>4</sup> *Vivit sibi* non is, qui  
suo modo vivit, sed qui cum  
aliis vivit, usque amicus est.

<sup>5</sup> Cf. Plaut. *Afin.* I, 3,  
65 *Necesse est facere sumptum,*  
*qui quaerit lucrum.* *Lucrum*  
vero Micioni erat, laudari,  
amari.

Ego ille agrestis, saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax <sup>1</sup>,

Duxi uxorem : quam ibi miseriam vidi! nati filii,

Alia cura : eia <sup>2</sup> autem, dum studeo illis, ut quamplurimum <sup>3</sup>

Facerem, contrivi in quaerendo vitam atque aetatem meam. 15

Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab his fero,

Odium. ille alter sine labore patria potitur comoda <sup>4</sup> :

Illum amant, me fugitant : illi credunt consilia omnia :

Illum diligunt : apud illum sunt ambo : ego defertus sum :

<sup>1</sup> Iam didicit ille *noscere se*; quod sapientiae est. Se autem, quem alii iam satis notum habeant, (*ille*), graphice pingit, agrestis moribus, saevus factis, tristis animo, parcus duriter vivendo, truculentus vultu, tenax s. in his omnibus contumax, s. avarus, qui nemini largitur. Vae uxori,

quam talis vir ducat! inde miseria utriusque.

<sup>2</sup> *Eia* est quasi se ipsum reprehendentis ob inscitiam agendi.

<sup>3</sup> int. rei.

<sup>4</sup> Iam ultro ad invidiam s. aemulationem se accendit; eoque sapientiam s. potius respicientiam stultitia miscbit.

Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem ex-  
spectant scilicet <sup>1</sup>:

20

Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit  
suos

Paulo <sup>2</sup> sumptu. miseriam omnem ego capio, hic  
potitur gaudia <sup>3</sup>.

Age, age <sup>4</sup>, nunc iam experiar porro contra,  
ecquid ego possiem

Blande dicere, aut benigne facere <sup>5</sup>, quando huc  
provocat <sup>6</sup>.

Ego quoque a meis me amari, et magni pendi  
postulo.

25

Si id fit dando atque obsequendo, non poste-  
riores feram <sup>7</sup>.

Deerit: id mea minime refert, qui sum natu  
maxumus <sup>8</sup>.

<sup>1</sup> Scilicet indignanter ad-  
ditum.

<sup>2</sup> Paulo adiect. uti Andr.  
I, 5, 31. A paulus est pau-  
lulus.

<sup>3</sup> Repetit quod ipsi vere  
doler.

<sup>4</sup> Iam consilium capit,  
cui subest & poenitentia &  
invidia.

<sup>5</sup> Unde omnis turba &  
tristitia nata erat, inde iam  
omnium laeticiam repetit

poeta.

<sup>6</sup> int. Micio.

<sup>7</sup> Fallitur Demea, nes-  
cius verae artis amorem sibi  
conciliandi. Micio ita facie-  
bat in loco. Humanitate ve-  
rum aliorum amorem pro-  
vocamus.

<sup>8</sup> Aemulatione & amore  
sui ductus, non huma-  
nitate, suum animum ex-  
plere cupit, etiam cum dam-  
no fratris. Sed id quoque



ACTUS V. SCENA III<sup>1</sup>:

SYRUS, DEMEA.

**S.** **H**Eus, Demea, rogat frater, ne abeas longius.

**D.** Quis homo? o Syre noster, salve! quid fit? quid agitur?

**S.** Recte. **D.** optume est. iam nunc haec tria primum addidi

Praeter naturam <sup>2</sup>: o noster, quid fit? quid agitur?

Servom haud inliberalem praebes te; et tibi <sup>5</sup> Lubens bene faxim. **S.** gratiam habeo. **D.** atqui,

Syre,

Hoc verum est, et ipsa re experiere propediem.

ACTUS V. SCENA IV<sup>3</sup>.

GETA, DEMEA, SYRUS.

**G.** **H**Era, ego huc ad hos proviso, quam mox virginem

damnum in bonum vertet poeta. Supra clamaverat, quod uxor indotata sit du-cenda.

<sup>1</sup> Syrus, qui iam edormi-  
verat villum, iussus a Mi-  
cione monet Demeam, sed  
fatis sicce, ne longius abeat.  
Qui supra infatuaverat se-  
nem agrestem, in eo hic

iam rursus stultam bene di-  
cendi artem ostendet. Sed  
ipse Demea observabit,  
quae praeter naturam dixe-  
rit.

<sup>2</sup> *Iam nunc--natur.* Hoc  
pressius sibi dicit: dein rur-  
sus Syro palpat.

<sup>3</sup> Egreditur a Softrata  
in scenam alter servus, is-

Arceffant. fed eccum Demeam! falvus fies.

*D.* Oh, qui vocare? *G.* Geta. *D.* Geta, hominem  
maxumi

Pretii te effe hodie iudicavi animo meo.

Nam is mihi profecto eft fervus fpectatus fatis, 5

Cui dominus curae eft, ita uti tibi tibi, Geta.

Et tibi ob eam rem, fi quid ufus venerit,

Lubens bene faxim. <sup>1</sup> meditor effe affabilis;

Et bene procedit. *G.* bonus es, cum haec exi-  
ftumas.

*D.* Paulatim plebem primulum facio meam <sup>2</sup>. 10

ACTUS V. SCENA V. 3

AESCHINUS, DEMEA, SYRUS, GETA.

*Ae.* **O**ccidunt me equidem. dum nimi' fanc-  
tas nuptias

que probus, Geta, quem  
III, 4 senex cognoverat,  
nominis oblitus. Huic dum  
blanditur, verum tamen di-  
cit.

<sup>1</sup> Sqq. sibi dicit pressiori  
voce.

<sup>2</sup> Dicit haec, ut qui ambitio-  
se quaerebat, alios sibi bene  
dicere. Quamvis autem se-  
nex satis inepte servis pri-  
mum benigne dicat ac fac-  
turus fit, poeta tamen pru-

denter eius largitatem diri-  
get utilitate domus frater-  
nae. Syrus scil. libertus e-  
rit, ut domo exeat, quem  
magistrum nequitiae putat;  
Getaque, servus frugi, fa-  
tis pretii habebit sibi, cum  
hera transfire in domum  
Micionis.

<sup>3</sup> Nunc primum in tota  
fabula offertur Demeae Ae-  
schinus, in eo iam clemen-  
torem & placidiorem pa-

Student facere, in apparando consumunt diem.

*D.* Quid agitur, Aeschine? *Ae.* hem, pater mi, tu hic eras?

*D.* Tuus hercle vero et animo, et natura pater <sup>1</sup>,  
Qui te amat plus, quam hosce oculos <sup>2</sup>. sed cur  
non domum

Uxorem arcessis? *Ae.* cupio: verum hoc mihi  
morae est,

Tibicina, et hymenaeum qui cantent. *D.* eho,  
Vin' tu huic seni auscultare <sup>3</sup>? *Ae.* quid? *D.* missa  
haec face,

Hymenaeum, turbas, lampadas, tibicinas <sup>4</sup>:  
Atque hanc in horto maceriam iube dirui <sup>10</sup>  
Quantum potest: hac transfer, unam fac domum:  
Transduce et matrem, et familiam omnem ad nos.  
*Ae.* placet,

trem habiturus. Ingrediens vero se commendat ab amore Phanii, quam olim viciatam, nunc uxorem futuram impatienter amat. Idem vero subito patris aspectu consternatus, statim ab eo laetitiae datur.

<sup>1</sup> Quam eum totum suum facere studet, ut Micionem superet! & illico subiungit, quae volenti illi esse audi-

verat.

<sup>2</sup> Δεικτικως, eoque blandius & maiori cum affectu.

<sup>3</sup> Penes senes est consilium, quo utantur iuniores. Neque is tam pro patre se gerere voluit, quam amicum consilium dare. Qui magis obsequi potuit filio? *Don.* nihil horum vidit.

<sup>4</sup> Sollemnia haec fuere in nuptiis.

Pater lepidissime. *D.* euge, iam lepidus vocor.

Fratri aedes fient perviae : turbam domum

Adducet, ad sumptum admittet multa <sup>1</sup> : quid  
mea ? 15

Ego lepidus in eo gratiam, <sup>2</sup> ubi nunc item

Dinumeret ille Babylo viginti minas.

Syre, cessas ire, ac facere ? *S.* quid ergo ? *D.*  
dirue <sup>3</sup> :

Tu illac <sup>4</sup> abi et traduce. *G.* di tibi, Demea,

Bene faciant, cum te video nostrae familiae 20

Tam ex animo factum velle. *D.* dignos arbitror <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> h. e. multa patietur,  
quae ad sumptum sint.

<sup>2</sup> Vulg. *iube nunc iam* &c.  
(vid. in fine) in quo haerent  
omnes interpretes. No-  
stra ex lectione senex sibi  
gratulatur de gratia, quam  
ineat, ubi simul fratrem ul-  
ciscitur ob istas 20 minas pro  
psaltria. cf. III, 4, 1--8 &  
IV, 7, 24 sq. Cum enim  
Demea ipsam psaltriam cum  
filio hinc abstrahere vellet,  
atque sic 20 minas fratri  
redditurus esset, quod dein  
videbimus, laetatur (quo-  
modo Micionem laetum fuisse  
audiverat) se viam inve-  
nisse, ubi denuo viginti mi-

nas in sumptus dinumerare  
queat ille *Babylo*, h. e. I.  
stultus, l. dives & profusus  
homo, ut exponunt Don.  
Eugr. & Schol. ad Juvenal.  
III, 221. s. quod sumptus  
fecerit in prandium, cui  
intererat psaltria; cf. Curt.  
V, 1, 37 & quae noramus  
infra ad sc. 7.

<sup>3</sup> Cum vultu serio iu-  
bentis dicit. Dein ad Ge-  
tam conversus. Laconice  
vero imperat dicitque.

<sup>4</sup> Int. qua Syrus aperiet  
viam per hortum. Mox *haec*  
*per viam*.

<sup>5</sup> Hoc Getae respondet;  
dein ad filium se convertit.

Quid tu ais? *Ae.* sic opinor. *D.* multo rectius est, Quam illam puerperam nunc duci hac per viam Aegrotam. *Ae.* nihil enim vidi melius, mi pater.

*D.* Sic soleo <sup>1</sup>: sed eccum Micio egreditur foras.

A C T U S V. S C E N A V I <sup>2</sup>.

MICIO, DEMEA, AESCHINUS.

**M.** Iubet frater? ubi is? tune iubes hoc, Demea?

<sup>1</sup> Ironice hoc dixerit, ut Gnatho Eun. II, 2, 48. Micioni intendebat, quod Aeschinus sibi factum credebat.

<sup>2</sup> Advenit tandem Micio, cum audisset ex Syro iussum Demeae, ardentior, quam adhuc unquam se exhibuit; nihil ipse intelligens de fratris consiliis; nunc vero ipse ab hoc, s. sua facilitate victus, se seris nuptiis cum Sostrata vetula, matre Phanii, implicari patitur. Cave autem irascaris s. Micioni, quasi nimium patienti, s. Demeae, quasi nunc iam malitioso nimis.

Quamvis enim Micio parum urbane in eo facere videatur; fecit tamen humane, neque prorsus contra suum sensum; qui uxorem non ducere, fortunatum videri istis otii studiosis in urbe, supra dixerat. Neque hac aetate l. miseriam a coniugio videbit, l. filiis adeoque novis curis augebitur; sed in ipsa senectute habebit, quae ipsum iuvet, curasque rei familiaris partiat. Demea autem, quamvis ultionis causa fratrem ad nuptias adduceret, cetera gratiae ab aliis ineundae faceret, hoc

*D.* Ego vero iubeo, et hac re, et aliis omnibus  
Quam maxime unam facere nos hanc familiam,  
Colere, adiuvere, adiungere <sup>1</sup>. *Ac.* ita quaeso,  
pater.

*M.* Haud aliter censeo <sup>2</sup>. *D.* immo hercle ita no-  
bis decet. 5

Primum huius uxoris est mater <sup>3</sup>. *M.* quid postea?  
*D.* Proba et modesta. *M.* ita aiunt. *D.* natu  
grandior.

*M.* Scio. *D.* parere iam diu haec per annos non  
potest:

Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est.  
*M.* quam hic rem agit?

ipso tamen nil confecit, nisi  
honestum, & quod familiae  
omni laetum, ac dein pro-  
futurum esset. Egregium  
certe factum, quo Hegio-  
ni, viro honestissimo, prae-  
mium a fratre expostulave-  
rat. Sic ipse, vel poeta per  
ipsum direxit humanitatem  
fratris, correxit & secun-  
davit in loco, ut plus nunc  
sit boni, quam antea mali,  
& is qui primus mala rescie-  
verat, auctor iam sit boni.

<sup>1</sup> *Colimus bonos, l. 2*

quibus bona accepimus, l.  
a quibus bonum porro spe-  
ratur; *adiuvamus* inopes;  
*adiungimus* amicitia, com-  
modi causa, eos, quorum  
similes sumus, esse cupi-  
mus, certe debemus.

<sup>2</sup> Micio pro sua huma-  
nitate obsequitur.

<sup>3</sup> Demea iam inducere  
cupit fratrem ad nuptias,  
priusque avertit rationes mo-  
vendi, & quae contra sua-  
deant, evertit.

*D.* Hanc te aequom est ducere <sup>1</sup>, et te operam,  
ut fiat, dare. 10

*M.* Me ducere autem? *D.* te. *M.* me? *D.* te, in-  
quam. *M.* ineptis <sup>2</sup>. *D.* si tu sis homo <sup>3</sup>,  
Hic faciat. *Ae.* mi pater. *M.* quid? tu autem huic,  
asine, auscultas <sup>4</sup>? *D.* nihil agis.

Fieri aliter non potest. *M.* deliras <sup>5</sup>. *Ae.* sine te  
exorem, mi pater.

*M.* Infans? aufer <sup>6</sup>. *D.* age, da veniam filio <sup>7</sup>. *M.*  
satin' sanus es?

Ego novus maritus anno demum quinto et sexa-  
gesimo <sup>8</sup> 15

<sup>1</sup> Rationibus aequi niti-  
tur Demea, qualibus Micio  
semper in ipsum usus erat,  
& filium insuper provocat.

<sup>2</sup> h. e. postulas a me,  
quod neque personae meae,  
neque loco conveniat. Re-  
pugnat ex rationibus decori.

<sup>3</sup> h. e. si sapias, patremque  
diligis. Sic reddit Demea,  
quod supra I, 2, 27 Micio  
dixerat. Cf. Cic. ad Att. IV,  
15, & X, 11 extr.

<sup>4</sup> Micio cum hilaritate  
quadam increpat suum, &

pro homine Demeae, facit *ast-  
num*, quasi dicat: dum me  
movere aggredieris, tibi  
plus noceas, cf. Plaut. Pseud.  
I, 2, 5.

<sup>5</sup> Quod in senes saepe  
congruit; uti *insanire* in iu-  
venes.

<sup>6</sup> int. te.

<sup>7</sup> Beneficium hoc con-  
cede.

<sup>8</sup> Donatus observat: Apud  
Menandrum senex de nuptiis  
non gravatur. Ergo Te-  
rentius *εὐγενέστατος*.

Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne effis auctores mihi?

*Ae.* Fac: promisi ego illis. *M.* promisti autem? de te largitor, puer.

*D.* Age, quid, si quid te maius oret? *M.* quasi non hoc sit maxumum.

*D.* Da veniam. *Ae.* ne gravere<sup>1</sup>. *D.* fac, promitte. *M.* non omittitis?

*Ae.* Non; nisi te exorem. *M.* vis est haec quidem<sup>2</sup>.

*D.* age prolixè<sup>3</sup>, Micio. 20

*M.* Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea<sup>4</sup>

Videtur; si vos tantopere istuc voltis, fiat<sup>5</sup>.

*Ae.* bene facis.

<sup>1</sup> Don. exponit: ne te difficilem praebes; quia gravem se dicitur praestare, qui id facile non praestat in beneficio, quod potest. Igitur Ter. sua ratione correxit nuptias illas seniles Menandri, quae nescimus, cur claro cuidam Dramaturgo tantopere displiceant.

<sup>2</sup> Instantibus iam cedit. Neque vero ille repugna-

Terentius T. II.

verat, nisi primum rationibus, mox verbis.

<sup>3</sup> h. e. promove rem.

<sup>4</sup> *Pravum*, quod contra mores eius aetatis sit; *ineptum*, quod praeter finem matrimonii sit; *absurdum* auribus hominum; *alienum a vita mea*, qui coelebs adhuc vixi.

<sup>5</sup> Vivet is tamen sibi, qui aliis & cum aliis vivit.

H



*D.* Merito tuo te amo, verum quid ego dicam?  
hoc confice, quod volo <sup>1</sup>.

*M.* Quid nunc? *D.* quod restat: Hegio cognatus  
his est proximus,

Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere  
illi, decet. 25

*M.* Quid facere? *D.* agelli est hic sub urbe paululum,  
quod locitas foras:

Huic demus, qui fruatur <sup>2</sup>. *M.* paululum id autem?  
*D.* si multum est, tamen

Faciendum est: pro patre huic est, bonus est, noster  
est, recte datur.

Postremo non meum illud verbum facio, quod  
tu, Micio,

Bene, et sapienter dixi dudum <sup>4</sup>: vitium commune  
omnium est, 30

Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus:  
hanc maculam nos decet

Effugere: dictum est vere, et re ipsa fieri oportet,  
Micio.

<sup>1</sup> Dem. supra monuerat fratrem, ut prolixè ageret s. promoveret; nunc ut conficiat rem, orat.

<sup>2</sup> Ita tamen cavet filio maiori de proprietate retinenda & reversuro ad eum

agro.

<sup>3</sup> Inopi eidem, apud quem beneficium bene collocetur, recte (ex officio) datur.

<sup>4</sup> Denique omnem cunctationem Micionis dicto V; I, 48 confutat.

*M.* Quid istic? dabitur quidem, quando hic volt.

*Ae.* mi pater. *D.* nunc tu mihi,

*Micio*, es germanus pariter animo et corpore.

*M.* gaudeo.

*D.* Suo sibi hunc gladio iugulo <sup>1</sup>.

35

ACTUS V. SCENA VII.\*

SYRUS, DEMEA, MICIO, AESCHINUS.

*S.* **F**Actum est, quod iussisti <sup>3</sup>, Demea.

*D.* Frugi homo es <sup>4</sup>. ego aedepol hodie mea quidem sententia

<sup>1</sup> Scil. dicto isto, quo in auctorem retorto ipsum eludit victum. Iucunde vero coniungunt pronomina Latini, maxime Comici, etiam cum pleonasmō. Exempla dabit Gesn. in thes. voce *suus*.

<sup>2</sup> Bene sibi ultus videtur Demea fratrem, neque tamen non simul ad honesta impulit. Nunc &, ut ordinaret in melius fraternam domum, inde abigere cupit Syrum, exemplum illud di-

sciplinae filiorum. Abigit autem eum ita, ut libertate donetur cum uxore serva, & aliquantum pecuniae, a Micio commodatum, habiturus sit. Expleto sic tandem animo & consilio, haec ipsa aperit; Ctesiphoni filio condonat peccatum & amicam. Laetique abeunt omnes.

<sup>3</sup> h. e. diruta est maceria.

<sup>4</sup> Ironice sic dicit, quem reapse putabat servum nequam.

Iudico, Syrum fieri esse aequom liberum. *M.*  
istunc liberum?

Quodnam ob factum? *D.* multa. *S.* o noster  
Demea, aedepol vir bonu' es.

Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos se-  
dulo, 5

Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui,  
omnia.

*D.* Res apparet<sup>2</sup>: et quidem porro haec; obso-  
nare cum fide<sup>3</sup>,

Scortum adducere, apparare de die convivium<sup>4</sup>.

Non mediocris hominis haec sunt officia. *S.* o le-  
pidum caput!

*D.* Postremo, hodie in psaltria ista emunda hic  
adiutor fuit, 10

<sup>1</sup> Syrus iam laudabit eum, quem supra deluserat; sua iam priora promerita revocans.

<sup>2</sup> Demea cum irrisione scortum se simulat in nequitiiis Syri celebrandis.

<sup>3</sup> h. e. coemere obsonia ad convivium, ita ut herus non decipiatur. Al. verba cum fide scortum coniungunt, dictumque volunt in psal-

triam meretriculam. Sed reprehendit mores Aeschini, & indulgentiam Micionis; & deinde de psaltria dicet.

<sup>4</sup> Turpia erant convivia de die, quibus luxuriae causa iam de medio die initis (cf. Hor. Serm. II, 8, 3) etiam scorta intererant; cf. Curtium V, 1 & 2. Cic. Phil. II, 35. Tac. Germ. c. 19.

Hic curavit : prodesse aequom est : alii meliores  
erunt <sup>1</sup> :

Denique hic volt fieri. *M.* vin' tu hoc fieri? *Ae.*  
cupio. *M.* siquidem

Tu vis , Syre , eho accede huc ad me , liber esto.  
*S.* bene facis :

Omnibus gratiam habeo ; et seorsum tibi praete-  
rea , Demea ,

*D.* Gaudeo. *Ae.* et ego. *S.* credo. utinam hoc per-  
petuum <sup>2</sup> fiat gaudium , 15

Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam  
liberam.

*D.* Optumam quidem mulierem. *S.* et quidem tuo  
nepoti , huius filio ,

Hodie primam mammam dedit haec <sup>3</sup>. *D.* hercle  
vero ferio ,

Si quidem primam dedit , haud dubium est , quin  
emitti aequom fiet.

*M.* Ob eam rem? *D.* ob eam : postremo a me  
argentum , quanti est , sumito <sup>4</sup>. 20

<sup>1</sup> Ironia. Itaque promo-  
veatur Syrus , ut amoveatur.  
Sensere id quoque Aesch. &  
Micio , & assensere , ut gra-  
tum facerent Demeae.

<sup>2</sup> s. solidum , integrum.

<sup>3</sup> Desebat , ingenuos e-

duci a nutricibus liberis. Sed  
quae primam dedit mam-  
mam , ideo non futura erat  
nurtix. Itaque Dem. id io-  
cose repetet. Emittenda vero  
videbatur Demeae cum viro.

<sup>4</sup> En occasionem oblatam

S. Di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant!

M. Syre, processisti hodie pulchre. D. si quidem porro, Micio,

Tu tuum officium<sup>1</sup> facies, atque huic aliquid paululum prae manu

Dederis, unde utatur<sup>2</sup>. reddet tibi cito. M. istoc vilius.

Ae. Frugi homo est. S. reddam hercle, da modo.

Ae. age, pater. M. post consulam. 25

D. Faciet<sup>3</sup>. S. o vir optime! Ae. o pater mi festivissime!

M. Quid istuc? quae res tam repente mores mutavit tuos<sup>4</sup>?

Demeae, qua pretium a Micione pro psaltria numeratum ipsi restituere promittit, ne ipse videatur emisse amicam filio.

<sup>1</sup> Quod erat patronorum, liberos non deserere.

<sup>2</sup> Sic plenius, quam Plaut. Bacch. IV, 3, 9.

<sup>3</sup> Satis certo id largiri videtur de Micione. Sed credimus, quod ex 20 istis minis, quanti non constare poterat Phrygia, superesse potuit, eo converti voluisse,

<sup>4</sup> Miratur tandem Micio, Demeam, cum Micionis liberalitatem tentasset, etiam de suo promittere; & unde isti haec morum mutatio evenerit; qua arte Ter. hunc exitum invenit, ut quomodo Demea de rigore suo remississe videbatur, ita etiam ab eo, quidquid fratris indulgentia adhuc potuit admisum videri, corrigeretur. Ita poeta hanc fabulam, quae a *φιλαδελφία* Aeschini nomen traxit *Adelphi*, eo direxit,

Quod prolubium? quae istaec subita est largitas?

D. dicam tibi:

Ut id ostenderem, quod te isti <sup>1</sup> facilem, et festivum putant,

Id non fieri ex vera vita <sup>2</sup>, neque adeo ex aequo et bono; 30

Sed ex assentando <sup>3</sup>, indulgendo, et largiendo, Micio.

Nunc adeo, si ob eam rem vobis mea vita invisa est, Aeschine,

Quia non iusta, iniusta, prorsus omnia, omnino obsequor <sup>4</sup>:

ut documento esset parentibus, quomodo lenitatem in filios, ubi opus sit, severitate temperare debeant.

<sup>1</sup> Urbani homines. cf. Act. I, 1, 18.

<sup>2</sup> Vera vita est, ubi non tam ex instinctu, quam cum ratione vivitur. Ratio scilicet non solum id, quod aequum est, sed & quod bonum confulit; vid. Heaut. I, 1, 102.

<sup>3</sup> cf. supra V, 2, 10 sq.

<sup>4</sup> Supra I, 2, 18 sq. Micio Demeam imperitiae & iniustitiae arguerat, quod nihil, nisi quod ipse faciat, rectum putet. Necdum igitur Demea ingenium exuerat, sed tantum exemplo fratris, & usu monitus, rationes alias prioribus induxit; cf. supra V, 1, 1-5. Don. vero observat, proverbialiter dici *iusta iniu-*

Missa facio <sup>1</sup>, effundite, emite, facite, quod vobis lubet.

Sed si id voltis potius, quae vos propter adolescentiam

35

Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,

Haec reprehendere, et corrigere me, et obsecundare in loco <sup>2</sup>;

Ecce me, qui id faciam vobis. *Ae.* tibi, pater, permittimus <sup>3</sup>:

*sta*; cf. Heaut. III, 5, 29 sq. uti Phorm. V, 2, 7 *recta prava*.

<sup>1</sup> Monet ista fratrem, sed mitius, quam supra I, 2, 54 sqq. Quare facile ei in his concedet Micio pro suo ingenio. Quae sequuntur, Aeschino dicit paterne magis.

<sup>2</sup> Don. ad h. l. legit *secundare* h. e. laetum ac felicem reddere. Sed idem quoque addit: *Alii secundare, obsequi, dictum putant, & ideo additum esse in loco, quasi non semper faciendum. Ergo*

*secundare l. in melius convertere, l. obsequi intelligimus. Ergo & hi obsecundare forsan legerint, ut scripti & edd. omnes habent. Id certum videtur, 7o obsecundare in l. diversum esse ab illo v. 33 omn. obsequi, iusta iniusta. Itemque Heaut. IV, 2, 22 obsec. in loco, h. e. ubi id licet & opus videtur, obsequi patri, significare possit. Supra II, 2, 8 Micio monuerat, pecuniam in loco negligendam esse. Neque inde Demea h. l. abludit.*

<sup>3</sup> h. e. te arbitrum faci-

Plus scis, quid factu opus est. sed de fratre quid fiet? *D.* fino,

Habeat: in istac finem faciat. *M.* istuc recte. plaudite. 40

mus, tibi nos dedimus; cf. *Phorm.* V, sc. ult. 58. *Tac.* *Annal.* XIII, 13 ibique notata ed. *Bip.*

1 Poeta honestati confu-  
lit, dum ipsum *Ctes.* a sce-

na removet; quod filio prae-  
fenti non satis decore in-  
dulgere poterat senex. Is  
satis iam reprehenderat,  
nunc obsecundat in loco.

---



PUBLII TERENTII  
PHORMIO.

ACTA LUDIS ROMANIS, L. POSTUMIO  
ALBINO, L. CORNELIO MERULA, AEDIL.  
CUR. EGERE L. AMBIVIVS TURPIO, L.  
ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT  
FLACCUS CLAUDII TIBIIS IMPARIBUS. TO-  
TA GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOME-  
NOS. FACTA IV. C. FANNIO, M. VALERIO  
COSS.

*P E R S O N A E.*

<i>PROLOGUS.</i>	<i>DAVUS</i> fervus.
<i>PHORMIO</i> parasitus.	<i>SOPHRONA</i> nutrix.
<i>DEMIPHO</i> senex.	<i>NAUSISTRATA</i> matrona.
<i>ANTIPHO</i> adolescens.	<i>HEGIO</i> advocatus.
<i>GETA</i> fervus.	<i>CRATINUS</i> advocatus.
<i>DORIO</i> leno.	<i>CRITO</i> advocatus.
<i>CHREMES</i> senex.	
<i>PHAEDRIA</i> adolescens.	

*P E R S O N A E M U T A E.*

*DORCIUM* ancilla.

*PHANIUM* adolescentula.

## M. ANT. MURETI

## ARGUMENTUM.

**C**Hremes et Demipho fratres Athenienses erant. Chremes Athenis uxorem divitem ac bene dotatam duxerat Nausistratam : et ex ea susceperat filium Phaedriam. habebat Nausistrata, praeter ceteras opes, opima praedia in Lemno. eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendosque fructus, commeabat. dum illic residet, pauperulae cuiusdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit uxorem, et ex ea suscipit filiam Phanium; ac ne res emanaret, commutato nomine, Stilphonem se Lemni vocari iubet. detrahebat autem e fructibus praediorum uxoris Atheniensis, quantum satis esset ad illam alteram una cum filia nutriendam: deinde Athenas reversus, aut calamitatem, aut vilitatem, ut tale aliquid causabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phanium quindecim iam haberet annos, conveniunt inter se Chremes et Demipho, ut Chremes quidem et Lemniam uxorem, et Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio suo uxorem daret. eius rei causa proficiscitur in Lemnum Chremes. eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter esset in Ciliciam. abeuntes, ambo Getae (is Demiphonis servus erat) filios committunt suos. profectis senibus,

Phaedria se statim citharistriae cuiusdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui a lenone emeret, quod daret, nihil habebat. interea uxor e Lemno, quae, propter paupertatem, viri, diutius forte, quam solebat, morantis adventum exspectare non posset, conscensa navi, Athenas una cum filia et nutrice ipsius venit, quaerunt Stilphonem frustra. Athenis, qui quemquam eo nomine nosset, reperiebatur nemo. ibi mater (tanta eam aegritudo ceperat) moritur. ei funus una cum nutrice procurantem Phanium cum adspexisset Antipho, subito amore illius exarsit. venit ad nutricem postridie, ut eius sibi copiam faceret, obsecrans. illa se, nisi puellam uxorem duceret, facturam negat. illi, cum et quidvis facere cuperet, et patrem absentem vereretur, parasitus Phormio hoc consilium dedit. lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui eis genere proximi essent ducere; aut, si nollent, dotem eis dare cogerentur: ego, inquit parasitus, simulabo, me patri virginis amicum fuisse, ideoque causam illius suscipere: vocabo te in iudicium, tamquam illius cognatum, tecumque lege agam, ut eam ducas. tu ita te defendes, ut mihi facilem victoriam praebeas: ita condemnabere. sic fiet, ut et tu potiaris tua, et patre reverso, paratam excusationem habeas. ita fiunt omnia, ut parasitus suaserat. confectis iam nuptiis eodem die ambo redeunt senes. turbari uterque; ille, quod filius indotatam uxorem se absente

duxisset : hic , quod vereretur , ne , erepta sibi hac collocandae filiae occasione , tota res fieret palam ; eo ipso die , leno , citharistriae , quam Phaedria amabat , dominus , nisi sibi pro ea triginta minae darentur , venditurum se eam , minitabatur. ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit : ait senibus , se cum Phormione collocutum : Phormionem vero , si sibi dotis triginta minae darentur , paratum eam uxorem accipere , quam duxisset Antipho. eam pecuniam Demipho a Chremete sumptam numerat Phormioni. is eam Phaedriae , Phaedria lenoni pro amica tradit. cum haec iam confecta essent , agnoscitur Phanium. Ibi vero senes gaudere , quod , quas nuptias ipsi facere moliebantur , eae ipsis absentibus , atque inscientibus , factae essent. sed dolebant , sibi periisse triginta minas. eas dum a Phormione , primo blanditiis , postea etiam per vim eripere conantur ; Phormio , qui iam de duabus Chremetis uxoribus , deque tota re intellexerat , inclamat Naustratam , eique aperit omnia. illa cum aliquamdiu de viro conquesta esset , tandem placatur : filiique ipsius iudicio omnia se permissuram pollicetur.

## P U B L I I T E R E N T I I A F R I

## P H O R M I O .

## P R O L O G U S .

**P**ostquam poeta vetus <sup>1</sup> poetam non potest  
Retrahere ab studio, et transfere <sup>2</sup> hominem in  
otium :

Maledictis deterrere, ne scribat <sup>3</sup>, parat.

Qui ita dicitur, *quas antehac fecit fabulas,*  
*Tenui esse oratione, et scriptura <sup>4</sup> levi;*

<sup>1</sup> Idem semper malevolus  
vetus poeta, contra quem  
prologi Ter. omnes directi  
sunt. Is senescens, invidi-  
bat novo, eique sapientiori  
Terentio; cui non satis e-  
rat, viris principibus pla-  
cere, sed & populi, a quo  
pendet fortuna studii musi-  
ci, s. artis comicae, opus  
erat favore. Ita semper pro-  
logi opera ad sui defensionem  
abuti debuit.

<sup>2</sup> *Transfere* antiquum &  
sonantius; *tradere* recens &  
lenius.

<sup>3</sup> s. componat fabulas.

<sup>4</sup> Haud bene vulgo *scrip-*

*tura pro stilo* habetur. Est  
potius *scriptura* ipsa fabula,  
quoad compositionem sive  
artificium spectata. Atque  
is hanc *levem* arguebat, tam-  
quam nil gravitatis, vehe-  
mentiae & fervidioris inge-  
nii habentem, sed abjectam  
& humilem. *Orationem* vero,  
quae alias personarum est,  
neque h. l. a *stilo* disjungen-  
da, cui iungitur Andr. prol.  
12. (sermo enim persona-  
rum sensibus convenit) *te-  
nuem*, nec *altam*, nec *copio-  
sam*, sed *nimum politam*,  
*extenuatam* dicebat. Ita ille  
virtutes Terentii in vitia

Quia nusquam infanum <sup>1</sup> scripsit <sup>2</sup> adolescentulum  
Cervam <sup>3</sup> videre <sup>4</sup> fugere, et sectari canes,  
Et eam plorare, orare ut subveniat sibi <sup>5</sup>.

Quod si intellegeret, olim cum stetit nova,  
Actoris opera magis stetisse, quam sua <sup>6</sup>; 10  
Minu' multo audacter, quam nunc laedit, lae-  
deret.

Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet:  
*Vetu' si poeta non laceffisset prior <sup>7</sup>;*

vertebat, cuncta ex se suo-  
que ingenio, haud satis  
docto, non ex veriori fa-  
bularum indole, qua vitam  
quotidianam imitentur, iu-  
dicans.

1 Amore insanientem,  
furiosum; quod tragicum  
est, & a Comoedia alienum.  
Apud Plaut. Men. V, 2, 60  
sqq. comice tantum adsimu-  
latur insaniens.

2 Reprehendit iam scrip-  
turam veteris poetae; &  
est *scripsit* h. l. idem ac *fin-  
xit*, quod ingenii & artifi-  
cii est. Mox *adolescentulum*  
imminuit, ut in quem ista  
parum conveniant.

3 Amicam scil. mutatam  
*Terentius T. II.*

in cervam, Boeclero inter-  
prete. Virg. Aen. IV, 69  
Didonem in urbe furentem  
assimilat cervae, telo con-  
iectae, fugienti.

4 *φασίλιος θάσ*. Sic etiam  
*somnia* videre dicimur, &  
Tac. Ann. II, 14 *vidit* pro  
*somnia*vit.

5 Iam quoque ridendam  
praebet *orationem* in fabula  
Lanuvini, qui parum co-  
mice faciat cervam plorare,  
orare adolescentulum, ut &c.

6 Ita populum excusat ob  
non exactam fabulam, ac-  
toribus blanditur, poetam  
exagitat.

7 *Prior* abundanter addi-  
tum verbo.

*Nullum invenire prologum* <sup>1</sup> *potuisset novus,*  
*Quem diceret, nisi haberet* <sup>2</sup>, *cui malediceret;* 15  
 Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus  
 Palmam esse positam <sup>3</sup>, qui artem tractant musi-  
 cam.

Ille ad famem <sup>4</sup> hunc ab studio studuit reicere :  
 Hic respondere voluit, non laceffere <sup>5</sup>.

Benedictis si certasset, audisset bene <sup>6</sup>. 20  
 Quod ab illo allatum est, id sibi esse rellatum  
 putet.

De illo iam finem faciam dicundi mihi,  
 Peccandi cum ipse de se <sup>7</sup> finem non facit.

Nunc <sup>8</sup> quid velim, animum attendite. apporte  
 novam,

<sup>1</sup> Cf. Heaut. prol. 11 ibi-  
 que notata.

<sup>2</sup> *Mire*, ( inquit Don. )  
 haberet : *quasi dubium non*  
*sit, maledicendum esse* Lucio.

<sup>3</sup> h. e. praemium omni-  
 bus ex aequo dari, s. uti  
 Tac. H. IV, 74 *in communi*  
*fitum*, s. uti idem l. c. 64 *in*  
*medium cedere*. Sed vetus  
 poeta neminem alium eius  
 participem fieri vult.

<sup>4</sup> Opponitur palmae s.  
 fructui; cf. Hec. prol. 22  
 sq. Plaut. Capt. prol. 13.

<sup>5</sup> Cf. Eun. prol. 6.

<sup>6</sup> h. e. ei pariter bene  
 dictum, s. laudatus a nobis  
 fuisset. Opposita *male audire*,  
 infra III, 2, 11 *aegre quid-*  
*quam ex aliquo audire*. Hec.  
 V, 1, 38, & Plaut. Pseud.  
 IV, 7, 77 *contumeliam se*  
*dices, audies*.

<sup>7</sup> h. e. quantum ad se atti-  
 net, s. in se. Gravius est *de se*,  
 quam *de suo* peccare. Al. ma-  
 le exponunt: de sua volun-  
 tate s. ultro.

<sup>8</sup> Desinit iam esse orator



*Epidicazomenon* quam vocant comoediam 25  
 Graece. Latine hic *Phormionem* nominat,  
 Quia primas partes qui aget, is erit Phormio  
 Parasitus <sup>1</sup>, per quem res geretur maxume;  
 Voluntas vostra si ad poetam accesserit.  
 Date operam, adeste aequo animo per silen-  
 tium; 30

Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus <sup>2</sup>,  
 Cum per tumultum noster grex motus loco est <sup>3</sup>.  
 Quem actoris virtus nobis restituit locum <sup>4</sup>,

& incipit prologus.

1 Cic. pro Caec. c. 10  
 testi huius nominis illudens  
 dicit: & *argentarius Sex.  
 Clodius*, cui nomen est *Phor-  
 mio*, nec minus niger, nec  
 minus confidens, quam ille  
*Terentianus est Phormio*. Ge-  
 ta, servus I, 2, 72 sic de  
 eo: *Homo confidens: qui il-  
 lum Dii omnes perduint* &c.  
 Cur vero *nigrum* dixit? an  
 ut *improbum*, a quo cavend-  
 um sit, aut quod moris fue-  
 rit, ut nigri parasiti in sce-  
 nam producerentur? Apud  
 Athenaeum certe L. VI in  
 Gubern. Alexis Comicus  
 duplex facit parasitorum

genus, alterum vulgare eo-  
 rum, qui *μελανες nigri* vo-  
 cantur, alterum graviter a-  
 dulantium, qui dicantur  
*χιλιοβαλαντοι*.---Mox geretur  
 h. e. sustinebitur, imperato-  
 ris instar; cf. Varr. de L.  
 L. V, 8. Et is non solum  
 ipse aget, sed etiam per a-  
 lios rem geret.

2 Fortunam mavult accu-  
 sare, quam populum.

3 Hinc coniicit Donatus  
*Hecyram* prius actam ef-  
 se, in cuius prologo al-  
 tero poeta id queritur plu-  
 ribus.

4 Blanditur poeta acto-  
 ribus, tum populo.

Bonitasque vostra adiutans, atque aequanimitas <sup>1</sup>.

ACTUS I. SCENA I<sup>2</sup>.

DAVUS<sup>3</sup>.

**A**Micus summus meus, et popularis, Geta Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula <sup>4</sup> iam pridem apud me relliquum pauxillulum Numorum: id ut conficerem, confeci: affero.

<sup>1</sup> *Bonitas* multum largitur; *aequanimitas* modum non egreditur, sed tranquilla est, non plura postulat, quam aequum, nec detrahit de aliorum iure.

<sup>2</sup> Poeta ad narrandum argumentum inducet Getam servum. Cum vero artis sit, rem ita enarrare, ut iam agi videatur, & comoedia spectetur, *πρῶτον προσώπων προσελτικόν* s. personam extra argumentum, ante inducit alium servum. cui a tota fabula alieno, dum ille rem gestam, e qua feretur fabula, aperit; populus ex continentia rerum ad ipsam fabulam, ab Actu II agen-

dam, instruitur.

<sup>3</sup> Causam adventus sui in scenam alienus servus, tantum argumenti narrandi causa inductus, statim indicat probabilem. Davus non malus & astutus, sed simplex videtur.

<sup>4</sup> Habebant enim Athenienses servi *suum*, quod sibi comparabant, *peculium*; ex quo aliquid dominis suis pendebant quotannis, atque etiam pro capite suo numerare poterant, ut servitutem exuerent. Iura servorum Athenis solutiora quare fuerint, explicat Xenoph. in rep. Ath.

Nam herilem filium 1 eius duxisse audio 5  
 Uxorem : ei credo munus hoc 2 conraditur.  
 Quam inique comparatum est ! ii qui minus  
 habent ,  
 Ut semper aliquid addant divitioribus 3.  
 Quod ille unciatim vix de demenso 4 suo ,  
 Suum defrudans genium , comperfit miser , 10  
 Id illa universum abripiet 5 , haud existumans ,  
 Quanto labore partum. porro autem Geta  
 Ferietur 6 alio munere , ubi hera pepererit 7 :

1 Scil. Antiphonem.

2 Munera haec, Graece  
*απαυλια*, dabantur novae nup-  
 tae in repotiis, & ab ami-  
 cis, & a domesticis.

3 Graecis vulgatam sen-  
 tentiam extulit sic Philemon:  
*Μισω πενηλα πλεσιω δωρημε-  
 νον, Ελεγχος εσι της αχορλιας  
 τυχης, Odi pauperem diviti  
 dantem : Exprobratio est in-  
 satiabilis fortunae.*

4 Servi quaternos, ut  
 Don. norat, ( Seneca ep. 80  
 suo tempore *quinque* dicit)  
 modios accipiebant frumenti  
 in mensem, l. ultimo men-  
 sis die, l. quotcalendis; id-  
 que dicebatur *demensum* (al.  
*dimensum*) Graece *αγμαλια*

Hes. dies pens. I, 3; l. *σιλο-  
 μελιριον* Ev. Lucae II, 42.

5 Magna virtus, inquit  
 Don. paene in singulis syl-  
 labis. Quam contrariantur si-  
 bi ille & illa; *unciatim, vix,  
 de dem. & in universum; cor-  
 raditur & abripiet; comperfit  
 miser &c. & haud exist.*

6 Significanter; ferietur <sup>ii</sup>  
 servus, qui dum vel invitus <sup>ii</sup>  
 dat munus, plagam accipit. <sup>id</sup>

7 Quinto a partu die, s.  
 Iustrico, qui Graecis diceba-  
 tur *αμφιδρομια*, infantem cir-  
 cum focum ferebant, curren-  
 tes in circulum; & mitte-  
 bantur dona *κειμηλια* puer-  
 peris, a domesticis & ami-  
 cis. cf. Suidas voc. *αμφι-*

Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies ?  
 Ubi initiabunt <sup>1</sup>: omne hoc mater auferet: 15  
 Puer causa erit mittendi <sup>2</sup>. sed videon' Getam ?

ACTUS I. SCENA II <sup>3</sup>.

GETA, DAVUS.

**G.** SI quis me quaeret rufus <sup>4</sup>. **D.** praesto est,  
 define. **G.** oh!

*ἄρρωστος*, & Athen. IX, 2.

<sup>1</sup> Non respicimus in fabula Graeca ad morem Romanum, sed ad *ἄρρωστος*, quorum tertio die (*ἄρρωστος* dicto) a patribus, dum sacra facerent, filioli ab anno nati, I. bimii, trimii, quadrimii offerebantur in album civium conscribendi, ut ex se, iisque Atheniensibus nati; ante quem diem pueri dicebantur *ἄρρωστος*. An is forsan natalis dies? Don. vult, Davum hoc uno verbo lentius pronuntiato innuere, se defessum enumerando occasiones dandorum munerum; quod maxime sit, si ad plures & diver-

fas initiationes respiciatur.

<sup>2</sup> *Mittere* proprie dicitur de muneribus.

<sup>3</sup> Ipse iam Geta, egrediens e domo, mire ostenditur Davo fatagens, scilicet & tristis v. 7. Provocatus inde a v. 13 narrationem instituet, tum personarum imagines pulcherrime proferet, tum quae ab iis gesta ante scire oportet, ita narrabit, ut nihil brevius, nihil lucidius, nihil verisimilius tota hac parte sit; cuncta vero salibus comicis quasi extrinsecus adspersa videantur.

<sup>4</sup> Comice Davum, quem absentem putat, sic notat;

At ego obviam conabar <sup>1</sup> tibi, Dave. *D.* acci-  
pe <sup>2</sup>, hem

Lectum est, conveniet numerus, quantum debui.

*G.* Amo te <sup>3</sup>, et non neglexisse habeo gratiam.

*D.* Praefertim ut nunc sunt mores <sup>4</sup>. adeo res  
redit: 5

Si quis quid reddit; magna habenda est gratia.

Sed quid tu es tristis <sup>5</sup>? *G.* ego ne? nescis, quo  
in metu, et

Quanto in periculo sumus <sup>6</sup>. *D.* quid istuc est?  
*G.* scies,

Modo ut tacere possis. *D.* <sup>7</sup> abi sis, insciens <sup>8</sup>:

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, 10

sed mandare conservo quae  
velit, definit impulsus a prae-  
sente. Pleniorum dictionem  
similem vid. Hec. I, 2, 1  
sq. Mox Getam, praesente  
Davo, poenitebit simul *ru-  
sum* notasse. Sed statim ad  
rem venit.

1 *f.* cogitabam, intende-  
bam ipse.

2 Praevenit petitionem  
reddendo aere & proba &  
numerato; cf. Plaut. Perf.  
III, 3, 33 & Pseud. IV, 7,  
50.

3 Ob meritum tuum; be-

ne facis; cf. Eun. I, 2, 106.

4 Se ipse quoque amat,  
laudatque se supra nunc ho-  
mines honestum. Facete.

5 Vultus hic admonet,  
quomodo pronuntiaverit an-  
te; notante Donato.

6 Ego cum ceteris, quos  
ego curo (herilem filium  
&c.)

7 Quam feliciter exprimit  
poeta naturam & sermones  
hominum in sqq.

8 *Insciens* molliter dicit pro  
*stulto*.

Verere ei verba credere <sup>1</sup>? ubi quid mihi lucri est  
Te fallere? *G.* ergo ausculta. *D.* hanc operam  
tibi dico.

*G.* Senis nostri, Dave, fratrem maiorem, Chre-  
mem

Nostin' <sup>2</sup>? *D.* quid ni? *G.* quid? eius gnatum  
Phaedriam?

*D.* Tamquam te. *G.* <sup>3</sup> evenit, senibus ambobus  
simul, 15

Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam  
Ad hospitem antiquom. is senem per epistolas  
Pellexit, modo non monteis auri <sup>4</sup> pollicens.

*D.* Cui tanta erat res et supererat <sup>5</sup>? *G.* definas :

<sup>1</sup> Vide, quam sibi placeat  
ob fidem in reddendo mu-  
tuo praestitam; & tamen  
curiosus est.

<sup>2</sup> Incipit rerum narratio  
a personis, in quibus illae  
vertuntur. Brevius autem  
personarum notitiam efficit  
interrogando.

<sup>3</sup> Construe: evenit, ut si-  
mul esset sen. amb. illi-no-  
stro.

<sup>4</sup> Proverbialis hyperbo-

le, pro *multa magnaue.*  
Plaut. Mil. IV, 2, 73 mire  
auget *argenti montes*, non  
*massas habet Aetna*, non ae-  
*que altus est.* Sall. Cat. 23  
*glorians maria montesque pol-  
liceri coepit.* Sollennis ea est  
de gloriosis, & qui pollici-  
tis divites sunt.

<sup>5</sup> Deest *eum pellexit*; (if-  
ne ea aetate tam longum &  
periculosum suscepturus e-  
rat iter?)

Sic est ingenium <sup>1</sup>. *D.* oh, regem <sup>2</sup> me esse oportuit <sup>3</sup>!

20

*G.* Abeuntes ambo hinc tum senes me filiis Relinquunt quasi magistrum <sup>4</sup>. *D.* o Geta, provinciam <sup>5</sup>

Cepisti duram. *G.* mi usus venit <sup>6</sup>: hoc scio.

Memini, relinqui me deo irato meo <sup>7</sup>.

Coepi advorsari <sup>8</sup> primo: quid verbis opu' st? <sup>25</sup>

Seni fidelis dum sum, scapulas perdidit <sup>9</sup>.

<sup>1</sup> int. Demiphonis. Huc facit dictum Biantis ap. Aufon. in ludo VII sapientium: *Quis dives? qui nihil cupiat. Quis pauper? avarus.* Avari in dies plura avent.

<sup>2</sup> h. e. potentem, opulentum; cf. Plaut. Capt. IV, 2, 45. Hinc parasiti suos patronos vocant reges, ut infra II, 2, 24.

<sup>3</sup> Deest l. non plura cuperem, l. divitibus non aliquid adderem, sed pauperibus. Ita sunt affecti pauperes, ut se solos uti divitiis scire putent, praedicient, si eas habeant.

<sup>4</sup> Addit *quasi*, quia iam ex ephebis excefferant; cf.

Andr. I, 1, 27. Monitorem tamen filiis relinqui oportuit.

<sup>5</sup> Magnifice sic dicit pro officio. Blandiuntur sibi & servi.

<sup>6</sup> Plenius vid. infra III, 5, 20.

<sup>7</sup> *Deus meus* est genius; in viris, (uti *Iuno mea* in feminis) quem homini appositum tutelarium sangebant, nunquam alias ab eo abscedere. Hinc proverbialis hyperbole. Auger magis Plaut. Poen. II, 4 *Dis meis iratissimis.*

<sup>8</sup> Adolescentibus, Antiphoni & Phaedriae.

<sup>9</sup> Dum seni fidem servo,

Venere in mentem mi istaec <sup>1</sup> : nam quae inscitia  
est <sup>2</sup> ?

<sup>1</sup> Advorsum stimulum calces <sup>3</sup>. coepi his omnia

Facere , obsequi quae vellent. D. scisti uti foro <sup>4</sup>.

G. Noster mali nil quidquam primo <sup>5</sup> : hic Phae-  
dria 30

Continuo quandam nactus est puellulam

scap. *perdidi*, scil. vapulando. Proverbialiter, certe vulgariter dictum videtur; illud iocose ap. Plaut. Epid. I, 1, 84 *corium perdidi : nam--senex--virgis dorsum deposcet meum*; cf. Cistell. IV, 2, 36 & Casin. V, 3, 14.

<sup>1</sup> Scil. quod Don. ait h. l. *ad reputationem*.

<sup>2</sup> Formula sollennis reprehendendi, uti supra Heaut. III, 5, 17 *o Iuppiter, tantam esse in animo inscitiam*. Hanc suam stultitiam argumento ostendit e proverbio.

<sup>3</sup> Sive cum Don. per *calces* significari h. l. credas non partes plantae, sed percussiones pedum, plagasque, & sic intelligas *sunt*; nam & verba omittuntur, ut in illo *fortuna fortes*, cf. infra II,

2, 26 : sive ellipsin quamcunque in proverbiiis sollennem sumas; sensus erit idem ille, quem Plaut. Truc. IV, 2, 55 sq. plenius profert : *Nugae sunt : si stimulos pugnis caedis, manibus plus dolet. De nihilo illi est irasci, quae te non flocci facit*. Id reputans secum Geta haud amplius illis adversari statuit, a quibus contemnitur, male habetur; sed coepit obsequi. Servorum, uti hodie hominum, qui parum urbani sunt, fere omnis sapientia e proverbiiis est; hinc eorum usus illis sollennis.

<sup>4</sup> h. e. prudenter fecisti, qui obsecutus sis. vid. Ind. voc. *forum*.

<sup>5</sup> Int. invenit, uti Heaut. I, 3, 17.



Citharistriam : hanc amare coepit perditē.

Ea serviebat lenoni impurissimo :

Neque , quod daretur , quidquam <sup>1</sup> : id curarant  
patres.

Restabat aliud nil , nisi oculos pascere <sup>2</sup> , 35

Sectari <sup>3</sup> , in ludum <sup>4</sup> ducere , et reducere :

Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.

In quo haec discebat ludo , exadvorsum ei loco

Tonstrina erat quaedam : hic solebamus fere

Plerumque eam opperiri , dum inde iret do-  
mum. 40

Interea dum sedemus , illi intervenit

Adolescens <sup>5</sup> quidam lacrumans. nos mirarier :

<sup>1</sup> Praeparatio ad rerum imminantium difficultatem a puella citharistria , ab avarissimo lenone , cuius serva erat , amatore perditō , eiusque inopia. Mox cf. Heaut. I , 2 , 31 sq.

<sup>2</sup> s. extrema linea amare ; cf. Eun. IV , 2 , 12.

<sup>3</sup> Non iam adolescens philosophos , Andr. I , 1 , 30 & Eun. II , 2 , 31 ; sed amator perditus puellam sectabatur , ut Plaut. Mil. II , 1 , 13 & III , 1 , 183.

<sup>4</sup> Int. fidicinam , ( cf. Plaut. Rud. prol. v. 43. ) ubi fidibus eanere discebant puellae servae , ut maioris vaeniret.

<sup>5</sup> Apollodorus , monente Don. tonsorem ipsum nuntium facit , qui dicat , se nuper puellae comam ob luctum abstulisse. Sed id mutavit Ter. ne externis moribus spectatorem Rom. offenderet. Pulchre autem correxit , qui pro illo adolescentis humanum ingenium proferat.

Rogamus, quid sit <sup>1</sup>: nunquam aequae, inquit,  
ac modo

Paupertas <sup>2</sup> mihi onus visum est et miserum et  
grave.

Modo quandam vidi virginem hic viciniae. 45

Miseram, suam matrem lamentari mortuam <sup>3</sup>.

Ea sita erat ex advorso <sup>4</sup>: neque illi benevolens,

Neque notus, neque cognatus, extra unam ani-  
culam <sup>5</sup>,

Quisquam aderat, qui adiutaret funus <sup>6</sup>. miseri-  
tum est <sup>7</sup>.

Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opu' est? 50

Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho <sup>8</sup>,

*Voltsne eamus visere?* alius <sup>9</sup>, *censeo*,

<sup>1</sup> Int. *quod lacrumet.*

<sup>2</sup> Ex hac mentione pau-  
pertatis, int. virginis ama-  
bilis, Don. putat praeparari  
causam fallaciae Phormio-  
nis.

<sup>3</sup> Bene nuntiatur mors,  
quae valebit ad exitum co-  
moediae. Fuit enim ista ma-  
ter virginis, superducta  
Chremetis bigami uxor. cf.  
Act. IV, 5, 23 & V, 9, 74  
& sc. 10, 30.

<sup>4</sup> Collocari solebant mor-  
tui in atrio, versis in portam

pedibus.

<sup>5</sup> Quae infra IV, 5 co-  
gnoscetur a Chremete esse  
nutrix filiae, Sophrona.

<sup>6</sup> s. una curaret funus,  
uti Andr. I, 1, 81.

<sup>7</sup> Int. eius. Brevitate ma-  
gis afficit narratio adole-  
scentis, qui ipse affectus  
est.

<sup>8</sup> Antipho diserte nomi-  
natur, qui princeps erit in  
hac re.

<sup>9</sup> Scil. Phaedria.

*Eamus, duc nos fodes. imus* <sup>1</sup>, *venimus,*  
*Videmus* : virgo pulchra ; et quo magis diceres,  
*Nihil* aderat adiuventi ad pulchritudinem <sup>2</sup> : 55  
*Capillus* passus , nudus pes ; ipsa horrida <sup>3</sup> ;  
*Lacrumae* ; vestitus turpis ; ut , ni vis boni <sup>4</sup>  
*In ipsa* inesset forma , haec formam <sup>5</sup> extinguerent.  
*Ille* , qui illam amabat fidicinam <sup>6</sup> , tantum-  
 modo ,  
*Satis* , inquit , *scita est* : noster vero. *D.* iam  
 scio : 60  
*Amare* coepit. *G.* scin' quam <sup>7</sup> ? quo evadat <sup>8</sup> ,  
 vide.

<sup>1</sup> Mirari perge breviloquentiam narratoris *αουρδε-701*. Quintil. IV, 2, 40 hanc partium brevitatem dicit longam efficere summam.

<sup>2</sup> Cf. Heaut. II, 2, 47 sqq. A concitatori hac mirantis oratione pulchrius demonstratur, quasi *δραματι*, virgo pulchra, quam si narrasset : *videmus virginem p.*

<sup>3</sup> h. e. omnis nitoris expers in lugubribus fordibus fere iacebat.

<sup>4</sup> h. e. proprius & potens splendor ; cf. Propert. I, 2 & II, 4, 28.

<sup>5</sup> Don. observat, veteres dixisse ignem & calorem quendam, quasi fervorem, *formam* : & *formus, a, um*, habet notionem calidi. cf. Gesn. in thes.

<sup>6</sup> Obiter Phaedriam adducit, qui laudans tantum formae speciem, eius ignes non sensit animo, alterius amore occupatus.

<sup>7</sup> *Αποσιπησις* succurrit, ubi verba rebus minora sunt. Quam vehementer amore captus fuerit, vide ex iis, quae dein evenerunt.

<sup>8</sup> Quasi per obstantia.

Postridie ad anum recta pergit : obsecrat,  
 Ut sibi eius faciat copiam. illa enim <sup>1</sup> negat :  
 Neque eum aequom ait facere <sup>2</sup> : illam civem  
 esse Atticam,

Bonam, bonis prognatam <sup>3</sup> : si uxorem velit, <sup>65</sup>  
 Lege id licere facere <sup>4</sup> : sin aliter, negat.

Noster, quid ageret, nescire : et illam ducere  
 Cupiebat, et metuebat absentem patrem.

*D.* Non, si redisset, ei pater veniam daret ?

*G.* Ille indotatam virginem atque ignobilem <sup>70</sup>  
 Daret illi? nunquam faceret. *D.* quid fit de-  
 nique ?

*G.* Quid fiat <sup>6</sup>? est parasitus quidam Phormio <sup>7</sup>,

<sup>1</sup> h. e. autem; & int. *se*  
*facturam esse.*

<sup>2</sup> Int. hoc petendo.

<sup>3</sup> Tria sunt, ob quae ini-  
 quum puellae, quamvis pau-  
 peri illudere; & a quibus  
 commendari poterat ad nu-  
 ptias: 1) civis virgo; qua  
 ut meretrice abuti peccatum  
 magnum erat; immo legi-  
 bus cautum iis, ne quid tur-  
 pe civis in se admitteret  
 propter egestatem, cf. infra  
 III, 2, 66--69 & Adelp. <sup>IV</sup>,  
 5. Eun. V, 2, 18. tum  
 legibus civi nonnisi civem  
 ducere l. ei nubere licebat.

<sup>2</sup>) bona erat; aliena igitur  
 ab arte meretricia, & quam  
 quis sibi optet uxorem. <sup>3</sup>)  
 bonis orta; & *dos est magna*  
*parentium virtus.* Hor. Od.  
 III, 24, 21.

<sup>4</sup> Orba quidem fuit, quam  
 ducere non licebat alieno;  
 sed anus, patre virginis non-  
 dum explorato, ad id con-  
 filii progressa est.

<sup>5</sup> Interrogatio facit, ut  
 Geta etiam ingenium senis  
 quam brevissimis, sed gra-  
 phice significet.

<sup>6</sup> Int. rogas.

<sup>7</sup> Per quem res geretur

Homo confidens, qui <sup>1</sup>, illum dii omnes perduint!

D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit <sup>2</sup>:

Lex est, ut orbae, qui sint genere proximi, <sup>75</sup>  
 Iis nubant <sup>3</sup>; et illos ducere <sup>4</sup> eadem haec lex iubet.

Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam;

Paternum amicum me assimulabo virginis:

Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,

Quae mater, qui cognata tibi sit, omnia haec <sup>80</sup>

Configam: quod erit mihi bonum atque commodum <sup>5</sup>,

Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.

Pater adierit: mihi paratae lites. quid mea <sup>6</sup>?

maxime; vid. Prol. v. 28 sq.

In eo absolvit Geta pinacothecam suam.

<sup>1</sup> Iunge, quae mox pergit--hoc conf. dedit. Dum id meminit Geta, cohorrens in diras erumpit; unde excitatior Davus rogat. In hoc enim consilio omnis fabula vertitur. Spectatores igitur excitari debuerunt.

<sup>2</sup> A personarum descriptione ad argumenti praecipuum s. rem a persona prin- sipe gestam transit, narra-

do ipsius verbis, quae a Phormione constituta sint.

<sup>3</sup> Cf. Ind. voc. *Epidicazomenon*.

<sup>4</sup> Int. orbas.

<sup>5</sup> Sensum dicti proferre iubet: quod mihi bonum erit, tu nil refelles, & cum sic facies, vincam. Don. aberrat a sensu, cum id ioculariter praefatum esse velit a Phormione, instar illius quod felix faustumque sit.

<sup>6</sup> Quod Antiphoni formidabile est, id parasito ri-

Illa <sup>1</sup> quidem nostra erit. *D.* iocularem audaciam <sup>2</sup> !

*G.* Persuafum est homini <sup>3</sup>. factum est <sup>4</sup> : ventum est <sup>5</sup> : vincimur : 85

Duxit <sup>6</sup>. *D.* quid narras <sup>7</sup> ? *G.* hoc , quod audis. *D.* o Geta ,

Quid te futurum est <sup>8</sup> ? *G.* nescio hercle : unum hoc scio :

Quod fors feret , feremus aequo animo. *D.* places :

Hem , istuc viri est officium <sup>9</sup>. *G.* in me omnis spes mihi est <sup>10</sup>.

diculum ; cf. quae de se narrat III , 1 , 8 sqq.

<sup>1</sup> Sitne cum Eugr. & Daciera, virgo, quam scil. post nuptias mittere nolit Antipho, honestus adolescens; an *lis* ipsa? Sic Plaut. *Caf.* II, 8, 73 *nostra omnis lis est.*

<sup>2</sup> h. e. quae multis risum moveat.

<sup>3</sup> Comice pro *Antiphoni.*

<sup>4</sup> Scripta est dica.

<sup>5</sup> Int. ad iudices.

<sup>6</sup> Scil. eam uxorem Ant.

<sup>7</sup> Admirantis magis est, quam rogantis.

<sup>8</sup> Cum miseratione pronunciat; sed Geta rei desperatae fortem animum opponit, ne res tota migret in tragoediam.

<sup>9</sup> Iam quoque assentando quasi consolatur.

<sup>10</sup> Haec in rebus adversis addit vires, redditque actuosum. Et sic spectatoribus spes sit, omnium rerum comicum fore exitum; cf. *Eun.* II, 2, 9.

*D.* Laudo. *G.* ad precatorem adeam? credo, qui mihi \*

90

*Sic eret: nunc amitte quaeso hunc: ceterum*

*Postiac si quidquam* <sup>2</sup>, nihil precor; tantummodo

*Non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito.*

*D.* Quid paedagogus ille, qui citharistriam? \*

*Quid rei gerit* <sup>4</sup>? *G.* sic, tenuiter. *D.* non multum habet,

95

*Quod det fortasse. G.* immo nihil, nisi spem meram.

*D.* Pater eius rediit, an non? *G.* nondum. *D.* quid? senem

1 Pro me. Iam aspernatur ignaviam servilem, qua quis in re desperata precatorem sibi paret; cf. *Heaut.* V, 3, 16 sq.

2 Ellipsis; & int. admitterit, cf. *Eun.* V, 2, 14 & *Plaut. Caf.* V, 4, 21 sqq. Precatores vero solent praesentia tantum mitigare, futura permittere; quod quidem *Gera* deridet.

3 Int. sectatur I. amat, Post narratam argumenti principalem partem supere-

*Terentius T. II.*

rant, quae ad *Phaedriae* amorem spectarent, & dialogo plane nativo exponuntur. Pulchre vero dicit *Gera*, haud ei spem esse ab argento, cum nil habeat, sed ex iis, quae insperato eveniant. Atque tale eveniet officio *Phormionis*, sed cum metu summo *Antiphonis*, Actu IV, in ipso fabulae nodo. *Paedagogum Davus* comice vocat *Phaedriam*.

4 s. an ei amor succedit; cf. *Eun.* V, 4, 1.

K

Quoad <sup>1</sup> expectatis voſtrum? *G.* non certum ſcio :

Sed epistolam ab eo allatam eſſe audivi modo <sup>2</sup>, et

Ad portitores eſſe delatam : hanc petam. 100

*D.* Numquid Geta aliud me vis? *G.* ut bene ſit tibi <sup>3</sup>.

Puer, heus! nemon' huc prodit? cape <sup>4</sup>, da hoc Dorcio.

ACTUS II. SCENA I.

ANTIPHON, PHAEDRIA.

*A.* Deon' rem rediſſe, ut, qui mihi conſultum optume velit eſſe,

<sup>1</sup> h. e. ad quod tempus;  
<sup>2</sup> quando is adventurus eſt?

<sup>3</sup> Sed ipſe mox inopinatus adveniet.

<sup>4</sup> Formula valedicendi.

<sup>5</sup> Puero tradit argentum a Davo redditum. Mox *Dorcium* nomen mulieris, quae Getae uxor videtur.

<sup>6</sup> Vulg. Act. I, Sc. 3. Sed vid. in fine.

<sup>7</sup> Habet haec ſcena collationem duorum adoleſcentium,

qui inter ſe contendunt, uter altero magis miſer ſit, iſne, qui amatam habet, ſed a patre metuat de amore amittendo; an is, cui nondum amor ſucceſſit, ſed eius mittendi poteſtas ſit. Ut ſunt homines; quemque ſui poenitet. Ille quidem praeparat fugam ab aſpectu patris, huius confidentia ſignificationem habet boni deſenſoris futuri.



Phaedria, patrem ut extimescam <sup>1</sup>, ubi in mentem  
eius adventi <sup>2</sup> venit?

Quod ni <sup>3</sup> fuisset incogitans, ita eum expecta-  
rem, ut par fuit.

*P.* Quid istuc <sup>4</sup>? *A.* rogitas? qui tam audacis fa-  
cinoris mihi conscius

Sis? quod utinam ne Phormioni id suadere in  
mentem incidisset, 5

Neu me cupidum eo <sup>5</sup> impulisset, quod mi prin-  
cipium est mali.

Non potitus essem; fuisset tum illos mi aegre  
aliquot dies <sup>6</sup>:

At non quotidiana cura haec angeret animum.  
*P.* audio <sup>7</sup>.

*A.* Dum exspecto, quam mox veniat, qui adimat  
hanc mihi consuetudinem <sup>8</sup>.

<sup>1</sup> Qui peccarunt, magis  
metuunt eos, a quibus ma-  
xime diliguntur.

<sup>2</sup> Genit. antiquus.

<sup>3</sup> Elegans pleonasmus  
pro *nisi*; uti mox *quod uti-  
nam*.

<sup>4</sup> Phaedria extenuare vo-  
lens metum Antiphonis,  
ignarum, unde ipsi tanta  
solicitude esse possit, simu-  
lans, causam rogat.

<sup>5</sup> Scil. in nuptias.

<sup>6</sup> Vide, quam adolescen-  
tes sint prudentes post pec-  
cata. Et sane primam cupi-  
ditatem facilius est vincere,  
quam consuetudinem.

<sup>7</sup> Indignantis s. irridentis;  
quod Antiphonem fortunae  
suae poenitere videatur.

<sup>8</sup> Amatorie maxime haec  
dicit, e quibus videas, ho-  
nestum iuvenem non poe-  
nitere amoris, sed maritum  
firmum fore.

P. Aliis , quia defit quod amant , aegre est : tibi ;  
quia superest , dolet <sup>1</sup>. 10

Amore abundas , Antipho.

Nam tua quidem hercle certe vita haec expetenda  
optandaque est.

Ita me dii bene ament <sup>2</sup> : ut mihi liceat tam diu ,  
quod amo , frui ,

Iam depecisci morte cupio <sup>3</sup>. tu coniucito ce-  
tera <sup>4</sup> ,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam , et quid tu  
ex istac copia : 15

Ut ne addam , quod sine sumptu , ingenuam , li-  
beralem ꝛ nactus es :

<sup>1</sup> Phaedria, ex se suaque  
libidine coniiciens cuncta,  
irridet timido. Assimulat ve-  
ro amorem appetitui sto-  
machi. Stomacho aegre est  
ex fame, quam nulla copia  
releuat. Ille abundans co-  
pia & immoderatus dolet.  
Hic se ex inopia amoris  
infeliciorem praedicat.

<sup>2</sup> Iurat necessario, quia  
quod dicturus est, non nisi  
de amatore, qualis ipse est,  
credi possit.

<sup>3</sup> Amoris fructum, quan-

tum tu iam cepisti, ad mor-  
tis conditionem, durissimam  
certe, depecisci velim. Sed  
meliorem mentem prodide-  
rat iam Antipho, cui vo-  
luptas erat e consuetudine  
uxoria.

<sup>4</sup> Scil. quae iam ipse si-  
gnificat, meum infortunium,  
measque ex eo curas, tuam-  
que fortunam.

<sup>5</sup> h. e. civem, eamque  
bonam, qualem decet esse  
ingenuam, bonisque ortam.  
Singulara vero, & dein ha-

Quod habes, ita ut voluisti, uxorem, sine mala  
fama <sup>1</sup>: palam

Beatus, ni unum desit, animus qui modeste  
istuc ferat.

Quod si tibi res sit cum eo lenone, quocum  
mihi est, tum sentias.

Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet  
poenitet <sup>2</sup>. 20

A. At tu mihi contra nunc videre fortunatus <sup>3</sup>,  
Phaedria,

Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid  
velis;

Retinere amorem, an amittere <sup>4</sup>: ego in eum in-  
cidi infelix locum,

*bes uxorem, habes sine mala fama, diversa facit ab amore suo.*

<sup>1</sup> Scil. tua. Ad adolescentes pertinet fama, & est mala ex libidine; cf. infra II, 3, 40. Andr. I, 1, 72, II, 6, 13. Heaut. II, 2, 93 & 110. Ad. II, 3, 10. Hec. V, 1, 31. Virginum vita domi erat, nulla fama. Et iam liberalem laudaverat noster. An igitur Dacieria verum vidit, dum id dictum

de Phanio velit, ut de qua fama mentiri vereatur?

<sup>2</sup> Cupita nobis displicent, postquam potiti sumus. P. Syrus id plenius effert: *Aliena nobis, nostra plus aliis placent.*

<sup>3</sup> Beatus erat Ant. si ei metum adimeres. Fortunatus Phaedr. cui &c. sed non beatus amore.

<sup>4</sup> *Mittimus volentes; amittimus inviti.*

Ut neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia <sup>1</sup>.

Sed quid hoc est? videon' ego Getam currentem huc advenire <sup>2</sup>? 25

Is est ipse. hei, timeo miser, quam hic mihi nunc nuntiet rem.

ACTUS II. SCENA II.

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

G. **N**ullu' es, Geta, nisi iam aliquod tibi consilium celere repperis.

Ita subito nunc imparatum tanta te <sup>4</sup> impendent mala :

<sup>1</sup> Vero amore & consuetudine devinctus non invenit, quo a se amittat; neque, uti retineat, scit, si pater eam nolit.

<sup>2</sup> Iam turbæ incipiunt a nuntio de patris adventu.

<sup>3</sup> *In hac scena* ( inquit Don. ) *servi currentis officium est, tendens ad perturbationem Antiphonis.* Hic patris reverentia, sui que peccati conscientia victus fugiet, a patre abfuturus usque ad

*καταστροφήν.* Phaedria confidentior cum Geta restant, illius ap. patrem defensores.

<sup>4</sup> Casum quartum anti que sic verbo iungi volunt, & illustant ex Lucilii fragm. incerti libri; *quæ res me impendet* &c. Sed Festus adnotat: *me pro mihi dicebant antiqui.* Quidni potius legas *mi*? Ter. h. l. expressit similem locum Plauti Epid. I, 1, 75 sq. ubi dicitur:

Quae neque uti devitem, scio, neque quomodo  
me inde extraham.

Nam non potest celari nostra diutius iam audacia.

A. Quidnam ille commotus venit? 5

G. Tum, temporis punctum mihi ad hanc rem  
est: herus adest.

A. Quid istuc mali est? 1

G. Quod cum audierit<sup>2</sup>, quod eius remedium  
inveniam iracundiae?

Loquarne? incendam; taceam? instigem; pur-  
gem me? laterem lavem<sup>3</sup>.

Eheu me miserum! cum mihi paveo, tum<sup>4</sup> An-  
tipho me excruciat animi: 10

Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me re-  
tinet. nam absque eo

Effet, recte egomet mihi vidissem<sup>5</sup>, et senis<sup>6</sup> effem  
ultus iracundiam:

*Tantae in te impendent rui-  
nae. Itaque te casum sextum  
habeas.*

1 Sic Ant. prae timore,  
non quasi iam audisset de  
adventu patris, quod Do-  
natus putat.

2 Scil. herus s. senex.

3 Proverbium. Graeco-  
rum *πλινθας πλυνειν*; idem  
est, ac operam perdere. Later,

qui proprie est ad solem  
ficcatus, (coctus enim di-  
citur *testa*) dum lavatur, in  
lutum resolvitur.

4 Tum plus sonat, quam  
*cum*. Hinc approbat maxi-  
me fidem suam Antiphoni,  
quem haec audire nescit ser-  
vus.

5 h. e. providissem.

6 Odiose sic herum di-

Aliquid convafassem , atque hinc me conicerem  
protinam in pedes.

*A.* Quam hic fugam aut furtum parat?

*G.* Sed ubi Antiphonem reperiam ? aut qua quaere-  
re infistam via? 15

*P.* Te nominat <sup>1</sup>. *A.* nescio quod magnum hoc  
nuntio exspecto malum.

*P.* Ah , fanu' ne es?

*G.* Domum ire pergam : ibi plurimum est <sup>2</sup>. *P.*  
revocemus hominem. *A.* sta illico. *G.*  
hem !

Satis pro imperio, quisquis es. *A.* Geta. *G.* ipse  
est , quem volui obviam.

*A.* Cedo <sup>3</sup> , quid portas <sup>4</sup> , obsecro ? atque id ,  
si potes , verbo expedi. 20

*G.* Faciam. *A.* eloquere. *G.* modo apud portum <sup>5</sup>.

*A.* meumne ? *G.* intellexti. *A.* occidi !

*P.* hem !

*A.* Quid agam ? *P.* quid ais ? *G.* huius patrem  
vidisse me , patrum tuum.

cit ; & iracundiam a moribus.

<sup>1</sup> Iam auditi clarius coe-  
pit Geta, qui antehac tan-  
tum visus est perturbationis  
plenus. Et crescit metus An-  
tiphonis in pavorem.

<sup>2</sup> Apud uxorem.

<sup>3</sup> Pavidus prope sibi  
malum nuntium impertiri  
vult, velut qui fugere velit.

<sup>4</sup> Magna portantur.

<sup>5</sup> Geta anxius & anhelus  
minutatim responderet.

A. Nam quod ego huic nunc subito exitio re-  
medium inveniam miser?

Quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium,  
abs te ut distrahar:

Nulla est mihi vita expetenda<sup>1</sup>. G. ergo istaec  
cum ita sint, Antipho, 25

Tanto magis te advigilare<sup>2</sup> aequom est. *fortes  
fortuna adiuvat*<sup>3</sup>.

A. Non sum apud me. G. atqui opus est nunc  
cum maxume, ut sis, Antipho:

Nam si fenserit te timidum pater esse, arbi-  
trabitur

Commeruisse culpam. P. hoc verum est. A. non  
possum immutari.

G. Quid faceres, si aliquid gravius tibi nunc  
faciendum foret? 30

<sup>1</sup> Tragicus amator de-  
sperat.

<sup>2</sup> Scil. defendendae ap.  
Patrem noxiae; cf. infra v.  
44 & 48.

<sup>3</sup> *Ut est in vetere pro-  
verbio* ( addit Cic. Tusc. II,  
4.) *sed multo magis ratio,  
quae quibusdam quasi prae-*

*ceptis confirmat vim fortitu-  
dinis.* Idem de Fin. III, 4  
elliptice *Fortuna fortes.* Sed  
fugiebat iam ratio amato-  
rem verum, eandemque fi-  
lium verecundum, eoque  
nunc pavidum. Itaque fru-  
stra monebitur, praepara-  
bitur simulandi nescius.

*A.* Cum hoc non possum, illud minus possem <sup>1</sup>.

*G.* hoc nihil est <sup>2</sup>, Phaedria : ilicet.

Quid hic conterimus operam frustra? quin abeo.

*P.* et quidem ego. *A.* obsecro <sup>3</sup> :

Quid si assimulo? fatin' est? *G.* garris. *A.* vultum contemplantini. hem,

Satine sic est? *G.* non. *A.* quid si sic? *G.* prope modum. *A.* quid sic? *G.* fat est :

Hem, istuc serva : et verbum verbo, par pari ut respondeas <sup>4</sup>,

Ne te iratus suis faeviticis dictis protelet. *A.* scio.

*G.* Vi coactum te esse invitum, lege, iudicio : tenes ?

<sup>1</sup> Sic plane rumpit argumenta, quibus eum ad fortitudinem adduci cupiunt. At ea non venit ab argumentis, sed est ab animo. Itaque mox se eum deserturos minantur uterque audentior Geta & Ph.

<sup>2</sup> Quod de eo sperabamus, nihil est. cf. Heaut. III, 6, 5. Don. & Dacieria nugantur, dum hoc contemptum dici putant, pro hic Ant. nihil est.

<sup>3</sup> Territus expergiscitur;

sed quamvis obnitatur pavori, nil promovebit. Cum non animum confidentem induere valeat, frustra vultum assimulat, magisque ut retineat abiturientes, quam ut ipse audeat. Itaque comici dantur ludi in tristitia.

<sup>4</sup> Non solum verbum verbo, sed etiam rationes pares rationibus regerere iubet prudens artifex s. Geta s. poeta. Exemplum praebebit Phaedria sc. sq.

<sup>5</sup> Mira brevitate praeci-



Sed quis hic est fenex, quem video in ultima platea? *A.* ipse est.

Non possum adeste <sup>1</sup>. *G.* ah <sup>2</sup>! quid agis? quo abis, Antipho? mane,

Mane, inquam. *A.* egomet me novi <sup>3</sup>, et peccatum meum <sup>4</sup>: 40

Vobis commendo Phanium <sup>5</sup>, et vitam meam.

*P.* Geta, quid nunc fiet <sup>6</sup>? *G.* tu iam lites audies;

Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.

Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,

Id nosmet ipsos <sup>7</sup> facere oportet, Phaedria. 45

pit, quibus rationibus ad defendendam noxiam utatur.

Eandem praemeditatur fenex

sc. sq. v. 6 & 7. Int. vero h.

*l. respondeas v. c. t. e. h. e.*

invitum fecisse; lege, ex qua

proximus genere teneatur

ducere orbam; iudicio, in

quo causa maxime vertebatur,

an sc. Antipho proximus

ille. Mox tenes exquisite

addit Geta, ut appareat,

Antiphonem vultu ostendere,

se perturbatum hoc non agere.

<sup>1</sup> Patre viso ingenuus

adolescens metu fugit.

<sup>2</sup> Ah dolentis est; cetera

revocantis verba sunt.

<sup>3</sup> Timidum.

<sup>4</sup> Quod se in iudicio vinci passus erat, ad nuptias faciendas.

<sup>5</sup> Amatori viro uxor prior est, quam vita sua.

<sup>6</sup> Phaedria consilii expers, sed promptus Geta illi callide animum addit, ut prior causam suscipiat: Tibi verba tantum parata erunt, mihi verbera; cf. Heaut. II, 2, 115.

<sup>7</sup> Se socium tamen pollicetur; hinc confidentior erit Phaedria.

*P.* Aufer mihi <sup>1</sup>, oportet: quin tu, quid faciam;  
impera.

*G.* Meministin', olim ut fuerit vostra oratio <sup>2</sup>  
In re incipiunda ad defendendam noxiam <sup>3</sup>,  
Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optu-  
mam <sup>4</sup>?

*P.* Memini. *G.* hem, nunc ipsa est opus ea <sup>5</sup>,  
aut, si quid potest, 50

<sup>1</sup> *mihi* redundat pul-  
chre; cf. infra V, 8, 18.  
Quanto levior est mente,  
hoc audacior se praebet  
Phaedria.

<sup>2</sup> *Oratio* h. l. maxime *ar-*  
*gumenta* notat, quibus in-  
ventis verba aptantur.

<sup>3</sup> h. e. ad eam ab Anti-  
phone transmovendam in  
patronum mulieris, qui in  
se omnem iram senis deri-  
vare promiserat; cf. supra I,  
2, 83 & infra III, 1, 8 sq.

<sup>4</sup> Alterum consilii & ora-  
tionis compendiosae exem-  
plum exhibet Geta. Iam ve-  
ro maxime instruit ad id,  
quod pronum videri poterat  
in noxia, defendendam scil.  
ad causam in iudicio discep-  
tatam. Erat vero *iusta*, Pha-

nii, quae lege nitebatur; <sup>2</sup>)  
*facilis*, illius patrono agen-  
di perito & callido; <sup>3</sup>) *vin-*  
*cibilis*, ob imperitiam & pu-  
dorem Antiphonis; <sup>4</sup>) *opti-*  
*ma*; favore enim summo iu-  
dicum utebantur orbae, qui-  
bus sic provideri honestum  
videbatur, s. iudices invidia,  
s. misericordia permoveren-  
tur. Hanc singulorum vim  
intelligimus ex iis, quae  
Phaedria dicet sc. sq. v. 40--  
47 & consilio illo Phormio-  
nis, in quo notamus paribus  
respondentia. <sup>1</sup> *Lex est* &c.  
<sup>2</sup> *Ego te--confingam.* <sup>3</sup> *Tu ni-*  
*hil refelles.* <sup>4</sup> *Vincam scilicet.*  
Interpp. ad unum omnes  
nihil horum viderunt.

<sup>5</sup> Int. oratione.

Meliore, et callidiorē. *P.* fiet fedulo.  
*G.* Nunc prior adito tu<sup>1</sup>: ego in infidiis<sup>2</sup> hic ero  
 Succenturiatus, si quid deficias. *P.* age<sup>3</sup>.

ACTUS II. SCENA III<sup>4</sup>.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

**D.** Tane tandem uxorem duxit Antipho iniussu  
 meo?

<sup>1</sup> l. *cum*; l. potius *contra*  
*eam*, uti *Plaut. Rud. I, 4*,  
<sup>2</sup> h. e. obviam ito. *Don.*  
 ait quasi ad proelium; ut  
*Virg. Aen. V, 378*. Et sane  
 pericula adeuntur in proe-  
 liis; & sqq. translata a re  
 militari.

<sup>2</sup> Si *infidiis* praeponitur  
 praepositio in l. *ex*, haud no-  
 tant quamcunque rationem  
 nocendi occultam; sed lo-  
 cum occultum, unde *infidiae*  
 s. impetus fiat; quod bene  
 docet *Gesn. in thes. cf. Plaut.*  
*Caf. II, 7, 13*. Igitur *Geta*  
 in occulto erat, donec suc-  
 cederet novus aggressor. Ma-  
 gnifice vero & iocose utitur  
 sermone militari ad exhila-  
 randum & augendum ani-

um *Phaedriae*.

<sup>3</sup> h. l. non hortantis sit,  
 quod *Don.* innuit, sed re-  
 spondentis magnifice iocan-  
 ti, & a verbis ad rem transi-  
 turi; fere uti illud *age inepte*.  
*Dacieria* vertit cum *Don.*  
*fais: nos allés*.

<sup>4</sup> *Scena* iurgium conti-  
 net, accusationem & defen-  
 sionem exhibet. Quaestio  
 omnis eo redit, an in culpa  
 sit filius. Ipse vero senex se-  
 cum ita proludit, ut ipse,  
 quod ad priora duo argu-  
 menta: *invitus feci: lex coe-  
 git*, concedat, nihilque suc-  
 censeat, quam quod filius  
 in iudicio causam tradidisset  
 adversariis. Post primas igitur  
 ambages disceptationis

Nec meum imperium : age mitto imperium : non  
 simultatem meam

Revereri saltim? non pudere? o facinus audax! o  
 Geta

Monitor! *G.* vix tandem <sup>1</sup>. *D.* quid mihi dicent?  
 aut quam causam reperient?

Demiror <sup>2</sup>. *G.* atqui repperi iam : aliud cura.  
*D.* an hoc dicet mihi? 5

in tertio versabitur, ut prius Phaedria, causam Ant. iustam, facilem, vincibilem, optimam paucis, sed callide probet, senemque a iurgio in lites cum Phormione deiiciat. Impulsum tum senem excipit alter artifex, ex insidiis in eum irrumpens, cuius ut servi partes agendi in isto iudicio nullae esse poterant, ita hunc senex adoritur, quod non dotem potius, quod lex permittebat, dandam curaverit. Sed & servus, uti facete culpam a se in senis avaritiam averteret, ita senem facilius profligabit. Et is sic tandem deiicitur, quo voluerant, scilicet in rixas cum Phormione,

homine confidenti & versuto; qui illum conficiet. Non potuit autem vehementius incipere Dem. statim in adventu suo de nuptiis filii certior factus, quam mirando admissum a filio. Sed vide etiam, patrem crimen magis arcessere ab imperii paterni negligentia, quam a re ipsa, in qua nil mali erat, praeterquam quod indotata fuit. Id animo magis dolet. Sed quod ad ipsum iurgium, audiamus potius observatorem intelligentem & facetum, ipsum Getam, in insidiis positum.

<sup>1</sup> Int. mei meminit.

<sup>2</sup> s. nescio,

Invitus feci : lex coegit. audio, fateor <sup>1</sup>. G. placet.

D. Verum scientem, tacitum causam tradere ad-  
versariis,

Etiamne id lex coegit ? P. illud durum <sup>2</sup>. G. ego  
expediam <sup>3</sup> : sine.

D. Incertum est, quid agam, quia praeter spem,  
atque incredibile hoc mihi obtigit :

Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogi-  
tandum instituire <sup>4</sup>. IO

Quamobrem omnes, cum secundae res sunt  
maxume, tum maxume

Meditari secum oportet, quo pacto adversam  
aerumnam <sup>5</sup> ferant :

Pericla, damna, peregre rediens semper secum  
cogitet,

Aut filii peccatum <sup>6</sup>, aut uxoris mortem, aut  
morbum filiae :

<sup>1</sup> Ex parte cedit senex.  
Levabitur igitur parte de-  
fensionis Phaedria.

<sup>2</sup> Atque id tamen molli-  
turus est Phaedria.

<sup>3</sup> Int. te ; scil. Phaedriam.  
cf. Andr. III, 5, 11.

<sup>4</sup> Abscessit iam aliquan-  
tum irae, dum se iratum  
sensit ; & commentando ea,  
quae & sibi praecepta putat,  
paulatim eo recedet, ut

dein verbum verbo, par  
pari respondere queat Phae-  
dria.

<sup>5</sup> Adv. aer. nobis videtur,  
quae a fortuna obiicitur,  
extrinsecus nobis advenit.  
Alia comes est laborum.  
Donato videtur abundare  
adversam. Nobis augere rem  
videtur Demipho.

<sup>6</sup> Iam quasi descendens  
ad suum casum, lenius de-

Communia esse haec : ne quid horum unquam  
animo accidat novum : 15

Quidquid praeter spem eveniat , omne id deputare<sup>1</sup> esse in lucro.

G. O Phaedria , incredibile quantum<sup>2</sup> herum anteeo sapientia.

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda : heru<sup>3</sup> si redierit ;

Molendum<sup>3</sup> usque in pistrino , vapulandum , habendae compedes ,

Opus ruri faciendum. horum nil quidquam accidet animo novum. 20

Quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.

Sed tu quid cessas hominem adire , et blande in principio alloqui ?

D. Mei fratris video filium mi ire obviam.

P. Mi patruae, salve. D. salve. sed ubi est Antipho<sup>4</sup> ?

signat, quod supra v. 3 fac. audax dixerat.

1 Scil. oportet, quod ex v. 12 repetendum.

2 s. mirum quantum. Commisce autem Geta sua facit, quae Demea nunc sero meditatus est, extenuatque, incommoda potius, quam poe-

nas l. aerumnas vocando, quae sibi seruo metuenda sint, ut sic ipse fortis visus forti Phaedriae attollat animum.

3 Int. mihi est.

4 Promptus iurgandi cum filio, blandas ambages Phaedriae abrumpere vult. Sed

*P.* Salvom venire... : *D.* credo : hoc responde mihi. 25

*P.* Valet : hic est : sed fatin' omnia ex sententia 2 ?

*D.* Vellem quidem 3. *P.* quid istuc ? *D.* rogitas ,  
Phaedria 4 ?

Bonas me absente hic confecistis nuptias.

*P.* Eho , an id succenses nunc illi ? *G.* o artificem probum !

*D.* Egone illi non succenseam ? ipsum gestio 30

Dari in conspectum , nunc sua culpa ut sciat

Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.

*P.* Atqui nil fecit , patruae , quod succenseas.

*D.* Ecce autem similia omnia : omnes congruunt :

Unum cognoris , omnes noris. *P.* haud ita est. 35

*D.* Hic est in noxia , ille ad defendendam : adest :

Cum ille est , hic praesto est : tradunt operas  
mutuas.

*G.* Probe horum facta imprudens depinxit senex.

*D.* Nam ni haec ita essent , cum illo haud stares ,  
Phaedria.

hic eum coercebit tamen.

1 int. gaudeo. Interpellat statim Demea.

2 int. evenerunt.

3 Cum gestu dolentis ita aegat.

4 Iam eo devenit , quo

Terentius T. II.

voluerat Phaedria , defensor

Antiphonis. Pugna initur.

Ex Getae bonis verbis videas ,

quomodo se gesserit

Phaedr.

5 h. e. depellendam.

*P.* Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit <sup>1</sup>, 40

Ex qua re <sup>2</sup> minus rei foret aut famae temperans <sup>3</sup>;

Non causam dico, quin, quod meritus sit, ferat.

Sed si quis forte malitia <sup>4</sup> fretus sua,

Insidias nostrae fecit adolescentiae,

Ac vicit, nostrane culpa ea est, an iudicum? <sup>45</sup>

Qui saepe propter invidiam adimunt diviti,

Aut propter misericordiam addunt pauperi.

*G.* Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.

*D.* An quisquam iudex est, qui possit noscere

Tua iusta <sup>5</sup>, ubi tute verbum non respondeas, <sup>50</sup>

Ita ut ille fecit? *P.* functus adolescentuli est

Officium liberalis <sup>6</sup>: postquam ad iudices

<sup>1</sup> Vide, quam subtiliter defensionem ingreditur. Primo crimen aliquod subesse concedit quasi, sed dein illud ab Antiphone dimovet in actorem, l. etiam iudices.

<sup>2</sup> h. e. *ex hoc* (ob id) *quia*; cf. Andr. I, 5, 34; *ex hoc, quod*. Itaque neque cum Don. invenuste insertum *re*, cum praecedat *culpa*, putamus, neque cum Mer. Casaub. aliisque *πλοκην* Terentio, in vocis *rei* du-

plici sensu quaesitam, minute affingimus.

<sup>3</sup> h. e. quod ducendo neque dotatam, neque nobilitate parem, parum rei fam. neque honestati sui generis consulisset.

<sup>4</sup> Versuta & fallaci ratione nocendi; (cf. Cic. de nat. D. III, 30) quae in foro saepe admittitur.

<sup>5</sup> Disertius sic dicit, quam iura; cf. Ad. IV, 6, 26.

<sup>6</sup> Quod pater filio tan-



Ventum est, non potuit cogitata proloqui:

Ita eum tum timidum ibi obstupescit pudor.

G. Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum feminem? 55

Here, salve: salvom te advenisse gaudeo. D. oh,

Bone custos, salve, columen vero familiae,

Cui commendavi filium hinc abiens meum.

G. Iam dudum te omnes nos<sup>2</sup> accusare audio  
Immerito, et me omnium horunc<sup>3</sup> immeritissimo. 60

Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?

Servom hominem<sup>4</sup> causam orare leges non sinunt:

Neque testimonidictio<sup>3</sup> est. D. mitto omnia<sup>4</sup>:

Addo istuc: imprudens timuit adolescens: sino:

Tu servus: verum si cognata est maxume, 65

dem unum obiecit, id Phaedria ita defendet, ut etiam, officii nomine, ad laudem Antiphonis convertatur. Ita omnem iram senis a filio in patronum mulieris derivavit; audetque Geta prodire, sane confidenter.

<sup>1</sup> Scil. Antiphonem, Phaedriam, & ipsum Getam.

<sup>2</sup> Sic Plaut. *Afin.* II, 4, 64 dicit *hominem servum*; Stich. III, 1, 37 *homines servolos*;

& Sall. *Iug. c. 12 mulieris ancillae.*

<sup>3</sup> h. e. ius testim. dicendi ei est; (servi erant *intestabiles*) uti *iurisdicatio* est ius iuris dicendi; pariterque illud coniunctim scribatur.

<sup>4</sup> Ita tandem pater cedit in iis, quae validiores causas iurgandi erant. Cetera refutabit servus magis eludendo.

Non fuit necesse, habere : sed, id quod lex iubet <sup>1</sup> ;  
Dotem daretis <sup>2</sup> ; quaereret alium virum.

Qua ratione inopem potius ducebat domum <sup>3</sup> ?  
G. Non ratio, verum argentum deerat. D. su-  
meret

Alicunde. G. alicunde <sup>4</sup> ? nihil est dicto facilius. 70  
D. Postremo, si nullo alio pacto, foenore <sup>5</sup>.

G. Hui ! dixti pulchre, si quidem quisquam  
crederet

Te vivo <sup>6</sup>. D. non, non sic futurum est : non  
potest.

Ego illam cum illo ut patiar nuptam unum  
diem <sup>7</sup>,

Nil suave meritum est <sup>8</sup>. hominem commonstra-  
rier

75.

<sup>1</sup> Ita scil. lex edicebat :  
*Orbae, qui sint genere proximi, eis nubunt : aut iis orbis dotem danto.*

<sup>2</sup> int. illi ; & mox quae-  
reret int. illa. Ellipsis dedi-  
gnationem significans.

<sup>3</sup> Maiori iam clamore  
pronuntiat, quod minoris  
erat momenti adversus filium  
& servum. Sed & hic illud  
Iudibundus breviter absol-  
vit.

<sup>4</sup> Subridens hoc imitatur,  
averso a Demea vultu, tam-

quam securus sui.

<sup>5</sup> Iterum a servo profligatus recedit, & ultimum telum expromit.

<sup>6</sup> Quam alacriter servus  
eigov respondet, senem nunc  
eludendo !

<sup>7</sup> Cf. quae de eo existi-  
maverat Geta supra I, 2,  
70 sq. Sed simul praestrui-  
tur, quam facilis is cum  
fratre futurus sit ad amitten-  
das a se 30 minas, eiicien-  
dae illius causa.

<sup>8</sup> Nos cum Donato, con-

Mihi istum volo, aut, ubi habitet, demonstrarier.

G. Nempe Phormionem. D. istum patronum  
mulieris.

G. Iam, faxo, hic aderit. D. Antipho ubi nunc  
est <sup>1</sup>? P. foris.

D. Abi, Phaedria, eum require, atque adduce  
huc. P. eo <sup>2</sup>,

Recta via quidem illuc. G. nempe ad Pamphi-  
lam <sup>3</sup>. D. at ego 80

Deos penateis hinc salutatum domum

Divortar <sup>4</sup>: inde ibo ad forum, atque aliquot  
mihi

Amicos advocabo, ad hanc rem qui adfient <sup>5</sup>,

tra Bentl. qui h. l. Don. & ipso Ter. illudit, *meritum* existimemus substantive poni pro *mercede*. Illud *nil* vero non substantive, sed adverb. pro *non* sumimus, & sic sensum adiuvamus: *Non suavis est merces ulla mihi, ego ut illam cum illo nuptam &c. patiar.* Conferunt hisce Plautina Menaechm. I, 3, 34. Poen. I, 3, 20. Verum sic quoque aptius sit, rogationem v. priori tollere, quod Don. innuit, legendo *ego* pro *egone*.

<sup>1</sup> Filium requirit, quem ab uxore abstrahat, facilius sic patronum mulieris vincere se posse sperans.

<sup>2</sup> Ita clare responderet, cetera submissius dicit, ita ut Geta tamen audiat.

<sup>3</sup> Scil. amicam tuam. Ridet Geta laetus iurgii eventu.

<sup>4</sup> Ex more, quo peregre advenientes ante omnia adorare Deos, iisque grates agere de reditu felici solebant.

<sup>5</sup> Scil. ut advocati, qui l. consilio adessent, l. testes

Ut ne imparatus sim, si adveniat Phormio.

*ACTUS III<sup>1</sup>. SCENA I<sup>2</sup>.*

PHORMIO, GETA.

**P.** **I**Tane<sup>3</sup> patris ais conspectum veritum hinc abiisse? *G.* admodum.

*P.* Phanium relictam solam? *G.* sic. *P.* et iratum senem?

agerent.

1 Vulg. Actum II hinc ordiuntur; quamvis Don. rectius doceat: *Tertio Aelui attribuitur litigium senis & Phormionis &c.*

2 In hac sc. parasiti de genere viliori nigrorum, (cf. ad prol. v. 28) sed eiusdem callidi, & omnia cibi captandi causa audentis, imaginem proponit. Diversus scil. est Phormio a Gnathone, adulatorii generis nuper auctore; cf. ad Eun. II, 2, 14.

3 Don. *Adhuc narratur fabula de Terentio, & Ambivio ebrio; qui acturus hanc fabulam, oscitans temulenter, atque aurem minimo inscalpens*

*digitulo, hos Terentio pronuntiavit versus. quibus auditis exclamaverit poeta, se talem, quum scriberet, cogitasse parasitum; & ex indignatione, quod eum saturum potumque deprehenderat, delinitus statim sit.* Lindenbr. ex Amm. Marcell. L. XVII, 11 de Pompeio, & Schol. Lucani ad VII, 132 observat, uno digito aurem scalpere pro indicio superbiae habitum esse; cf. Iuvenal. Sat. IX, 130 sq. tum irati, cf. Apul. Miles. L. VI & X; tum commentantis secumque murmurantis, cf. Cic. in Pis. c. 25, & Hor. I Sat. 10, v. 70. Omnia conveniunt in parasitum & confidentem &

G. Oppido. P. <sup>1</sup> ad te summa solum, Phormio,  
rerum redit,

Tute hoc intristi <sup>2</sup>, tibi omne est exedendum:  
accingere <sup>3</sup>:

G. Obsecro te <sup>4</sup>. P. si rogabit <sup>5</sup>. G. in te spes est.  
P. eccere <sup>6</sup>. 5

Quid si reddet <sup>7</sup>? G. tu impulisti. P. sic opinor <sup>8</sup>.  
G. subveni.

P. Cedo senem: iam instructa sunt mihi in corde  
consilia omnia <sup>9</sup>.

G. Quid ages <sup>10</sup>? P. quid vis <sup>11</sup>? nisi uti maneat  
Phanium, atque ex crimine hoc

luxuriosum, & aegre exci-  
tatum ad alias curas, quam  
ad convivia. Addit tandem  
Don. *haec & labia lingens,  
ut ebrius: & rufclans, utpote  
satur, pronuntiavit aetor bonus,*  
scil. Ambivius Turpio.

<sup>1</sup> Vide, quomodo is su-  
perba & imperatorie dicta  
miscet humilibus.

<sup>2</sup> Paroemia, apta parasito  
viliori, servo homini.

<sup>3</sup> Cf. Eun. V, 11, 12.

<sup>4</sup> Getae, provocantis ho-  
minem, dicta continuam ora-  
tionem praebent. Sed nihil  
audit homo, secum ipse de-  
liberans, quid agat, fere

uti Syrus Heaut. III, 6,  
9 sq. Hinc quae interloqui-  
tur, non sunt respondentis.

<sup>5</sup> Vide quid primum ro-  
gaverit Dem. sc. sq. v. 31  
sqq.

<sup>6</sup> Scil. habeo, quid re-  
spondeam.

<sup>7</sup> s. regeret, uti sc. sq. v.  
43.

<sup>8</sup> Cf. ibid. v. 44 sq.

<sup>9</sup> Versum hunc reddit  
Cic. de N. D. extr. cf. Plaut.  
Pseud. II, 3, 10 sq.

<sup>10</sup> Rogat, metuens ab ho-  
mine, qui nimium secure se  
habeat.

<sup>11</sup> Tria promittit, quis

Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram  
derivem fenis?

G. O vir fortis, atque amicus: verum hoc  
saepe, Phormio, 10

Vereor <sup>1</sup>, ne istaec fortitudo in nervom erumpat <sup>2</sup>  
denique. P. ah,

Non ita est: factum est periculum <sup>3</sup>, iam pedum  
visa est via <sup>4</sup>.

Quot me censes homines iam deverbasse usque  
ad necem

Hospites <sup>5</sup>? tum cives <sup>6</sup>, quo magi' novi, tanto  
saepius?

bus causam Antiphonis bene  
absolvi existimabit ipse  
Geta.

1 Geta tentat Phormio-  
nem, an fatis interritus futu-  
rus sit; l. eius audaciam, homi-  
nis superbi, magis dubitatio-  
ne provocare studet, & simul  
non solum fortiter, sed &  
caute agere monet.

2 Cf. infra IV, 4, 15 in  
nervom ibit. Nervus erat vin-  
culi genus, idque ligneum,  
quo pedes vinciebantur,  
quod Scaliger ostendit;  
Graece ξυλοπεδη; Atticis κα-  
λοι, lignum, unde qui ex lege

nexi erant, dicebantur L.  
L. Athen. εγκυκλοκελευς.  
Verbum erumpere congruis  
cum fort. s. audacia.

3 h. e. experimentum ha-  
beo artis meae. Experientia  
facit artem.

4 h. e. incolumis semper  
evasit, velut qui eadem via,  
quam adveniens pedibus si-  
gnavit, regreditur, incolu-  
mis evasit; an? novi ego,  
ubi pedem ponam.

5 Scurrilis, & ferociter  
se iactantis oratio.

6 Vulg. h. l. signum ro-  
gandi ponunt, & veteres

Cedo dum, en unquam : iniuriarum audisti mihi  
scriptam dicam? 15

G. Qui istuc 2? P. 3 quia non rete accipitri ten-  
ditur, neque miluo 4,

Qui male faciunt nobis : illis, qui nil faciunt,  
tenditur :

Quia enim in illis 5 fructus est, in illis 6 opera  
luditur.

Aliis aliunde est periculum, unde aliquid abradi  
potest :

*λογίων* aliquam in sq. sta-  
tuunt : quo saepius id feci,  
tanto magis novi. Falsissi-  
mum id putamus ; & sublato  
signo rogandi post *cives*, ce-  
tera ita coniungimus, ut  
augeatur gloriatio, *tum ci-  
ves, quo magis eos novi*, (quo  
notiores mihi fuere) *tanto*  
*saepius int. deverberasse*, h. e.  
male tractasse.

1 h. e. unquamne vero?

2 Rogat Geta, ut homi-  
nis, quo opus habet, para-  
sitica oratio progrediatur.  
Sic & audacia augebitur.

3 Per allegorias, e trivio  
& ab *escis* petitas respon-  
det.

4 Trisyllabum est. Al.

*milvio* ; contra vet. Codd.  
Comice autem parasitus se  
comparat ad volucres rapa-  
cissimas & famelicas.

5 Scil. qui nil male fa-  
ciunt, s. innoxii.

6 Si quidem hi sunt iidem  
cum iis, in quibus fructus  
est, opera in iis, velut  
in ludo consumitur, conte-  
ratur, quamvis sumptus &  
fructum quandoque perda-  
mus ; cf. Plaut. Cas. II, 7,  
1-3. Ipsa enim aves dolis  
ludendi opera voluptatem  
habet. Sed alii hoc de avi-  
bus male facientibus dictum  
volunt ; & ipse Don. dubius  
est, dum exponit : *exercetur ;  
an illuditur i. e. frustratur.*

Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent damnatum <sup>1</sup>  
domum. 20

Alere nolunt hominem edacem <sup>2</sup>: et sapiunt mea  
sententia,

Pro maleficio si beneficium summum nolunt red-  
dere.

G. Non potest fati' pro merito ab illo <sup>3</sup> tibi re-  
ferri gratia.

P. Immo enim nemo fati' pro merito gratiam  
regi <sup>4</sup> refert.

Bentl. ausus est rescribere  
*istis*. Neque tamen ei assen-  
timur, cum avibus maleficis  
rete non tendi (adeoque nec  
operam in iis ludi) dixerit;  
his vero pericula esse, in  
quibus l. fructus est, l. unde  
aliquid auferri l. eripi pos-  
sit. Hominibus, qui imbelles  
sed frugi s. utiles sunt, doli  
tenduntur; potentioribus vi  
eripiuntur sua. Aucupii si-  
milem etiam quaestum suum  
dicit leno ap. Plautum A sin.  
I, 3, 63 sq.

<sup>1</sup> s. *iudicatum*, secundum  
ius quo debitores solvendo  
impares creditoribus addice-  
bantur in servitutem, & ni

suo viverent, alendi erant  
ab illis. cf. Plaut. A sin. V,  
2, 87.

<sup>2</sup> Facete se ipse exhibet,  
qualis est.

<sup>3</sup> Scil. Antiphone; cuius  
nomine servus etiam pro-  
missis incitat avidum homi-  
nem.

<sup>4</sup> Rex (cf. Plaut. A sin.  
V, 2, 69. Capt. I, 1, 24.  
Hor. ep. I, 17) *dominus* di-  
citur parasito is, a quo ali-  
tur, s. qui se finit adulari;  
Graece vocatur *κολακυσμε-  
νος, τρυφων, κυλος, δεσπονης,  
τυραννος*; cf. Casaub. ad  
Theophr. Ch. 2.



1 Tene a symbolum venire, unctum, atque lautum  
a balneis, 25

Otiosum ab animo; cum ille et cura et sumptu  
absumitur,

Dum tibi sit, quod placeat; 2 ille ringitur, tu  
rideas;

Prior bibas 3, prior decumbas; coena dubia 4  
apponitur 5.

G. Quid istuc verbi est? P. ubi tu dubites, quid  
sumas potissimum.

Haec, quum rationem ineas, quam sint suavia,  
et quam cara sint; 30

1 Tres sqq. versus praevi-  
vit Terentio Ennius Sat. L.

VI, quos vide ap. Don.

2 Deest 70 cum l. si; ellip-  
si frequente.

3 Loquitur de προπρωματι,

praebitione, qua appeti-  
tum provocabant ad coenam.

Atque istud convivii princi-  
pium, cibis tenuibus & a-

cutis auctum, Latinis dice-  
batur antecoena, gustatio,

promulsis, in qua iam dicta-

tor bibendi creari poterat

parasitus, vid. Plaut. Perf.

V, 1, cf. sc. 2, v. 68. Seque-

batur eam ipsa coena, in

qua praecipui ac lautissimi  
cibi apponebantur; nostro

coena dubia dicta. Post προ-

πρωμα ad hanc decumbebant.

Diversa erat gustatio a coena-

tione; cf. Plin. ep. V, 6, 36.

Sic certe non opus est οστι-

ρολογία, quam Grammatici

h. l. Terentio affingunt.

4 Terminum hunc para-

siticum recepit quoque Hor.

Serm. II, 2, 77 pro lauta,

& Aufon. Mos. v. 102.

5 Postquam respondit Ge-

tae, resumet orationem suam

v. 30.

Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem deum <sup>1</sup> ?

G. Senex adest : vide , quid agas. prima coitio <sup>2</sup> est acerrima :

Si eam sustinueris, post illa iam, ut lubet, ludas <sup>3</sup> licet.

ACTUS III. SCENA II. <sup>4</sup>

DEMIPHO, GETA, PHORMIO, HEGIO,  
CRATINUS, CRITO.

D. **E**N unquam cuiquam contumeliosius Audistis factam iniuriam, quam haec est mihi ?

<sup>1</sup> Menander : *Deus* est, qui nos alit, iuvat, nostri curam gerit; -- et *praesens*, qui statim auxilium affert. Famelicus est parasitus.

<sup>2</sup> Primus impetus, quasi militum & gladiatorum.

<sup>3</sup> *Vicci luduntur*; cf. Eun. I, 1, 10.

<sup>4</sup> Dem. tandem cum tribus amicis, quos advocatos iam instruxerat, obviam it, cum Phorm. litigaturus. Hic

vero non tam defensorem aget, sed ipse ultro acculator advenit. Inde ab utraque parte uno tempore est contentio. Simplicem & iratum senem tandem vincet calumniosus sycophanta.

<sup>5</sup> Concludit cum indignatione narrationem iniuriae factam amicis; qui dum tacent, invidia divitiarum, hoc accidisse amico, clam gaudere videntur.

Adeste : quaeso. *G.* iratus est. *P.* quin tu hoc  
age <sup>a</sup>. st.

Iam ego hunc agitabo. pro deum immortalium !

Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demiphopho ? 5

Hanc Demipho negat esse cognatam <sup>4</sup> ? *G.* negat <sup>5</sup>.

*D.* Ipsum esse opinor, de quo agebam <sup>6</sup> : sequimini.

*P.* Neque eius patrem se scire, qui fuerit ? *G.* negat.

*P.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,

Neglegitur ipsa : vide, avaritia quid facit ? ! 10

<sup>1</sup> Adeste proprium est advocatorum.

<sup>2</sup> h. e. quin tu ad me attende, me vide; uti Andr. II, 2, 9 Heaut. V, 1, 17.

Hoc agere, est animum si aures advertere ad id, quod agitur; cf. infra v. 88. Andr.

I, 2, 16 Eun. I, 2, 50. Heaut. IV, 3, 16. Contrarium est, alias res agere.

Mox silentium indicat, quasi magna iam coepturus.

<sup>3</sup> Alta iam vox ultro accusando & vociferando rem

gesturi.

<sup>4</sup> Invidiosa flagitatio.

<sup>5</sup> Geta, defensore senis simulaturus, fortiter pro illo contradicit, ut parasitus ulterius clamandi causam habeat.

<sup>6</sup> Dem. excitatus clamore parasi subtimere videtur, neque sine advocatis obviam ire audet.

<sup>7</sup> Adversarium statim in invidiam adducturus coram advocatis, locum communem de potentibus ac divi-

G. Si herum infimulabis malitiae, male audies 1?

D. O audaciam! etiamne ultro accusatum advenit 2?

P. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,

Si illum minus norat 3. quippe homo iam grandior,  
Pauper, cui opera vita erat 4, ruri fere 15

Se continebat: ibi agrum de nostro patre 5

Colendum habebat. saepe interea mihi fenex

Narrabat, se hunc 6 neglegere cognatum suum:

At quem virum! quem ego viderim in vita 7  
optimum.

tibus, pauperes cognatos contemnentibus, transfert in Demiph. Menander: *εργον ευρειν συγγενη πηνηλος εστιν* &c. cf. Andr. I, 1, 44. Ad. IV, 3, 16.

1 cf. supra prol. v. 21. Iratum magis adsimulat Geta, quam herum defendit.

2 Proprie de accusatore dicitur *advenire*; cf. infra v. 48.

3 Veterator subtiliter filium, quasi invitus nuptias contraxerit, ap. patrem purgat, sed ita, ut fenex ma-

gis in invidiam adducatur.

4 Ex Graeco expressum: *ω το εργον ην ο βιος.*

5 Se etiam bonis ortum fingit.

6 Amphiboliam ex duobus accusativis sensus facile dissolvit.

7 int. mea, h. e. unquam; cf. Heaut. V, 3. Nihil simplicius hac artificiosa narratione, & ad invidiam in Dem. & ad misericordiam in Phanium, talis viri filiam, commovendam.

G. Videas, te atque illum ut narras <sup>1</sup>. P. i in  
malam crucem: 20

Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graves  
Ob hanc <sup>2</sup> inimicitias caperem in vos tram familiam,  
Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.

G. Pergin' hero absenti male loqui <sup>3</sup>, impurissime?

P. Dignum autem hoc <sup>4</sup> illo est. G. ain' tandem <sup>5</sup>,  
carcer? D. Geta. 25

<sup>1</sup> h. e. *vide, ut* (quod stomachantis, indignantis esse solet; cf. Eun. IV, 4, 3; V, 3, 10. Ad. IV, 2, 20. Parile est *vide, quam* Andr. V, 1, 6) *de te atque illo mentiris. Narrare* scil. saepe hanc vim habet, ut Ad. IV, 1, 20. Eun. III, 2, 29 &c. Tum & *narrare* dicimur *aliquem*, uti infra v. 53. Andr. III, 1, 8. Eun. III, 1, 18, & Vellei. II, 29. Vulgo autem inde a Don. corrupte coniunguntur *videas te atque illum*, divisa a verbis *ut narras*. Hinc a Don. mentis incerto, mire variant interpp. in sensu eruendo, *nugarumque*, ut ait Boeckl. *plena sunt omnia*. Unus Fabrini, interpres Terentii

Italus, sensum vidisse nobis videtur.

<sup>2</sup> Scil. *quam is* &c. ut observat Don. cf. v. sq. Cum singulari vero vi pronuntiat *hanc*.

<sup>3</sup> Plaut. Capt. III, 4, 32 *male mihi loqui audes?*

<sup>4</sup> *Hoc*, quod aspernetur bonam, sed pauperem, *dignum est illo* avaro, non liberali viro.

<sup>5</sup> h. e. pergisne. Iratissimum vero se assimulans magis, quo propius accedunt ad senem, ex ipso negotio repetit evomitque convicia in Phorm. dissimulans a deo, se herum neque videre, neque interpellantem audire. Sic & ipse hero purgatur, defensor absentis.

G. Bonorum extortor, legum contortor 1. *D.*  
Geta.

P. Responde 2. G. quis homo est? hem! *D.* tace;  
G. absenti tibi

Te indignas seque dignas contumelias  
Nunquam cessavit dicere. *D.* ohe! desine 3.  
Adolescens 4, primum abs te hoc bona venia  
peto, 30

Si tibi placere potis est, mi ut respondeas:  
Quem amicum tuum ais fuisse istum? explana mihi:  
Et qui cognatum me sibi esse diceret?

P. Proinde expiscare, quasi non nosset 5. *D.* nos-  
sem? P. ita.

*D.* Ego me nego: tu, qui ais, redige in me-  
moriā. 35

P. Eho, tu sobrinum tuum non noras 6? *D.* enicas:

1 Convicia sollennia in  
sycophantas & rabulas fo-  
renses.

2 Scil. hero. Dicit hoc  
ipsum summisse.

3 Silentio Getae indicto  
convertitur ipse in advers.  
eumque lenibus verbis ag-  
greditur, ne quid iratus di-  
cat, quod causae obsit, aut  
hominem magis irriteret. Sed  
advocati inde colligere po-  
terant, Demeae causam

haud bonam esse, qua ipse  
minus confidat.

4 Dum eum sic compel-  
lat senex, simul verecun-  
diae monet. Est scil. adole-  
scentis, maiores natu vereri.

5 Uti confidenter respon-  
det, ita astute hominis iram  
provocare cupit, ut lis in  
convicium abeat.

6 Scurriliter fatigat ho-  
minem.

Dic nomen. *P.* nomen? maxime <sup>1</sup>. *D.* quid nunc taces?

*P.* Perii hercle! nomen perdidit. *D.* hem, quid ais <sup>2</sup>? *P.* Geta,

Si meministi id quod olim dictum est, subiice. hem!  
Non dico <sup>3</sup>: quasi non noris, tentatum advenis. 40

*D.* Egon? autem tento? *G.* Stilpho. *P.* atque adeo, quid mea?

Stilpho est. *D.* quem dixti? *P.* Stilphonem, inquam: noveras <sup>4</sup>?

*D.* Neque ego illum noram, neque mihi cognatus fuit

Quisquam istoc nomine. *P.* itane? non te horum pudet?

At si talentum rem <sup>5</sup> reliquisset decem... 45

*D.* Dii tibi male faciant! *P.* primus esses <sup>6</sup>, memoriter

<sup>1</sup> Maxime est annuentis, ut statim dicturi. Plenius Hec. III, 5, 36 maxime volo. Sed haeret ille, qui nimium sui securus fuerat; qua difficultate quomodo expeditur anxius ipse, suspensos reddit spectatores.

<sup>2</sup> A fene urgetur ipse, qui illum agitare voluerat. Sed Geta adest ei opportunius, quam Demeae sui advo-

Terentius *T.* II.

cati. Itaque Getam seorsim rogat, ut suggerat nomen. Mox hem Dacieriae videtur esse tussientis, ut Getae copiam faciat monendi.

<sup>3</sup> Tussiens hoc artificiose respondet.

<sup>4</sup> Confidenter rogat, quasi id negare nequeat senex,

<sup>5</sup> s. hereditatem.

<sup>6</sup> h. e. prior omnibus advenisses ad iudices, petitu-

M

Progeniem vosfram ufque ab avo atque atavo  
proferens.

*D.* Ita ut dicis <sup>1</sup>. ego, cum adveniffem <sup>2</sup>, qui mihi  
Cognata ea effet, dicerem: itidem tu face:  
Cedo, qui eft cognata? *G.* eu, nofter! recte: heus  
tu, cave <sup>3</sup>. 50

*P.* Dilucide expedivi, quibus me oportuit  
Iudicibus <sup>4</sup>: tum, id fi falium fuerat, filius  
Cur non refellit? *D.* filium narras mihi?  
Cuius de ftultitia <sup>5</sup> dici, ut dignum eft, non poteft.  
*P.* At tu, qui fapiens es, magistratus adi, 55  
Iudicium de eadem caufa iterum ut reddant tibi:  
Quandoquidem folus regnas <sup>6</sup>, et foli licet  
Hic de eadem caufa bis iudicium adipifcier <sup>7</sup>.

rus ex lege virginem *επι-  
κληρον*, f. heredem.

<sup>1</sup> h. e. concedo tibi. Con-  
cedit vero, ut Phormionem  
fuo fibi gladio iugulet.

<sup>2</sup> Revocamus verba ad  
lenfum, quem recte signifi-  
cat Don. ut fit *quum ad iu-  
dicium veniffem*. Cenfemus  
autem, id proprie dici de  
*petitore*, quem fupra dixit  
*primum*.

<sup>3</sup> Geta clara voce herum,  
qui veriffimam difputandi  
ineat rationem, laudans, an

submitte monet Phorm. ut  
caveat fibi, an coram hero  
quafi insultat eidem, qui  
dum aliis cavere vult, fibi  
parum cavere fciat?

<sup>4</sup> Cautè Ph. elabatur prae-  
fcriptione f. exceptione rei  
iudicatae.

<sup>5</sup> f. infcientia; contrarium  
eft *fapiens*, qualem mox Ph.  
patrem dicit per fcarcafum.

<sup>6</sup> Cf. ad Ad. II, 2, 1.

<sup>7</sup> Quod L L. Athen. pro-  
hibitum fuiffe, docet De-  
moftth. contra Lept. cf.



*D.* Etsi mihi facta iniuria est <sup>1</sup>, veruntamen  
Potius, quam lites secter, aut quam te audiam, 60  
Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet,  
Dotem dare <sup>2</sup>, abduce hanc, minas quinque accipe.

*P.* Ha, ha, hae, homo suavis <sup>3</sup>! *D.* quid est?  
num iniquom postulo?

An ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius pub-  
licum <sup>4</sup> est?

*P.* Itane tandem <sup>5</sup>, quaeso, item ut meretricem  
ubi abusu' sis, 65

Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? an,  
Ut ne quid turpe civis in se admitteret  
Propter egestatem, proxumo iussa est dari,  
Ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas <sup>6</sup>.

Plaut. Rud. prol. v. 16.

<sup>1</sup> Dem. se hac ex parte  
profligatum sentiens, ad al-  
teram partem legis de orba  
confugit, ex qua transigere  
cupit. Sed denuo profliga-  
bitur.

<sup>2</sup> Ut oratio sibi constet,  
coniunge iubet dotem dare,  
ut mox v. 66. & ordina po-  
tius--abduce--accipe. Credi-  
mus tamen, sermonem re-  
ferre perturbationem senis,  
cum alias rectius fuerit, po-

tius--dotem dabo: abd. &c.  
cf. se. priorem v. 66 sq.  
Athenis prius V minas da-  
bant orbis, serius X.

<sup>3</sup> Risu confutat senem.

<sup>4</sup> Quo omnes uti licet, s.  
quod nemini absque iniuria  
detrahitur.

<sup>5</sup> Iam fortius pugnat ar-  
gumento ex ratione & sensu  
legis petito.

<sup>6</sup> Invidiosa hac conclu-  
sione senem percellit.

*D.* Ita, proxumo quidem <sup>1</sup>: at nos unde? aut  
quam ob rem? *P.* ohe! 70

*Actum*, aiunt, *ne agas*. *D.* non agam? immo  
haud desinam,

Donec perfecero hoc. *P.* ineptis. *D.* sine modo <sup>2</sup>.

*P.* Postremo tecum nihil rei nobis, Demipho, est:

Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua

Praeterierat iam ad ducendum aetas <sup>3</sup>. *D.* omnia

haec

75

Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:

Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo.

*G.* Iratus est <sup>4</sup>. *P.* tute idem melius feceris <sup>5</sup>.

*D.* Itane es paratus facere me adversum omnia,

Infelix? *P.* metuit hic nos, tametsi sedulo 80

Diffimulat. *G.* bene habent tibi principia <sup>6</sup>. *P.*

quin <sup>7</sup>, quod est

<sup>1</sup> Senex confusus & iratus ad priora frustra redit, victusque eluditur.

<sup>2</sup> Comminantis est; cf. Eun. I, 1, 20.

<sup>3</sup> Iam quoque irridet seni ob aetatem.

<sup>4</sup> Haec Geta submisit ad Phorm. Iratus vero est, qui in prima coitione moderatius agebat; & Ph. qui prius acrius insultabat, nunc vic-

tor ridet.

<sup>5</sup> h. e. iam non eris iratus, meliusque id consules. cf. Eun. III, 1 extr. cum Heaut. I, 2, 24. *idem est* masc. nexum *in tute*.

<sup>6</sup> In hac voce praeparatio est ad maiores difficultates & labores cf. sc. 4. v. 15.

<sup>7</sup> h. e. cur non, &c. cf. infra V, 3, 1 & 2.

Ferendum, fers? tuis dignum factis feceris,  
Ut amici inter nos simus. *D.* egon' tuam expetam  
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?

*P.* Si concordabis cum illa, habebis, quae tuam & Senectutem oblectet; respice aetatem tuam.

*D.* Te oblectet: tibi habe. *P.* minue vero iram.

*D.* hoc age<sup>1</sup>:

Satis iam verborum est: nisi tu properas mulierem  
Abducere, ego illam eiiciam. dixi<sup>2</sup>, Phormio.

*P.* Si tu illam attigeris secus, quam dignum est,  
liberam, 90

Dicam impingam tibi grandem. dixi<sup>3</sup>, Demipho.

Si quid opus fuerit, heus<sup>4</sup>, domo me<sup>5</sup>. *G.* in-  
tellego.

### ACTUS III. SCENA III<sup>6</sup>.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINUS,  
CRITO.

*D.* **Q**uanta me cura, et sollicitudine afficit

<sup>1</sup> *f.* audi.

<sup>2</sup> *Dixi* solent dicere perorata causa. *Don.*

<sup>3</sup> Ferocitatem & minas refert haec imitatio; tum repentina hominis discessio habet maiorem litigaturi de-  
auntiationem. *ex Don.*

<sup>4</sup> Haec Getae clam dicitur abiens.

<sup>5</sup> *Int.* teneo; uti *Cic.* post. red. in *Sen.* c. 22.

<sup>6</sup> *Scena* haec deliberationem habet senis cum amicis, veram consiliorum imaginem. *Post ambages ad rem*

Gnatus, qui me et se hisce impedivit nuptiis!  
 Neque mi in conspectum prodit, ut saltim sciam,  
 Quid de hac re dicat, quidve sit sententiae.  
 Abi tu; vise, redieritne iam, an nondum, do-  
 mum. 5

G. Eo. D. videtis, quo in loco res haec fiet.  
 Quid ago? dic, Hegio. H. ego? Cratinum censeo<sup>1</sup>,  
 Si tibi videtur. D. dic, Cratine. Crat. mene vis?  
 D. Te. Crat. ego, quae in rem tuam sint, ea  
 velim facias<sup>2</sup>: mihi

Sic hoc videtur: quod te absente hic filius 10  
 Egit, restitui in integrum, aequom est, et bonum  
 Et id impetrabis. dixi. D. dic nunc, Hegio.

H. Ego sedulo hunc dixisse credo<sup>3</sup>. verum ita est:  
*Quot homines, tot sententiae*<sup>4</sup>; *suus cuique mos*<sup>5</sup>.  
 Mihi non videtur, quod sit factum legibus, 15

non pertinentes primus sua-  
 det, alter dissuadet, tertius,  
 neutri accedens, amplius  
 pronuntians Demiphonem  
 in praesenti incertio-  
 rem relinquit. Unde hic fratrem  
 exspectat, cuius consilium  
 sequatur.

1 Int. prius rogandum.  
 cf. Hec. IV, 4, 94.

2 Primus iam advocatus  
 ab utilitate commendat con-  
 silium, quod Demiphoni

arrideat, nullis additis ratio-  
 nibus.

3 Laudat personam, con-  
 silium eius refutat a turpitu-  
 dine & iniquitate, scil. Phor-  
 mionis causam meliorem pu-  
 tans.

4 Eadem verba habet Cic.  
 de fin. I, sect. 15, c. 5. cf.  
 Hor. Sat. II, 1, 27 & Pers.  
 Sat. V, 52 sq.

5 Mos est animi, ut men-  
 tis sententia.

Rescindi posse : et turpe inceptum est. *D.* dic ,  
Crito.

*Crit.* Ego amplius deliberandum censeo <sup>1</sup> :  
Res magna est. *H.* numquid nos vis ? *D.* fecistis  
probe :

Incertior sum multo , quam dudum. *G.* negant  
Rediisse. *D.* frater est expectandus mihi : is <sup>2</sup>  
Quod mihi dederit de hac re consilium , id sequar.  
Percontatum ibo ad portum , quoad se recipiat.  
*G.* At ego Antiphonem quaeram , ut , quae acta  
hic sint , sciat.

Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

ACTUS III. SCENA IV. <sup>2</sup>

ANTIPHO, GETA.

**A.** ENimvero , Antipho , multimodis cum istoc  
animo es vituperandus <sup>3</sup>.

Itane te hinc abisse , et vitam tuam tutandam aliis  
dedisse ?

<sup>1</sup> Terrius cautior *amplius*  
pronuntiat h. e. sententiam  
differt. *Causa* scil. *ampliari*  
dicitur , ubi nondum liquet.

<sup>2</sup> Antiphonem ex fuga  
reducem facit amor & cura de  
uxore ; ex principiis a Geta

auditis solatium invenit , sed  
mox in novos metus conii-  
citur , scil. metuens patrii  
adventum & sententiam.

<sup>3</sup> Cf. Andr. V , 4 , 38  
*dignus es cum tua religione*  
*odio.*

Alios tuam rem credidisti magis, quam tete, ani-  
madversuros <sup>1</sup> ?

Nam, ut ut erant alia, illi certe, quae nunc  
tibi domi est, consuleres,

Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur  
mali; 5

Cuius nunc miserae spes opesque sunt in te uno  
omnes sitae.

G. Et quidem, here, nos iam dudum hic te absen-  
tem incusamus, qui abieris...

A. Te ipsum quaerebam. G. sed ea causa nihilo  
magis defecimus.

A. Loquere, obsecro, quonam in loco sunt res  
et fortunae meae?

Numquid patri subolet <sup>2</sup> ? G. nil etiam. A. ecquid  
spei porro est? G. nescio. A. ah. 10

G. Nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. A. nil  
fecit novi.

G. Tum Phormio itidem in hac re, ut aliis,  
strenuum hominem praebuit.

<sup>1</sup> Cf. ap. Gellium II, 29  
apologum Aesopi de inani  
amicorum fiducia, quem En-  
nius versibus quadratis com-  
posuit; quorum ultimus *Ne  
quid exspectes amicos, quod  
tute agere possis*. Tum tamen

adsunt, si id e re sua esse  
œsent, scil. amici vulga-  
res, parasiti, conscii &c.

<sup>2</sup> *De conscientia sua &  
Phormionis dicit*. Sic emen-  
damus locum Donati cor-  
ruptum.

*A.* Quid is fecit? *G.* confutavit verbis 1 admodum iratum senem.

*A.* Eu, Phormio. *G.* ego quod potui, porro 2. *A.* mi Geta, omnes vos amo.

*G.* Sic habent principia sese, ut dico: adhuc tranquilla res est: 15

Mansurusque patrum pater est, dum huc adveniat. *A.* quid eum? *G.* ut aiebat,

De eius consilio sese velle facere, quod ad hanc rem attinet.

*A.* Quantus metus est mihi, venire huc salvom nunc patrum 3, Geta!

Nam, per eius unam, ut audio, aut vivam, aut moriar 4 sententiam.

*G.* Phaedria tibi adest. *A.* ubinam? *G.* eccum! ab sua palaestra 5 exit foras. 20

1 Cf. ad Heaut. V, 1, 76.

2 Int. feci. Mediocriter de se tandem dicit.

3 Non optat, ut ne salvus veniat patruus (quod repugnat bono ingenio); sed ostendit, quantum sibi ab eius adventu metuendum sit; cf. IV, 3, 3.

4 Amatorie haec dicit.

5 Iocose & quasi consolandi causa sic notat domum lenonis, ubi Phaedriae magis conflictandum sit cum homine avarissimo, amicae domino, ne is hanc alii vendat. Scena sq. specimen dabit.

ACTUS III. SCENA V<sup>1</sup>.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

**P.** Dorio, audi, obsecro. **D.** non audio. **P.** parumper. **D.** quin omitte me.

**P.** Audi, quod dicam. **D.** at enim taedet iam audire eadem millies.

**P.** At nunc dicam, quod lubenter audias. **D.** loquere, audio.

**P.** Nequeo te exorare, ut maneat triduum hoc? quo nunc abis?

**D.** Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi. §

**A.** Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti<sup>2</sup>.

**G.** idem ego vereor.

1 Scena alteram fabulae partem nectit, Phaedriae amores, illiusque ex his miseriam, s. luctam cum lenone impurissimo, vix tandem diem concedente de serua, illius amica, nemini alii vendunda, si ille prior attulerit pretium. (Similem rixam lenoniam vide ap. Plaut. Pseud. I, 3.) Unde est praeparatio ad argentum dolo inveniendum, & impliendam magis rem Antiph.

A principio diversis in partibus stant Ph. cum lenone, & Ant. cum Geta.

2 *Ne quid* (deest mali) *suo suat* (leno sartor scelerum) *capiti*, h. e. ne quid leno nunc l. avarius l. gravius dolose faciat, quod in ipsum potius auctorem recidat velim. Ita difficultatem h. l. in qua haerent interpp. absolvi posse censemus ex Cic. ad Attic. VIII, 5, ubi de Dionysio, magistro, qui



*P.* Non mihi credis? *D.* hariolare. *P.* sin fidem do. *D.* fabulae.

*P.* Foeneratum : istuc beneficium pulchre tibi dices. *D.* logi<sup>2</sup>.

*P.* Crede mihi, gaudebis factō : verum hercle hoc est. *D.* fomnia.

*P.* Experire : non est longum. *D.* cantilenam eandem canis. 10

*P.* Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu . . . : *D.* garri modo.

*P.* Adeon' ingenio esse duro te atque inexorabili,

superbius cum Cic. egerat, scribit : *etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, poenitere : nunquam autem certior (h. e. perseverantior) fuit, quam in hoc negotio. nam--postea audivi--tum--multa mala eum dixisse, suo capiti, ut aiunt.* Sed legas totum Cic. locum. Id quidem certum videtur, proverbialiter dictum suo capiti. Ita quoque Cic. Phil. XI, 5 de Saxa trib. pl. a qua (urbe) cum sit alienus, suo capiti, salvis nobis, ominetur. Addebant igitur formulam suo capiti, ubi gravius quidquam s. formidandum ab alio

dici, fieri, intendi, cum indignatione s. imprecatione significabant; cf. Hec. III, 1, 53. Tibull. I, 2, 12. Cic. ad fam. VIII, 1. Ita tandem Donati mentem h. l. obscurius l. fraētius redditam assecuti nobis videmur, ut non desideremus aliorum emendationes.

1 Cf. infra v. 31 & Ad. II, 4, 11.

2 Int. sunt. Graecorum est λογος λεγειν.

3 Interpellatur, quo minus forsan diceret patronus. Plaut. Capt. II, 3, 84.

Ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

*D.* Adeon' te esse incogitantem atque impudentem, Phaedria,

Ut phaleratis <sup>1</sup> dictis ducas me et meam ductes gratiis? 15

*A.* Miseritum est <sup>2</sup>. *P.* hei veris vincor <sup>3</sup>. *G.* quam uterque est similis sui <sup>4</sup>!

*P.* Neque Antipho alia cum occupatus esset sollicitudine,

Tum hoc esse mi obiectum malum <sup>5</sup>? *A.* ah; quid istuc est autem, Phaedria?

*P.* O fortunatissime Antipho <sup>6</sup>. *A.* egone? *P.* cui quod amas, domi est;

<sup>1</sup> speciosis, sed inanibus; uti ornamenta equorum iacrationem habent.

<sup>2</sup> h. e. miseret me Phaedriae. Id Ant. ad Getam.

<sup>3</sup> Phaedria hoc secum. *Veris* int. dictis a lenone, qui vere dixerat, multa inaniter promittere Phaedriam.

<sup>4</sup> Ad Antiph. Scil. adolescens honestus vero se vinei passus. Sed impurus leno moris sui retinens.

<sup>5</sup> Construe: & cum Ant. non alia (h. e. pari) sollicitudine occupatus esset hoc esse &c. Alii cum Don. neque intercidunt

ab Ant. alia &c. et dum coniungunt neque tum hoc esse &c. sensum magis implicant, quam verba ordinant. An enim Ant. alia (scil. quam de nuptiis) sollicitus occupatus, minus liber fuisset ad iuvandum Phaedriam? Subtiliter vero poeta preces infert, quas si praesentem vidisset Phaedria, non auderet. Et Ant. iam ante motus misericordia, nunc humanissime rogando illi adfore intelligitur.

<sup>6</sup> Cf. Act. I, 3, 10 sqq. Fortunatiorem misereatur

Nec cum huiusmodi unquam usus venit ut conflictares malo. 20

A. Min' domi est? immo, id quod aiunt, auribus teneo lupum<sup>1</sup>:

Nam neque quo amittam a me invenio, neque, uti retineam, scio.

D. Ipsum istuc mihi in hoc est<sup>2</sup>. A. eia, ne parum leno fies<sup>3</sup>.

Numquid hic confecit? P. hiccine? quod homo inhumanissimus:

Pamphilam meam vendidit<sup>4</sup>. G. quid? vendidit? A. ain? vendidit? 25

P. Vendidit. D. quam indignum facinus, ancillam aere emptam suo.

miserioris. Sic tacite additur & Antiphoni animus, & vis precibus. Eleganter mox neutrum *quod amas pro quam amas*. cf. Eun. II, 3, 161

<sup>1</sup> Graecum proverbium, quod Ant. mox explicat, solenne cumstantibus obmetum undique imminenti discriminum, ut Suet. ait de Tib. c. 25.

<sup>2</sup> Demonstrat Phaedriam, cui roganti si concedat, veteretur, ne emptorem alium praesentem pecuniam non

inveniat; si deneget, ne Phaedriam, & cum eo lucrum, quod ex adolescentum amoribus faciebant leones, amittat.

<sup>3</sup> Deest *vereris*, ne p. l. f. h. e. ne minus lucri facias, minus turpem te praebeas, quam vulgus leonum est.

<sup>4</sup> Quanto dolore affectus! hiccine? -- *meam* v. Doloris participes stupent.

<sup>5</sup> Ironice; hinc quod illorum dictis desit, ita affingit, ut ostendat, se illorum

P. Nequeo exorare, ut me maneat, et cum illo  
mutet fidem <sup>1</sup>.

Triduum hoc : dum id, quod est promissum ab  
amicis, argentum aufero.

Si non tum dedero, unam praeterea horam ne  
oppertus fies.

D. Obtundis. A. haud longum est id quod orat,  
Dorio : exoret, sine : 30

Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris,  
conduplicaverit <sup>2</sup>.

D. Verba istaec sunt. A. Pamphilamne hac urbe  
privari fines ?

Tum praeterea horunc' amorem distrahi; poterin'  
pati <sup>3</sup> ?

D. Neque ego, neque tu <sup>4</sup>. G. di tibi omnes  
id, quod est dignum, duint !

mirari imperitiam.

<sup>1</sup> *Servare fidem cum aliquo* est promissis s. contractui stare (Plaut. Curc. I, 2, 49 & Merc. III, 1, 33) *Mutamus fidem cum aliquo*, si cui in alterius gratiam, contractum s. fidem renuntiamus. Plenius vero sic dicitur, quam illud Plauti Pseud. I, 3, 142 *Si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim fidem*. Poterat id suo iure po-

stulare Phaedria; cf. v. 39 sq. Et in quaestu lenonio id erat solenne. Quaestus corrumpit fidem.

<sup>2</sup> Spe lucri tentat hominem. Sed leno spem, nedum verba, pretio non e-  
met; cf. Ad. II, 2, 11.

<sup>3</sup> Quam simplex est & bonus Ant. dum hominem improbum et quaestuosum deducere cupit ad humanitatem !

<sup>4</sup> Int. in causa sumus. Sicer-

D. Ego te complureis advorsum ingenium meum  
menses tuli 35

Pollicitantem, nihil ferentem, flentem : nunc  
contra, omnia haec

Repperi, qui det, neque lacrumet<sup>1</sup> : da locum  
melioribus<sup>2</sup>.

A. Certe hercle, ego si fatis commemini, tibi qui-  
dem est olim dies,

Quoad dares huic, praestituta<sup>3</sup>. P. factum. D.  
num ego istuc nego<sup>4</sup>?

A. Iam ea praeteriit? D. non : verum haec ei an-  
tecessit<sup>5</sup>. A. non pudet 40

Vanitatis? D. minime, dum ob rem<sup>6</sup>. G. ster-  
quilinium! P. Dorio,

licit culpam in Phaedriae in-  
opiam. Mox *dignum* int. fac-  
tis tuis. cf. Andr. IV, 1, 43.

<sup>1</sup> Vide, ut homo ex suo  
ingenio facete & venuste  
Phaedriam comparat e di-  
verso cum illo emptore.

<sup>2</sup> *Ditiores* inhonestis di-  
cuntur *meliores*.

<sup>3</sup> Bene Antiphoni in-  
mentem venit argumentum  
a fide olim data Phaedriae,  
cui ita cedit homo, (cf. v.  
46) ut sua tamen lege utatur,  
cf. v. 41 & 48.

<sup>4</sup> Impudenter concedit.

<sup>5</sup> Dies, qua accipiam ar-  
gentum, diei praestitutae an-  
tecessit. Responsum dignum  
lenone, cui potior est, qui  
prior est.

<sup>6</sup> s. in rem *meam* sit. Haec  
enim lex est summa, uti ar-  
tis lenoniae (cf. v. 48), ita  
omnis quaestuosae, domi-  
naticis, adulatoriae. Vi-  
deant igitur boni viri, qui  
rem suam, partem, a com-  
muni, toto, sciungunt, ut si-  
miles sunt lenoni. Mox *sterg*:

Itane tandem facere oportet? *D.* sic sum<sup>2</sup>: si placeo, utere.

*A.* Siccine hunc decipis? *D.* immo enim vero, Antipho, hic me decipit:

Nam hic me huiusmodi esse sciebat: ego hunc esse aliter credidi.

Iste me fefellit: ego istii nihilo sum aliter, ac fui. 45  
Sed utut haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi

Miles dare se dixit: si mihi prior tu attuleris, Phaedria,

— Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est, vale<sup>2</sup>.

### ACTUS III. SCENA VI.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

*P.* **Q**uid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,

quod quo turpius est, hoc melius lenonem designat. Plaut. suo modo auget *Perf.* III, 3, 2 sq. *Eho lutum lenonium, com-mictum coenum, sterquilinum publicum.*

<sup>1</sup> Leno tamen se novit & prodit, qualis est. Aliis superest ars, turpitudinem

suam tegendi verbis phaleratis.

<sup>2</sup> *Vale* h. l. est abeuntis, ut cum dubitet, an Ph. inventurus sit argentum, sibi praeter hoc nihil cum eo negotii amplius velle significet.

<sup>3</sup> *Scena haec habet delis*

Cui minus nihilo est? quod, hic si pote fuisset  
exorariet

Triduum hoc, promissum fuerat <sup>1</sup>. *A.* itane hunc  
patiemur, Geta,

Fieri miserum, qui me dudum, ut dixi, adiuve-  
rit comiter?

Quin, cum opus est, beneficium rursus ei experi-  
mur reddere? 5

*G.* Scio equidem hoc esse aequom. *A.* age ergo,  
solus servare hunc potes.

*G.* Quid faciam <sup>2</sup>? *A.* invenias argentum. *G.* cupio:  
sed, id unde, edoce.

*A.* Pater adest hic <sup>3</sup>. *G.* scio: sed quid tum? *A.*  
ah, dictum sapienti sat est.

berationem de conficienda  
Phaedriae, ad emendam,  
quam amabat, servam, pe-  
cunia; unde ea evenit rerum  
dispositio, quae & ad no-  
dum implicandum, & ad futu-  
rum exitum comoediae ten-  
dit. Ant. scil. Phaedriae vi-  
cem dolens, & par pro pa-  
ri reddere cupiens, Getam  
semper callidum ad argen-  
tum inveniendum provocat.  
Geta pollicetur, si adiuto-  
rem fraudis Phormionem  
habeat; ad quem igitur a-  
beunt Geta & Phaedria.

Terentius T. II.

<sup>1</sup> *Triduum* hoc, & *promis-  
sum* facient, ut citius auxi-  
lium inveniatur.

<sup>2</sup> Astutus servus, dolum  
meditans in senem, expri-  
mere studet Antiphonis de  
ea re sensum, ut habeat,  
quo adversus hunc se tuea-  
tur, si in maiorem metum  
adduxerit illum; nihil her-  
cle putans tridui sollicitudi-  
nem; cf. Andr. II, 6, 9.

<sup>3</sup> Subtiliter innuit, pa-  
trem fallendum esse. Neque  
id facit, nisi amici causa,  
& ob periculum in mora.

N

G. Itane <sup>1</sup>? A. ita. G. fane hercle, pulchre suades: etiam tu hinc abis?

Non triumpho <sup>2</sup>, ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali;

Ni etiam nunc me huius causa <sup>3</sup> quaerere in malo iubeas crucem <sup>4</sup>?

A. Verum hic dicit <sup>5</sup>. P. quid? ego vobis, Geta, alienus sum? G. haud puto:

Sed parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex <sup>6</sup>,

Sibi patrem fallere non audebat, Act. II, 2, 26 sqq.

Tum redditum iri credebat post triduum. Mox *sapiens* h. e. callidus intelligat, quod vixdum dimidium dictum est; cf. infra IV, 2, 1--3.

Ita poeta parcit verecundiae adolescentis, quo officium in patrem, aut suam simplicitatem minus transgressus videatur. Eodem vero dicto usus iam Plautus Pers. IV, 7, 19.

<sup>1</sup> int. *suades*, quod mox dicit.

<sup>2</sup> Parumne id erit laetitia, *si---nihil* &c. cf. mox v. 13 sq. & Heaut. III, 6, 5 sq. s. an putas, me poe-

nitere triumpho, *si---nihil* &c. cf. Eun. V, 7, 12 sq.

<sup>3</sup> Phaedriam satis frigide designat. Hinc ille v. 12--- *vobis alienus sum?*

<sup>4</sup> In minori malo maius & insuperabile. Gravius vero hoc dicit, & cunctari videtur, non quasi nil tentare velit; sed cum magnum quid aufurus sit, precibus urgeri vult, ut sibi defensionem ap. Ant. faciliorem pareat.

<sup>5</sup> Ant. veris Getae dictis victus haec ad Ph. dicit, Getae parcendum credens. Igitur Phaedria ad Getam conversus miserabiliter rogat.

<sup>6</sup> Geta etiamnum, sed levius resistit.



Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur precī?

*P.* Alius ab oculis meis illam in ignotum abducat locum <sup>1</sup>? hem! 15

Quin igitur, dum licet, dumque adsum, loquimini mecum, Antipho:

Contemplamini me <sup>2</sup>. *A.* quamobrem? aut quidnam facturū's? cedo.

*P.* Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,

Aut perire <sup>3</sup>. *G.* di bene vortant, quod agas <sup>4</sup>: pedetentim tamen.

*A.* Vide, si quid opis potes adferre huic. *G.* si quid! quid <sup>5</sup>? *A.* quaere, obsecro, 20

Ne quid plus minusve <sup>6</sup> faxit, quod nos post pigeat, Geta.

<sup>1</sup> Phaedria desperatus vincet servum cunctantem. Mox hem h. l. interiectio laborantis; ut Eun. IV, 2, 8.

<sup>2</sup> Nil miserabilius dicere potuit, cuius vultus praefert desperationem.

<sup>3</sup> Ph. maxime commotus loquitur.

<sup>4</sup> Geta tandem s. cunctandi, s. simulandi finem facere volens, ironice valedicit. Suaviter addit pede-

tentim h. e. lente, scil. agas.

<sup>5</sup> Reddendo verba Antiphonis priora, & rogando innuit, ipsum nescire, quae velit, aut sua intersint.

<sup>6</sup> int. quam opus s. aequum est; quomodo plenius dicit Plaut. Men. V, 1, 4 & Capt. V, 3, 18. Elegantius ex poeta nostro Hec. V, 1, 4 formulam explices.

- G. Quaero : salvos est <sup>1</sup>, ut opinor; verum enim metuo malum <sup>2</sup>.
- A. Noli metuere : una tecum bona, mala, tolerabimus <sup>3</sup>.
- G. Quantum opus est tibi argenti? eloquere!  
P. solae triginta minae.
- G. Triginta! hui, percara est, Phaedria. P. istaec vero vilis est <sup>4</sup>. 25
- G. Age, age, inventas reddam. P. o lepidum caput <sup>5</sup>. G. aufer te hinc. P. iam <sup>6</sup> opus est.
- G. Iam feres. sed opu' est mi, Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
- A. Praesto est <sup>7</sup>: audacissime oneris quidvis impone, et feret :

<sup>1</sup> Ερηξα. Inventum est argentum. Praeparatio ad Aët. IV.

<sup>2</sup> Ambigue praedicit, Antiphoni periculum inde futurum; hic vero credit, Getam sibi metuere.

<sup>3</sup> Promittit Antipho, verum non prudens, se partituum esse curas. Et sane in magnam earum partem veniet; Aët. IV, 3 & 4.

<sup>4</sup> Amatorie pretium aestimat; eo & ante dixit *solae* &c.

<sup>5</sup> Dicit hoc, caput de-

mulcendo Getae; cf. ad Heaut. IV, 1, 14. hinc Geta illum monet, iam non esse tempus ad blanditias.

<sup>6</sup> In *τω* iam omnis vis est, ut Andr. IV, 1, 59. *Opus est* int. argento. *Feres* i. e. habebis.

<sup>7</sup> Al. Antiphonem hoc l. simpliciter dixisse putant, ut sit: *is certe paratus est ad iuvandum*; al. signum rogandi subdunt *praesto est?* sed nobis videtur frustra iam rogare, an domi sit.

Solus est homo amico amicus <sup>1</sup>. G. eamus ergo ad eum ocius <sup>2</sup>.

A. Numquid est, quod opera mea vobis opus sit? G. nil <sup>3</sup>: verum abi domum, et <sup>30</sup>

Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,

Consolare. cessas? A. nihil est, aequè quod faciam lubens.

P. Qua via istuc facies? G. dicam in itinere: modo te hinc amove <sup>4</sup>.

ACTUS IV. SCENA I.

DEMIPHO, CHREMES.

D. Quid? qua profectus causa hinc es Lemnum, Chreme,

Nos mallems, haec verba etiam a Geta pronuntiari, (cui Phormio supra sc. 2 in fine dixerat: *si quid opus, heus! me domo*). Cetera interloquatur Antipho.

<sup>1</sup> Solus vim habet superl. ut ap. Graecos. Hinc *solus amicus est amicissimus*. Apollodorus Graece *Μονος επισταλαι φιλειν ἴσος φίλος*. Amici causa audet omnia.

<sup>2</sup> Hoc dictum convenire

melius in Phaedriam putamus. Sed nil audemus contra vulg.

<sup>3</sup> Immo, ut citius abeat, quem consilii sui participem fieri minime opus est, stimulos ipsi addit. In mora scil. & illius conscientia est periculum.

<sup>4</sup> Lentiozem ocius secum hinc, ubi non latus ad narrandum locus, abire iubet.

Actus IV habet inven-

Adduxtin' tecum filiam? *C.* non. *D.* quid ita non?

*C.* Postquam videt me eius mater esse hic diutius;

Simul autem non manebat aetas virginis

Meam negligentiam: ipsam cum omni familia 5

Ad me profectam esse aibant. *D.* quid illic tam diu,

Quaeso, igitur commorabare, ubi id audiveras?

*C.* Pol me detinuit morbus. *D.* unde? aut qui?

*C.* rogas?

Senectus ipsa est morbus<sup>1</sup>. sed venisse eas

Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat. 10

*D.* Quid gnato obtigerit me absente, audistin',

Chreme?

*C.* Quod quidem me factum consili incertum facit:

tionem argenti, unde Phaedria sollicitudine sua liberatur, sed cum periculo Antiphonis maiori; cui expediendo ultima scena praemunit viam. Scena I habet reducis Lemno Chremetis adventum, quem Antipho tantopere metuebat; narrationem, qua nil est simplicius, ac senum de liberationem de Antiphone, a Phanio uxore dissociando, ut ipsi filia Chremetis clam educta elocari possit, quomodo olim inter

patres pactum erat. Ita vero haec sc. sequenti coniungitur, ut ingressis ab una parte senibus, cum aliquantum disseruissent, ab altera parte Geta superveniat; quibus ad metum de uxore amittenda augendum sc. 3 Antipho, opperturus Getae reditum ita interponitur, ut Getae dolos audiat, ipse patrem metuens videatur a nemine.

1 Apollodor. teste Don-  
ro γυγας εστιν αυλο νοσηται.  
Bion aliter teste Laertio L.  
IV, c. 7, n. 3 senectutem

Nam hanc conditionem si cui tulero <sup>1</sup> extrario,  
 Quo pacto, aut unde mihi sit <sup>2</sup>, dicendum ordine est.  
 Te mihi fidelem esse aequae, atque egomet sum  
 mihi, 15

Scibam. ille si me alienus affinem volet,

Tacebit, dum intercedet familiaritas :

Sin spreverit <sup>3</sup> me; plus, quam opus est scito, sciet :

Vereorque, ne uxor aliqua <sup>4</sup> hoc resciscat mea.

Quod si fit, ut me excutiam <sup>5</sup>, atque egrediar  
 domo <sup>6</sup>, 20

Id restat : nam ego meorum solus sum meus <sup>7</sup>.

**D.** Scio, ita esse, et istaec mihi res sollicitudini est :

dicebat portum malorum ;  
 in illam enim cuncta con-  
 fugere.

<sup>1</sup> Ferre conditionem alicui  
 de sponsalibus & nuptiis  
*νεγως* dicitur, & est h. l.  
 filiam offerre in matrimo-  
 nium.

<sup>2</sup> Int. filia.

<sup>3</sup> s. fastidierit, se a me  
 separaverit.

<sup>4</sup> Int. ratione; sed adver-  
 bialiter usurpatur.

<sup>5</sup> h. e. ut divortii nomine  
 dotem uxori resolvam, at-  
 que sic nudus bonis omni-  
 bus exeam, cui nihil rei est  
 praeter dotem; adeoque me

*excutiam*, velut qui vestes  
 excutere iubentur, ut con-  
 stet, nihil sub illis latere,  
 quod auferant.

<sup>6</sup> Scil. & ipsa domus erat  
 ab uxore. Alioqui uxores a  
 viro divertebant volentes,  
 dimittebantur nolentes.

<sup>7</sup> Apollod. Graece teste  
 Den. *εγω γαρ εστι των σπουδων*  
*επος πονος*; h. e. quomodo  
 Westerhovia placet, *nihil*  
*eorum, quae domi sunt, iuris*  
*mei est; omnia uxoris sunt,*  
*praeter me ipsum.* Falso au-  
 tem vulgo exponunt: *omnis*  
*familia, uxori meae, non mi-*  
*hi, student.*

Neque defetiscar ufque adeo experirier,  
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

ACTUS IV. SCENA II.

G E T A.

E Go hominem callidiorem vidi neminem,  
Quam Phormionem. venio ad hominem <sup>1</sup>, ut  
dicerem,

Argentum opus esse, et id quo pacto fieret <sup>2</sup>:  
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat <sup>3</sup>:  
Gaudebat: me laudabat: quaerebat senem: 5  
Dis gratias agebat, tempus sibi dari,  
Ubi Phaedriae ostenderet nihilo minus  
Amicum se esse, quam Antiphoni. hominem ad  
forum

Iussi opperiri: eo me esse adducturum senem.  
Sed eccum ipsum: quis est ulterior <sup>4</sup>? at, at,  
Phaedriae 10

Pater venit. quid pertimui autem, bellua <sup>5</sup>?

<sup>1</sup> Venuste repetitum *hominem*.

<sup>2</sup> h. e. conficeretur; cf. v. 13 & supra I, 1, 4, ibique Don. Sall. fragm. p. 266. ed. Bip. *quae pecunia ad Hisp. bellum Metello facta erat*. Noster Heaut. III, 8, 18 pul-

chre dixerat in simili causa: *ego argentum cudo*.

<sup>3</sup> Cf. supra III, 6, 8 *dicuntur sapienti sat est*.

<sup>4</sup> h. e. quis est praeter eum ille, s. ille alter.

<sup>5</sup> Praesens est animi servus; immo consilio augetur

An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mi dati?  
 Commodius esse opinor, duplici spe uti.  
 Petam hinc, unde a primo institui: is si dat, sat est:  
 Si ab eo nil fiet, tum hunc adoriar hospitem <sup>1</sup>. 15

## ACTUS IV. SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

**E**Xspecto, quam mox recipiat sese Geta:  
 Sed patrum video cum patre adstantem. hei mihi!  
 Quam timeo, adventus huius quo impellat patrem <sup>2</sup>.

**G.** Adibo hosce. o salve noster Chreme! **C.** salve,  
 Geta.

**G.** Venire salvom volupe est. **D.** credo <sup>3</sup>. **G.**  
 quid agitur? 5

**C.** Multa adveniēti, ut fit, nova <sup>4</sup>; hic com-  
 pluria.

**G.** Ita. de Antiphone audistin' quae facta? **C.** omnia.

**G.** Tun' dixeras huic <sup>5</sup>? facinus indignum, Chreme,

& spe.

<sup>1</sup> Non a quo instituerat,  
 sed oblatum; s. qui novus  
 successit, peregre advenit  
 ultimus. Ab hospite oblato  
 differt invitatus.

<sup>2</sup> Cf. supra III, 4, 18.

<sup>3</sup> Vis huius responsi patet  
 ex Andr. V, 4, 45. Grate

scil. respondentis videtur.

<sup>4</sup> *Multa--nova* (int. sunt)  
 intercidimus a verbis *hic com-*  
*pluria*. *Δεινίτως* hic (sed do-  
 mi ap. vos) *compluria* (an-  
 tique pro *complura*). Hinc  
 apte respondet Geta.

<sup>5</sup> Vide, ut callidus homo  
 simpliciter rogat herum, &

Sic circumiri. C. id cum hoc agebam commodum 1;

G. Nam hercle ego quoque id quidem agitans  
mecum sedulo, 10

Inveni, opinor, remedium huic rei 2. C. quid,  
Geta 3?

D. Quod remedium? G. ut abii abs te, fit forte  
obviam

Mihi Phormio. C. qui Phormio 4? G. is, qui  
isthanc 5. C. scio.

G. Visum est mi, ut eius tentarem sententiam.  
Prendo hominem solum. *cur non*, inquam, *Phor-*  
*mio*, 15

*Vides, inter vos sic haec potius cum bona  
Ut componantur gratia, quam cum mala 6?*

*Heru' liberalis est, et fugitans litium 7:*

*Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo*

mox ad Chremem conver-  
sus facta improbat! Et sic  
senes ipse circumit, ut fidum  
credant.

1 h. l. modo, hoc ipso  
tempore; cf. Eun. II, 3, 51.

2 Astute inescat senes.  
Sollennia vero sunt *hercle--*  
*quidem*, ego quoque, ut ego  
vero.

3 Avidior est Chremes.

4 De Phormione nondum  
ei dixerat frater; hinc rogat.

5 Dicturus erat *adduxit*.  
Sed Chr. qui iam intellexe-  
rat, interpellat.

6 *Mala gratia* est vi & in-  
gratiis.

7 Astute laudando mo-  
net herum, ut minus hac in  
re intentus sit argento, &  
simul in metum de lite fu-  
tura denuo deducit. Mox se  
heri causa confinxisse men-  
dadium simulat.



*Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret* 1. 20

*A. Quid hic coepat? aut quo evadet hodie?*

*G. an legibus*

*Daturum poenas dices* 3, *si illam eiecerit?*

*Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,*

*Si cum illo inceptas homine: ea Eloquentia est* 4.

*Verum pone, esse victum eum: at tandem tamen* 25

*Non capitis eius res agitur, sed pecuniae.*

*Postquam hominem his verbis sentio mollirier,*

*Soli sumus nunc hic, inquam: eho, quid vis dari*

*Tibi in manum* 5, *ut herus his desistat litibus;*

*Haec hinc faceffit, tu molestus ne fies?* 30

*A. Satin' illi di sunt propitii?* *G. nam sat scio,*

*Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,*

*Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis*

1 Auget, quod supra Dem. dixerat euciam.

2 Ant. seorsim stans, his auditis stupe, nihil intelligit.

3 Fingit, non expectasse se responsum Ph. sed subiecisse, & sic occupasse id, quod ille obiicere potuerit, quae dicendi species Rhetoribus dicitur *περοληψις*, praesumptio; Quint. IX, 2, 16. Ita vero obiectionem dissolvit, ut herum denuo laudet

falso, praestantem eloquentia & potentia virum, unde Phormioni timendum sit; sed simul herum ob eiectionem causa casurum, & pecunia multatum iri ostendet. Sic recte suadet hero, ut malit argentum bona gratia dare, quam mala.

4 Sic Ad. III, 4, 31 *Tu nil, nisi Sapientia es.*

5 In manum datur argentum praesentarium.

6 h. e. insanitne ille? Au-

*Verba hodie inter vos. D. quis te istaec iussit loqui 1?*

*C. Immo non potuit melius perveniri 35*

*Eo, quo nos volumus. A. occidi 2! C. perge eloqui.*

*G. At primo homo insanibat 3. D. cedo, quid postulat 4?*

*G. Quid? nimium quantum. C. quantum? dic. G. si quis daret.*

*Talentum magnum 5. D. immo malum hercle: ut nil pudet!*

*G. Quod dixi adeo ei: quaeeso, quid si filiam 40*

ditis scil. iratior Antipho secum loquitur.

1 Difficilior s. tenacior videtur Dem. Sed alter metu uxoris faciliior; quo auxiliante Syrus & illum commodius fallit; cf. sc. priorem v. 13.

2 Ant. seorsim.

3 Nimium poscendo.

4 Clamans rogat. Indignatur vero senex, quod a primo impudentius poposcerit; indeque coniecit, etiam post contentionem satis super fore, quod solvendum sit.

5 *Talentum Atticum & parvum & magnum* (vid. Plaut.

Mostell. III, 1, 114 sq. cf. ib. sc. 3, 16) constabat 60 minis. Sed minae aliae aliis pretiosiores fuisse videntur. Qui ex Plauto l. c. sc. I, 101 quatuor quadraginta minas fecisse duo talenta magna colligunt, non vident, 40 minas inesse pro foenore. Poscentem vero facit Phormionem plus quam petiturus erat Geta. Scil. volebat, senes credere, se ita cum illo contendisse de pecunia in manum danda, ut nihil amplius de 30 minis decedere debeat. Et has dividet, ut senes pedetentim eo deducat, quo velit.

*Suam unicam locaret* 1? parvi rettulit  
 Non suscepisse 2. *D.* inventa est, quae dotem petat.  
*G.* Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;  
 Haec denique eius fuit postrema oratio 3:  
*Ego*, inquit, *iam a principio amici filiam*, 45  
*Ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere:*  
*Nam mihi venibat in mentem eiu' incommodi,*  
*In servitutem pauperem ad ditem dari* 4:  
*Sed mi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler* 5;

1 int. apodofin *an plus daret dotis?* Omittit vero, quod non satis decore diceretur pro re Demiphonis, an quod interlocutus est Demipho? cf. not. sq.

2 Geta (secundum lect. Don. & Codd.) haec verba cum v. sq. dicere pergit ad Phormionem. Don. quidem in Graeca fabula senem (Demiph.) ipsum hoc dixisse testatur: *Quid interest, me non suscepisse filiam, si modo dos dabitur alienae?* Eugr. vero verba *parvi--suscepisse* Getae tribuit, tamquam dicta ad Demiphonem. Reliqua *inventa--petat* Demiphonem ipsum dixisse vult. Quod si sit, senex his

verbis dotem promittit; cf. v. 56, ubi satis promptus est ad dotem decem minarum dicendam. Nos priora Getam pro apodofi dixisse ad Phormionem credimus, reliqua cum Eugr. tribuimus Demiphoni. cf. Eun. IV, 4, 6, idemque poscere videtur formula *ut ad pauca red.* quae & Parmeno, Hec. I, 2, 60 post interloquium utitur.

3 Exemplum *εδοκουας*, quae est in dictis.

4 Quod ad sensum cf. Plaut. Aulul. II, 2, 49 sqq. Loquendi vero modus similis ap. eundem Stich. I, 2, 83 *Hostis est uxor, invita quae ad virum nuptum datur.*

5 Iam causa petendae pe-

*Aliquantulum* <sup>1</sup> *quae afferret, qui dissolverem, 50*  
*Quae debeo: et etiam nunc, si volt Demipho*  
*Dare, quantum ab hac accipio* <sup>2</sup>, *quae sponsa est*  
*mihî,*

*Nullam mihi malim, quam istanc, uxorem dari.*

*A. Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia*  
*Dicam, scientem an imprudentem, incertu*<sup>3</sup>  
*sum* <sup>3</sup>.

*D. Quid, si animam debet* <sup>4</sup>? *G. ager oppositu*<sup>5</sup> *st*  
*pignori ob*

*Decem minas, inquit. D. age, age, iam ducat:*  
*dabo* <sup>5</sup>.

*G. Aediculae item sunt ob decem alias. D. hoi, hei,*  
*Nimium est. C. ne clama: petito haec a me decem.*

*G. Uxori emenda ancillula est; tum pluscula 60*  
*Suppelleçtile opus est; tum sumptu ad nuptias.*  
*His rebus sane pone* <sup>6</sup>, *inquit, decem minas.*

*cuniae, quam dicturus est,*  
*ingeritur.*

<sup>1</sup> Minuit, quod grandius  
 videbitur senibus.

<sup>2</sup> Non accipiam; ut prae-  
 sens pecunia credatur, neque  
 de summa locus sit disputa-  
 tioni.

<sup>3</sup> Iratissimus Antipho haec  
 seorsim.

<sup>4</sup> Graecum proverbium.

<sup>5</sup> Male haec ab aliis Chre-

meti tribuuntur, quae sunt  
 Demiphonis, credentis scil.  
 decem tantum istis minis  
 rem confectam fore. Geta  
 vero, ne statim deterreretur  
 Demipho, prudenter non  
 protinus summam omnem  
 dixit.

<sup>6</sup> h. e. ad minimum sta-  
 tue; quasi plus quidem exi-  
 gere possit; sed hoc contra-  
 tus sit.

*D.* Sexcentas <sup>1</sup> proinde scribito iam mihi dicas :  
Nil do : impuratus me ille ut etiam irrideat ?

*C.* Quaeso, ego dabo, quiesce. tu modo filius <sup>65</sup>  
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. *A.* hei  
mihi,

*Geta*, occidisti me tuis fallaciis <sup>2</sup>.

*C.* Mea causa eiicitur : me hoc est aequom amit-  
tere <sup>3</sup>.

*G.* Quantum potes, me certiozem, inquit, face <sup>4</sup> :  
*Si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus siem : 70*  
*Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.*

*C.* iam accipiet <sup>5</sup> : illis <sup>6</sup> repudium renuntiet :  
Hanc ducat. *D.* quae quidem illi res vortat male.

*C.* Opportune <sup>7</sup> adeo nunc mecum argentum attuli,  
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia <sup>8</sup> : 75

<sup>1</sup> Ut ap. Graecos *μυρία*,  
ita Latine *sexcenta* dicitur  
pro multis.

<sup>2</sup> Ant. ira & dolore victus  
haec pronuntiat sibi.

<sup>3</sup> Chr. hoc ad Dem. dicit,  
rerum suarum conscium.

<sup>4</sup> Geta artifex, quo ni-  
nus ipse intervenire huic rei  
videatur, tenorem narratio-  
nis ad extremum satis gra-  
viter peragit; lente festinans  
orditur *quantum potes* &c.  
ob periculum in mora.

<sup>5</sup> Chr. sua causa promp-  
tior est ad rem absolgen-  
dam. Demipho tenacior vix  
cedit fratris causa. Mox in-  
vidia precationem in nuptiis  
sollennem convertit in im-  
precationem.

<sup>6</sup> Sponsae, eamque de-  
spondentibus.

<sup>7</sup> Comice. Sic enim com-  
modius emungitur a Geta.

<sup>8</sup> Malam eius rei ab uxore  
iracunda inibit gratiam.

Id : sumam : uxori , tibi opus esse , dixero <sup>2</sup>!

ACTUS IV. SCENA IV<sup>3</sup>.

ANTIPHON, GETA.

A. **G**eta! G. hem! A. quid egisti <sup>4</sup>? G. emunxi  
argento fenes <sup>5</sup>.

A. Satin' id est <sup>6</sup>? G. nescio hercle : tantum <sup>7</sup>  
iussus sum.

A. Eho verbero , aliud mihi respondes , ac rogo?

G. Quid ergo narras? A. quid ego narrem?  
opera tua ad

Restim mihi quidem res rediit planissime <sup>8</sup> : 5

Ut te quidem omnes di , deae , superi , inferi ,

1 Id (argentum) *sumam* ,  
impendam. Sic Don. Sed  
Bemb. habet *inde* , l. ex fruc-  
tu praedii , *sumam* scil. 30  
minas.

2 Futurum exactum , ut  
intelligatur , non , nisi prius  
annuerit uxor , fratri com-  
modare audere. Senes una  
abeunt ad argentum peten-  
dum.

3 Prodit ex angulo Ant.  
plenus irarum ; quas muta-  
bit Geta , quasi ludens , in  
spem melioris exitus.

4 Non tam interrogat ,  
quam iracunde corripit.

5 Iocose respondet , ut  
non tam male actum puer  
Ant. quam videatur ipsi.

6 Int. te argentum inve-  
nisse. Sed Geta iocose acci-  
pit , ac si rogasset , fatifne id  
argenti sit ad rem Phaedriae  
absolvendam.

7 Scil. 30 minas.

8 Formula desperantis ,  
cui iam nihil relictum sit ,  
quam ut se suspendat. cf.  
Andr. I, 5 , 21.

Malis exemplis perdant! hem, si quid velis,  
Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo  
auferat.

Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere <sup>1</sup>;  
Aut nominare uxorem? iniecta est spes patri, 10  
Possesse illam extrudi. cedo, nunc porro Phormio  
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum:  
Quid fiet? *G.* non enim ducet <sup>2</sup>. *A.* novi: ceterum  
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet <sup>3</sup>  
In nervom potius ibit <sup>4</sup>. *G.* nihil est, Antipho, 15  
Quin male narrando possit depravarier.  
Tu id, quod boni est, excerpis <sup>5</sup>; dicis, quod  
mali est.

Audi nunc contra iam. *si argentum acceperit,*  
*Ducenda est uxor,* ut ais: concedo tibi:

<sup>1</sup> Proverbiale. Cic. de N. D. I, 37 *Quidquid enim horum attigeris, ulcus est. Ita male instituta ratio exitum reperire non potest. Ulcera tangendo non curantur, sed fere nutriuntur, serpunt. Accedit, quod tactio ulceris dolorem moveat inutiliter. Itaque Ant. iam disputans obicit: quid ita rationem argenti inveniendi instituisti, ut exitum reperire nequeas?* Declarat id mox pluribus.

*Terentius T. II.*

<sup>2</sup> Geta multa clamanti pauca sedate respondet, velut istorum nihil timens.

<sup>3</sup> Scilicet ironiae inservit.

<sup>4</sup> Scil. quam ducat Phanium. In nervum s. vincula corripiebantur, qui solvendo non erant. Phormio autem argentum redditurus erat Phaedriae; neque ipse senibus dotem reddere poterat, si nuptias effugeret. cf. supra III, 1, 11.

<sup>5</sup> h. l. omittis.

Spatium quidem , tandem <sup>1</sup> apparandis nuptiis, 20  
Vocandi, sacrificandi dabitur paululum :

Interea <sup>2</sup> amici, quod polliciti sunt <sup>3</sup>, dabunt :

Inde iste reddet. *A.* quam ob rem <sup>4</sup>? aut quid  
dicet? *G.* rogas?

Quot res <sup>5</sup>? *post illi* <sup>6</sup> *monstra evenerunt mihi :*

*Introiit in aedes ater alienus canis* <sup>7</sup> : 25

*Anguis per impluvium decidit de tegulis :*

*Gallina cecinit* <sup>8</sup>. *interdixit* <sup>9</sup> *hariolus :*

*Haruspex vetuit* <sup>10</sup> : *ante brumam autem novi*

<sup>1</sup> Coniunge *tandem* cum *app. n.* ut significetur, moram fore in apparandis nuptiis. Ad has spatium vocandi, sacrificandi dabitur; quod *G. Fabr.* non intelligens falso fecit *apparandi nuptias*, quod alii secuti sunt.

<sup>2</sup> Cf. *Andr. II, 1, 16.*

<sup>3</sup> *Int. argentum.*

<sup>4</sup> *Int. reddet dotem, repudiata Phanio, quam ducere pollicitus erat.*

<sup>5</sup> Scil. dicere poterit; cf. *Plaut. Mil. II, 2, 95 Trecentae causae possunt colligi.*

<sup>6</sup> h. e. posteaquam Phanium me ducturam promiseram. Colligit vero *Geta* verbis *Phormionis* causas,

a religione & superstitione Graecorum ductas, ob quas nuptiae non futurae essent. Poeta sic pulchre ludit vanissimam illam *δεισιδαιμονίαν* hominum, qui res fortuitas ad praefagium futuri mali trahunt.

<sup>7</sup> Multa a canibus ferebantur prodigia. *Alienus* vero canis in aedes introiens vertebatur in omen parati mocchi.

<sup>8</sup> In qua domo gallina cantabat, credebatur uxor superstes fore marito, teste *Don.*

<sup>9</sup> *Int. nuptias.*

<sup>10</sup> Scil. victimis inspectis nuptias vetuit,



*Negoti inciperem quid? causa est iustissima* 1.

Haec fient 2. *A.* ut modo fiant. *G.* fient : me  
vide 3:

Pater exit : abi, dic, esse argentum, Phaedriae.

ACTUS IV. SCENA V4.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

**D.** Quietus esto, inquam : ego curabo, ne  
quid verborum duit.

Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin  
mihi testes adhibeam,

Cum dem : et, quam ob rem dem, commemora-  
bo. *G.* ut cautus est, ubi nil opu' sit 4.

**C.** Atqui ita opus factu est : et matura, dum  
lubido eadem haec manet :

Nam si altera illaec magis instabit, forsitan nos  
reiciat. 5

1 Pulchrius Geta per iro-  
niam sic claudit ; uti Andr.

I, 1, 114 *honesto oratio est* ;  
& V, 4, 47 *causa optima*  
*est.* Ap. nostrum vero *causa*  
*iusta* dicitur supra II, 2, 49  
& Heaut. prol. 41.

2 Supra Ant. dixerat v.

3 *quid fiet?*

4 Fortius sic dicit, quam  
*crede mihi*, & fiducia sua e-

rigit animum Antiphonis.

5 Redeunt cum argento  
fenes, cautius quam opus  
est consulentes, quomodo  
nunc detur Phormioni, &  
Phanium bona cum gratia  
amoveatur. Neque Phormio  
redditaris erat, neque Pha-  
nium amovenda.

5 Geta hoc seorsum dicit  
ad spectatores.

*G.* Rem ipsam putasti <sup>1</sup>. *D.* duc me ad eum ergo.

*G.* non moror. *C.* ubi hoc egeris,  
Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc  
prius, quam hinc abit :

Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne fuc-  
censeat ;

Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit fami-  
liarior ;

Nos nostro officio non digressos esse ; quantum is  
voluerit, 10

Datum esse dotis <sup>2</sup>. *D.* quid tua, malum, id re-  
fert ? *C.* magni, Demipho.

Non satis est, tuum te officium fecisse, id si non  
fama approbat.

Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se  
eiectam praedicet.

*D.* Idem ego istuc facere possum. *C.* mulier mu-  
lieri magis convenit <sup>3</sup>.

*D.* Rogabo <sup>4</sup>. *C.* ubi illas <sup>5</sup> nunc ego reperire  
possim, cogito. 15

<sup>1</sup> Senilem cautionem ri-  
det ad spectatores.

<sup>2</sup> Quam loquax est Chr.  
sibi que prudentior videtur,  
qui primus se decipi passus  
est! Atque eius causa Dem.  
difficilior tandem cedit.

<sup>3</sup> h. e. minus repugnat,

f. mulier mulieri facilius  
persuadet.

<sup>4</sup> Scil. uxorem tuam. Nunc  
cum Geta abit ad Phorm.

<sup>5</sup> Filiam eiusque matrem,  
quas Lemno Athenas mi-  
grasse audiverat supra sc. I,  
5 sq. Quibus verbis simul

## ACTUS IV. SCENA VI.

SOPHRONA, CHREMES.

S. Quid agam? quem mihi amicum inveniam  
 misera? aut quo<sup>2</sup> consilia haec<sup>3</sup> referam?  
 Aut unde auxilium<sup>4</sup> petam?

Nam vereor, hera ne ob meum suasum indigna  
 iniuria afficiatur:

Ita patrem adolescentis facta haec tolerare audio  
 violenter.

C. Nam quae haec anus est exanimata, a fratre  
 quae egressa est meo? 5

S. Quod ut facerem, egestas me impulit<sup>5</sup>; cum  
 scirem infirmas nuptias

huic scenae coniungitur se-  
 quens, quam male vulgata  
 disiunxit ab Actu IV, con-  
 tra quam Donatus edixerat.  
 Nos hunc, s. potius ipsam  
 scenicam rationem sequi-  
 mur cum Dacieria.

1 Dum quaerere filiam &  
 uxorem meditatatur Chremes,  
 nutrix filiae a Demiphone  
 egreditur in scenam, quam  
 querentem de herae peri-  
 culo ubi aliquantum audisset  
 & agnovisset, ipse ad eam

accedit, ac resciscit, filiam  
 suam, quod voluerat, nup-  
 tam esse Antiphoni. Ex  
 hac catastrophe erit Actus V.

2 h. e. ad quem; uti mox  
 unde, a quo.

3 Quae ipsa dein narrat  
 v. 6 & 7. Vult amicum pru-  
 dentem.

4 Auxilium praesens ad-  
 versus patrem Antiphonis;  
 & sic opus sit potenti amico.

5 Veniam adeo meretur.

Hæc esse, ut id confulerem, interea vita ut in tuto foret.

C. Certe aedepol, nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi <sup>1</sup>,

Meae nutricem gnatae video. S. neque ille investigatur. C. quid agam?

S. Qui est eius pater. C. adeo? an maneo, dum ea, quae loquitur, magis cognosco? 10

S. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est, quod verear. C. ea est ipsa:

Conloquar <sup>2</sup>. S. quis hic loquitur? C. Sophrona. S. et meum nomen nominat?

C. Respice ad me. S. di, obsecro vos: estne hic Stilpho? C. non. S. negas?

C. Concede hinc a foribus paululum istorsum fodes, Sophrona.

Ne me istoc posthac nomine appellassis <sup>3</sup>. S. quid? non, obsecro, es, 15

Quem semper te esse <sup>4</sup> dictitasti? C. st. S. quid has metuis fores?

C. Conclusam hic habeo uxorem faevam <sup>5</sup>: verum istoc de nomine

<sup>1</sup> Error est, ex eo, quod male videmus, l. quod confuse. Utrumque in senem cadit maxime.

<sup>2</sup> Nunc primum certus accedit, & altius secum loquitur.

<sup>3</sup> Chr. metuens ab uxore summissius eam monet. Sed vetula, rerum ignara, clare loqui pergit.

<sup>4</sup> *Esse* antiquorum more dixit pro *nominari*. Don.

<sup>5</sup> Velut *feram*; apte igitur

Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris

Effutiretis <sup>1</sup>, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.

S. Istoc <sup>2</sup> pol nos te hic invenire miserae nunquam potuimus. 20

C. Eho, dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, unde exis <sup>3</sup>?

Ubi illae sunt? S. miseram me <sup>4</sup>! C. hem, quid est? vivuntne? S. vivit gnata <sup>5</sup>.

Matrem ipsam ex aegritudine miseram mors consecuta est <sup>6</sup>.

*conclusam* dicit. Ferae enim caveis concluduntur.

<sup>1</sup> Mulieres similes vase futili, nec bene continent, quae tradideris; cf. Andr. III, 5, 3 & Eun. I, 2, 23 & 25.

<sup>2</sup> *Istoc*, ob istuc; uti ante eo, ob id.

<sup>3</sup> Post ambages, quas fecit metus uxoris, venit ad rem. Mirum ipsi erat, quod nutrix filiae a Demiphone egressa esset; unde quaerit simul, ubi illae, filia eiusque mater, sint.

<sup>4</sup> Verum dicere metuit ob nuptias filiae infirmas,

suo suasu confectas. Ex metu nutricis territus pater metuit, ne ipsis humanitas quid acciderit. Lenius vero rogat *vivuntne?*

<sup>5</sup> Ab eo incipit, quod iucundius esse debebat patri. Inde ad uxorem Lemniam venit, quam iam minus desideraturus erat senex. Tandem se immiscet, dum ad eum refert sua de Phanii nuptiis consilia.

<sup>6</sup> E medio igitur abiit qui in hac re scrupulus esse potuit; cf. V, 8, 30. Invenietur hinc ratio pacis, cum uxore faciendae.

C. Male factum <sup>1</sup>! S. ego autem, quae essem anus  
deferta, egens, ignota,

Ut potui, nuptum virginem locavi huic ado-  
lescenti, 25

Harum qui est dominus aedium. C. Antiphonine?  
S. hem, isti ipsi. C. quid!

Duasne is uxores habet? S. au, obsecro! unam  
ille quidem hanc solam.

C. Quid illa altera, quae dicitur cognata? S. haec  
ergo <sup>2</sup> est. C. quid ais?

S. Composito factum est, quo modo hanc amans  
habere posset

Sine dote, C. di vestram fidem, quam saepe  
forte temere <sup>3</sup> 30

Eveniunt, quae non audeas optare <sup>4</sup>! offendi  
adveniens,

Quicum volebam, atque ut volebam, concilia-  
tam amore.

Quod nos ambo opere maximo dabamus ope-  
ram, ut fieret,

<sup>1</sup> Bene temperavit poeta,  
ne humano animo non fer-  
ret mortem uxoris Lemniae,  
quam nunc aegrius ferre  
haud potuit.

<sup>2</sup> Ergo h. l. vim confir-  
mandi habet, pro haec ipsa

est, ut Plaut. Epid. III, 4,  
41.

<sup>3</sup> s. improvise, sine no-  
stra cura.

<sup>4</sup> Plaut. Most. I, 3, 40  
Insuperata accidunt magis saepe,  
quam quae speres.

Sine nostra cura, maxime sua cura haec sola fecit <sup>1</sup>.

S. Nunc quid opus facto sit, vide <sup>2</sup>: pater adolescentis venit, 35

Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt.

C. nihil pericli est.

Sed per deos atque homines, meam esse hanc cave resciscat quisquam.

S. Nemo ex me scibit <sup>3</sup>. C. sequere me: intus <sup>4</sup> cetera audies.

ACTUS V. SCENA I. 5

DEMIPHO, GETA.

D. **N**ostrapte culpa facimus, ut malis expediat esse,

<sup>1</sup> Haec muliercula egens, deserta, fecit sua cura (adiuvantibus Diis), quod ut fieret nos ambo maxime operam dabamus. Ita forte temere res cupita evenit Chremeti. Forte factum erat, ut interveniret adolescens, qui lacrumans narraret de virgine misera, ut Ant. commotus eam adiret, visamque statim amaret. Nuptiis consuluit nutrix sola; cf. v. 6 sq.

<sup>2</sup> Consilia placuisse patriatis habens, ab eodem au-

xilium petit, cf. v. 2, quo nunc non opus esse, ipse edicet.

<sup>3</sup> Scibit tamen aliunde Geta; hinc erunt iurgia inter ipsum & uxorem, & Phaedriae securitas.

<sup>4</sup> In aedibus Demiphonis, quo una ingreditur ad filiam.

<sup>5</sup> Dem. a Phormione, cui argentum dederat, redux, sera prudentia animum retorquet ad argentum amissum; iam Nausistratam re-

Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos:  
*Ita fugias, ne praeter casam* <sup>1</sup>, quod aiunt. nonne  
 id fat erat,

Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est  
 ultro obiectum,

Ut sit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat. §

G. Planissime <sup>2</sup>. D. his nunc praemium est, qui  
 recta prava faciunt.

G. Verissime. D. ut stultissime quidem illi <sup>3</sup> rem  
 gesserimus.

G. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam  
 ducat <sup>4</sup>.

gaturus, ut cum Phanio lo-  
 quatur. Mox *exp. esse* int. ma-  
 los; cf. Heaut. II, 3, 8.

<sup>1</sup> Prov. quod Don. ex-  
 ponit: *ne praetereas casam*  
*tuam, quae sit tibi tutissimum*  
*receptaculum*. Plura is addit,  
 velut incertus sententiae.  
 Sed & ea, & quae recen-  
 tiores multa congeslere, ad  
 obscurandum magis, quam  
 ad illustrandum proverbium,  
 omittimus. Poeta nobis v.  
 sq. ita praecire videtur, ut  
 credamus, proverbio mo-  
 neri, ne quis hostem fugien-  
 do casam praetereat suam;  
 in quam si se receperit, fa-

tis erit iniuriae; si praeter-  
 ierit, ultro se hosti praebi-  
 turus sit, iniuriis afficien-  
 dum, spoliandum.

<sup>2</sup> Assentans deridet ho-  
 minem sero sapientem.

<sup>3</sup> h. e. pro illo, ut illi  
 praemium esset. Sic Iulianus  
 L. quoties D. de solut. *tam-*  
*quam negotium reo gessisset*.  
 Alii malant adverbialiter  
 sumi pro *illuc*, in ea re.

<sup>4</sup> Ut stultissimo stultius  
 videatur consilium, etiam a  
 mutabili animo Phormionis  
 metum incutit; in quo est  
 praeparatio futuri.



*D.* Etiamne id dubium est? *G.* haud scio hercle,  
ut homo est <sup>1</sup>, an mutet animum.

*D.* Hem! mutet autem? *G.* nescio: verum, si  
forte, dico. 10

*D.* Ita faciam, ut frater censuit <sup>2</sup>; ut uxorem  
eius huc adducam,

Cum ista ut loquatur. tu, *Geta*, abi <sup>3</sup>: praenuntia  
hanc <sup>4</sup> venturam.

*ACTUS V. SCENA II.*

*G E T A.*

*G.* **A**Rgentum inventum est *Phaedriae*: de iur-  
gio <sup>6</sup> filetur:

Provisum est, ne in praesentia haec hinc abeat <sup>7</sup>:  
quid nunc porro?

Quid fiet? in eodem luto haefitas <sup>8</sup>: vorfura  
solvis,

<sup>1</sup> cf. *Adelph.* I, 2, 63.

<sup>2</sup> Territus iam utitur con-  
silio fratris; ut citius res  
conficiatur bona gratia.

<sup>3</sup> Ad *Phanium*.

<sup>4</sup> Scil. *Nausistratam*.

<sup>5</sup> Ingresso iam *Dem.* ad  
*Nausistratam*, *Geta*, ante-  
quam abeat, solus secum re-  
putat, quae acta sunt, &

futuri rationes init.

<sup>6</sup> Patris cum filio *Antiph.*

<sup>7</sup> Spatium enim posce-  
tur ad apparandas nuptias;  
cf. IV, 4, 21.

<sup>8</sup> *Lactant.* VII, 2 itaque in  
varias sibi que saepe contrarias  
sententias inciderunt, ex qui-  
bus exitum non haberent; &  
in eodem luto, sicut *Comicus*

Geta : praefens quod fuerat malum, in diem abiit :  
 plagae crescunt ,  
 Nisi prospicis <sup>1</sup>. nunc hinc domum ibo, ac Pha-  
 nium edocebo , 5  
 Ne quid vereatur Phormionem, aut eiu' ora-  
 tionem.

ait, haesitaverunt. Exponimus igitur : dum exitum quaeris, non invenis, sed altius immergeris. Mox *vorsura solvis* h. e. ut Don. ait, *creditorem mutas*. Sed explendo facilius intelligitur formula, *vorsura* scil. facta *solvis* s. dissolvis scil. debitum. Cic. ad Attic. V, 1 post mentionem *DCCC HS* ita ait, *quae quidem utique vel versura facta solvi volo*. Ergo alii male retinent olim editum h. l. *vorsuram solves*. Solverat Geta quasi prius debitum, dum Phaedriam, invento argento, liberasset periculo amittendae amicae; sed invenerat argentum quasi *vorsura*, h. e. ut inde Antiphoni maius esset periculum amittendae uxoris. Huic respondent quae Geta v. sq.

addit. *Vorsuram* ( quae dicitur a *vertendo*, h. e. mutando creditore ) *faciebant*, qui ex aere alieno dissolvebant aes alienum, argentario interveniente, qui priori creditori satisfaciens novus creditor foret, sed iniquioris foenoris conditione. Unde & tandem Romae *vorsura* vetita; cf. Tac. Ann. VI, 16. Ingeniose autem dictum Ter. accommodavit Lactant. II, 8, 24.

1 Hic consistit Getae consilium, quod est in quaerendo spatio ad nuptias, an etiam inde, quod Phanium adversari debeat contra nuptias novas, neque orationem ea de re audiat; unde res ipsa proferri debet.

## ACTUS V. SCENA III.

DEMIPHO, NAUSISTRATA.

**D.** **A**gedum, ut soles, Nausistrata, fac illa ut placetur nobis,

Ut sua voluntate id, quod est faciendum, faciat.  
*N.* faciam.

**D.** Pariter nunc opera me adiuves, ac re dudum opitulata es <sup>1</sup>.

*N.* Factum volo <sup>2</sup>: ac pol minus queo viri culpa, quam me dignum est.

**D.** Quid autem? *N.* quia pol mei patris bene parta indiligenter <sup>3</sup>

Tutatur: nam ex his praediis talenta argenti bina Capiebat statim <sup>4</sup>: hem, vir viro quid praestat!

**D.** bina quaeso <sup>5</sup>?

<sup>1</sup> Demea festinans cum Nausistrata, hanc in scena, quasi in itinere, orare pergit. Mox vero miscet dives mulier pro ingenio licentius querelas de viri negligentia.

<sup>2</sup> Scil. mutuo, quod ipsa praesente ex eius praediis acceperat; ut supra IV, 76.

<sup>3</sup> Formula, qua promptitudinem significamus orantibus opem nostram, cf.

Plaut. Bacch. III, 3, 91.

<sup>4</sup> Statim h. l. primam habens longam, significat perpetuo, aequaliter & quasi uno statu. Cf. Tac. Ann. IV, 38 in fine, ibique not. ed. Bip.

<sup>5</sup> Vide, ut Dem. mulierem capere studet mirando, assentando. Altius igitur iam clamat mulier superbe de se sentiens.

*N.* Ac rebus vilioribu' multo, tamen talenta bina.

*D.* hui!

*N.* Quid haec videntur? *D.* scilicet. *N.* virum me  
natum vellem :

Ego ostenderem... *D.* certo scio. *N.* quo pacto <sup>1</sup>...

*D.* parce <sup>2</sup>, fodes, 10

Ut possis cum illa ; ne adolescens mulier te  
fatiget.

*N.* Faciam, ut iubes : sed meum virum abs te  
exire video <sup>3</sup>.

*A C T U S V. S C E N A I V. 4*

DEMIPHO, NAUSISTRATA, CHREMES.

**C.** HEm, Demipho,

<sup>1</sup> Dictura fuit : rem tue-  
ri & augere oporteat. Sed  
interloquitur Demipho, cui  
iactatio haec nunc aliena est  
& molesta.

<sup>2</sup> Int. tibi; s. voci tuae.  
Exercebit vero lingulaca illa  
mulier, eaque saeva uxor,  
dein vim suam non adver-  
sus Phanium, sed iurgando  
virum.

<sup>3</sup> Hinc igitur novae sce-  
nae initium facimus.

<sup>4</sup> Chr. agnita filia, a De-  
miphone erumpens, fra-  
trem anxius quaerit, an  
pecunia data sit Phormioni,  
sed visa uxore statim reprimens se, arcanum fratri var-  
rie significare vult, verum  
is parum sagax diutius re-  
pugnat fratri; unde comici  
ludi, turbae pleni, in qui-  
bus est praeparatio futurae  
turbae, qua exitus inve-  
nietur.

Iam illi datum est argentum? *D.* curavi illico. *C.*  
nollem datum <sup>1</sup>.

Hei! video uxorem: paene plus, quam fat erat <sup>2</sup>.  
*D.* cur nolles, Chreme?

*C.* Iam recte <sup>3</sup>. *D.* quid tu? ecquid locutus cum  
ista es, quamobrem hanc ducimus <sup>4</sup>?

*C.* Transegi. *D.* quid ait tandem? *C.* abduci non  
potest <sup>5</sup>. *D.* qui non potest <sup>6</sup>? 5

*C.* Quia uterque utrique est cordi <sup>7</sup>. *D.* quid istuc  
nostra? *C.* magni. praeter haec,

Cognatam <sup>8</sup> comperi esse nobis. *D.* quid! deliras?  
*C.* sic erit:

Non temere dico: redi mecum in memoriam <sup>9</sup>.  
*D.* fati' ne sanus es?

<sup>1</sup> Primum signum, e  
quo coniiceret Dem. verum,  
nisi is coecuriret.

<sup>2</sup> Int. dixi, scil. de argen-  
to dato Phormioni, unde  
multa odorari potuit Nau-  
sistrata. Sed ea nil dum su-  
spiciens, postea certius se  
deceptam sentiet.

<sup>3</sup> Verum ob uxoris prae-  
sentiam eloqui non audens,  
fere nil respondet; quasi  
concedens. In hac ipsa vero  
reticentia alterum signum  
est.

<sup>4</sup> Scil. uxorem tuam.

<sup>5</sup> Tertium signum.

<sup>6</sup> Iam Demea irasci coe-  
pit; hinc minus odorabi-  
tur, quae paene plus quam  
sapienti fat forent, Chre-  
mes dicere cogitur.

<sup>7</sup> Quartum signum.

<sup>8</sup> Quintum signum, adeo  
clarum, ut ni coecus fuisset  
Demipho, inde coniiceret,  
Phanium inventam esse fi-  
liam fratris.

<sup>9</sup> h. e. meminervis, ut  
ego. Sic ad memoriam re-

*N.* Au, obsecro, vide, ne in cognatam pecces <sup>1</sup>:

*D.* non est. *C.* ne nega:

*Patri*' nomen aliud dictum est <sup>2</sup>: hoc tu errasti.

*D.* non norat patrem? 10

*C.* Norat. *D.* cur aliud dixit? *C.* nunquamne hodie concedes <sup>3</sup>, neque

Intelleges? *D.* si tu nil narras. *C.* perdis <sup>4</sup>. *N.* miror quid hoc fiet.

*D.* Equidem hercle nescio. *C.* vin' scire? at ita me fervet Iuppiter,

Ut propior illi, quam ego sum, ac tu, homo nemo est <sup>5</sup>. *D.* dii vostram fidem!

Eamus ad ipsam una omnes nos: aut scire, aut nescire hoc volo. *C.* ah <sup>6</sup>! 15

vocare tentat filiae ex uxore Lemnia.

1 Naufistrata ex viri dictis partem veri colligit. Demiphonem occupat penitus ardor animi, quo minus videat.

2 Chr. coactus profert sextum signum.

3 Int. mihi.

4 Perplexe loquitur & ambigue *perdis*, int. me, quem contumacia tua coadigis, ut ex signis datis iam plus, quam opus est,

uxor suspicatur. Sed & intelligi potuit, Demiphonem certando perditurum esse; uti de ludentibus simpliciter dicitur.

5 Chr. ad ultimum timens, ne uxor cum fratre tandem ad quaerendum istum in aedes irrumpat, septimum addit, quo paene res ipsa effutitur. Et tamen insanus Dem. fere perditum it fratrem.

6 Chr. exterritus inclamat; unde Dem. vix tandem

*D.* Quid est? *C.* itane parum mihi fidem esse apud te? *D.* vin' me hoc credere?

Vin' fatis quaesitum mihi istuc esse? age fiat. quid? illa filia

Amici nostri <sup>2</sup>, quid futurum est? *C.* recte. *D.* hanc igitur mittimus?

*C.* Quidni? *D.* illa maneat? *C.* sic. *D.* ire igitur tibi licet, Naufistrata <sup>3</sup>.

*N.* Sic pol commodius esse in omnes <sup>4</sup> arbitror, quam ut coeperas, 20

Manere hanc: nam perliberalis visa est, cum vidi, mihi.

*D.* Quid istuc negotii est? *C.* iamne operuit ostium <sup>6</sup>? *D.* iam. *C.* o Iuppiter!

Di nos respiciunt <sup>7</sup>: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. *D.* hem!

excitatur ad suspicandum fratris metum; necdum tamen videt verum.

<sup>1</sup> h. e. visne, me ultra nihil quaerere? Sic vero tandem abruptit sermonem.

<sup>2</sup> Significat ipsum fratrem Demipho, ne illius uxor intelligat. Sic vero Naufistrata plane praeparatur ad intelligendam argumentis rem omnem, cum primum Phormio eam illi indicaverit.

Terentius T. II.

<sup>3</sup> Ira tandem amovetur Naufistrata, metusque fratri adimitur.

<sup>4</sup> Scil. filiam tuam, & quam amat Phanium, teque ipsum focerum.

<sup>5</sup> Vinci se quidem passus erat a fratre; sed nil veri intellexit tardus & asper senex.

<sup>6</sup> Vide, ut alter sit meticulosus!

<sup>7</sup> Formula eorum, quibus subito ad salutem con-

P

Quo pacto id potuit? C. non fatis tutus est ad nar-  
randum hic locus.

D. At tu intro <sup>1</sup> abi. C. heus, ne filii quidem no-  
stri hoc resciscant, volo <sup>2</sup>. 25

*ACTUS. V. SCENA V<sup>3</sup>.*

A N T I P H O

**L**Aetu' sum, ut meae res sese habent <sup>4</sup>, fratri  
obtigisse quod volt.

Quam scitum <sup>5</sup> est, eiu' modi parare in animo cu-  
piditates,

Quas, cum res advorsae fient, paulo <sup>6</sup> mederi  
possis!

Hic simul argentum repperit, cura sese expeditit:

vertitur malum; cf. sc. 7,  
v. 15.

<sup>1</sup> Scil. ad me.

<sup>2</sup> Chr. qui supra nutricem  
monuerat, ne quis haec ex  
ea resciscat, & nunc idem  
monet fratrem, ne filii re-  
sciscant, is suo iudicio, quasi  
forex, peribit. Ipse enim hac  
scena id facere coeperat.  
Dum vero egrediuntur sce-  
na, hanc alter filiorum in-

greditur.

<sup>3</sup> Ant. iam a metu ad  
spem retinendae uxoris vo-  
catus, tum in laetitia de  
Phaedria curis expedito ali-  
quam partem venit, tum  
redire domum audet.

<sup>4</sup> Scil. mediae inter me-  
tum & spem.

<sup>5</sup> h. l. cautum; alias ve-  
nustum.

<sup>6</sup> Scil. sumptu l. remedio.



Ego nullo possum remedio me evolvere <sup>1</sup> ex his  
turbis, 5

Quin, si hoc <sup>2</sup> celetur, in metu; sin patefit, in  
probro siem.

Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset  
spes ostenta <sup>3</sup>

Huiusce habendae. sed ubinam Getam invenire  
possum, ut

Rogem, quod tempus conveniendi patris me ca-  
pere <sup>4</sup> iubeat?

ACTUS V. SCENA VI.

P H O R M I O, A N T I P H O.

P. **A**rgentum accepi: tradidi lenoni: abduxi  
mulierem:

Curavi, propria <sup>6</sup> Phaedria ut poteretur: nam  
emissa est manu.

<sup>1</sup> Metaphora, ducta a fili  
glomerare. Evolutum vero se  
prius ex his turbis intelli-  
get, quam Phaedriae cura  
argentaria adempta sit.

<sup>2</sup> Quod composito cum  
Phormione id fecerit.

<sup>3</sup> Cf. Eun. III, 5, 57. Ex  
quo Chr. cum Phanio egit,  
per intervallum inter Act.

IV & V, accipere potuit  
obscure, rem componi posse.

<sup>4</sup> Ut Graeci dicunt λα-  
βειν κατ'ερον.

<sup>5</sup> Accedit Phormio, spa-  
tium a senibus quaesiturus.  
Sed opportunius iam adest  
ad exitum fabulae; quo mi-  
nus opus erit spatio.

<sup>6</sup> Scil. muliere.

Nunc una mihi res etiam restat, quae est confi-  
ciunda, otium

Ab senibus ad potandum ut habeam : nam aliquot  
hos sumam dies.

*A.* Sed Phormio est. quid ais? *P.* quid? *A.* quid-  
nam nunc facturu' est Phaedria? 5

Quo pacto satietatem amoris ait se velle absumere? 1

*P.* Vicissim parteis tuas acturus est. *A.* quas? *P.*  
ut fugitet patrem.

Te suas rogavit rursus ut ageres, causam ut pro  
se diceres :

Nam potaturus est apud me : ego me ire senibus  
Sunium

Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum  
quam dixit Geta; 10

Ne, cum hic non videant me, conficere credant  
argentum suum.

Sed ostium concrepuit abs te. *A.* vide, qui egrediatur. *P.* Geta est.

1 *Satietaem am. absumere*  
est in amore cavere, ne eius  
satietaem habeas; satietaem  
ipsam amoris vincere; quod

facile fit in vero amore;  
difficilius in meretricio. Ant.  
Phaedriae amoris ex suo  
iudicat.

ACTUS V. SCENA VII<sup>1</sup>.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

G. **O** Fortuna <sup>2</sup>! o fors fortuna! quantis commoditatibus,

Quam subito, meo hero <sup>3</sup> Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem <sup>4</sup>!

A. Quidnam hic sibi volt? G. nosque amicos eiu<sup>5</sup> exonerastis metu!

Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio <sup>5</sup>,

<sup>1</sup> Geta (in quò vis consilii est, uti in Phormione rei gestio) cum, auceps sermonibus senum cum Phanio, clanculum audisset, Antiphonis uxorem inventam esse filiam Chremetis, laetitia praeproperans quaerit Antiphonem, gaudiis cummulandum, eumque cum Phormione invenit. Narrat audita. Sic Ant. subito evolvitur curis. Sed restat Phaedria, & cura de argento reddendo.

<sup>2</sup> *Fortuna* nunquam perpetuo bona est; sed laudatur *fors fortuna*, gubernatrix eo-

rum, quae bene eveniunt. Cf. Eun. V, 10, 4. & Hec. III, 3, 46.

<sup>3</sup> Qui mihi solus hodie est herus, cui uni ego servio.

<sup>4</sup> Mire auget pro sua ex metu laetitia. cf. Plaut. Capt. IV, 1, 7.

<sup>5</sup> Properantes pallium in collum coniciebant, ne cursus impediretur. Videri autem potest *onerare* aures, in verbo illo se circumagens. Sed & ipse nunc id agendo gestum rotantis se expressisse videtur, quasi homo liber, dum ab omni metu liber est.

Atque hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, sciat? 5

*A.* Num tu intellegis, hic quid narret? *P.* num tu?

*A.* nil. *P.* tantundem ego.

*G.* Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt <sup>1</sup>.

*A.* heus Geta. *G.* hem tibi <sup>2</sup>.

Num novum aut mirum est revocari, cursum cum institeris? *A.* Geta.

*G.* Pergit: hercle curialis vernula <sup>4</sup> est, qui me vocat:

Heracle nunquam hodie odio <sup>5</sup> tuo me vinces <sup>6</sup>. *A.*

non manes <sup>7</sup>? 10

*G.* Vapula <sup>8</sup>. id quidem iam tibi fiet, nisi resistis, verbero!

<sup>1</sup> Antiphonem cum Phaedria putat. Sed iam abducta erat amica Phaedriae. Cursum iam init.

<sup>2</sup> Idiotismus affecti subito, sed h. l. spernentis, uti Ad. V, 1, 4; quem exponimus: *hem tibi* otiosum aliquem (cf. Andr. V, 2, 1 *hem Davom tibi*) qui te remorari cupit; (quod saepius fiebat, cf. Ad. III, 2, 23.) Geta vero haud respectans, sed pergens haec dicit.

<sup>3</sup> Geta necdum respectans, sibi hoc dicit; mox oblique iacto capite illi, quisquis

vocet, respondet altius. Plane autem nova ratione versus tres sqq. ordinatos damus; quod tuemur in not. crit. ad h. l.

<sup>4</sup> Servus publicus, qui curiae, *φρατρία*, tertiae parti tribus ap. Athenienses servibat. Contemptim eum appellat *vernulam*.

<sup>5</sup> h. e. pervicacia in vocando.

<sup>6</sup> h. e. efficies, ut cursum fistam; cf. Hor. I Serm. 7, v. 6.

<sup>7</sup> Minanti voce pronuntiat.

<sup>8</sup> Quod, ut Festus ait, tum

G. Familiariorem <sup>1</sup> oportet esse hunc : minitatur malum <sup>2</sup>.

Sed isne est, quem quaero, an non? ipsu' est. P. congregere actutum <sup>3</sup>. A. quid est?

G. O omnium, quantum est, qui vivunt, homo hominum ornatissime :

Nam sine controversia <sup>4</sup> a dis solus diligere, Antipho. 15

A. Ita velim : sed, qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.

G. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? A. enicas.

P. Quin tu hinc pollicitationes <sup>6</sup> aufer, et, quod fers, cedo. G. oh!

dici solitum, cum vellent minantibus significare, se eos negligere & non curare-- teste Ter. in Phorm. &c. Locum hunc transtulit poeta ex Plaut. Aſin. II, 4, 72. Plenius idem Curcul. IV, 4, 12 *Vapulare ego te vehementer iubeo: ne me territes.* Graeci: Ομοξε κλαιειν μακραν σε κλεινω. Mox fiet, scil. ut vapules; quod Plaut. Aſin. l. c. addit.

<sup>1</sup> Scil. quam servum publicum; domesticum igitur

aliquem.

<sup>2</sup> Tandem respectans, dum hoc dixit, videt herum.

<sup>3</sup> Phormio ad Antiphonem; ut ocius conveniant Ant. & Geta. Ipse vero lentius sequitur.

<sup>4</sup> Per ambages quidem Geta Antiphonem deducit in laetitiam; sed fiducia ante firmat nuntium, quem apportet.

<sup>5</sup> Iam quoque adest Phormio; nova auditorus.

<sup>6</sup> Scil. boni (quibus re-

Tu quoque hic aderas, Phormio? *P.* aderam :  
sed cessas? *G.* accipe, hem.

Ut modo <sup>1</sup> argentum tibi dedimus apud forum,  
recta domum 20

Sumus profecti : interea mittit herus me ad uxorem tuam <sup>2</sup>.

*A.* Quamobrem? *G.* omitto proloqui : nam nihil  
ad hanc rem est, Antipho <sup>3</sup>.

Ubi in gynaeceum <sup>4</sup> ire occipio, puer ad me accurrit Mida :

Pone apprehendit pallio, resupinat: respicio, rogo,  
Quamobrem retineat me : ait esse vetitum, intro  
ad heram accedere : 25

*Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,*

*Eumque nunc esse intus cum illis. hoc ubi ego  
audivi, ad fores <sup>5</sup>*

Suspensio gradu placide ire perrexi : accessi : astiti :  
Animam compressi : aurem admovi : ita animum  
coepi attendere,

spondeat expectatio ) o-  
mitte.

<sup>1</sup> *Vide, ait Don. narrationem coeptam, unde opus est. Scil. quae ab Act. V initio gesta sunt.*

<sup>2</sup> *Conversus ad Ant. hoc dicit. Don.*

<sup>3</sup> Prudenter amovet inutilem quaestionem.

<sup>4</sup> Cf. Eun. III, 5, 31. ibique not.

<sup>5</sup> Gestu nunc adsimulat, quomodo admoverit sensim pedes, aures, cett.

Hoc modo sermonem captans. *A.* eu Geta <sup>1</sup>! *G.*  
hic pulcherrimum 30

Facinus audivi <sup>2</sup>: itaque paene hercle exclamavi  
gaudio.

*A.* Quod? *G.* quodnam arbitrare? *A.* nescio. *G.*  
atqui mirificissimum <sup>3</sup>:

Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuae.  
*A.* hem!

Quid ais <sup>4</sup>? *G.* cum eius olim consuevit matre  
in Lemno clanculum <sup>5</sup>.

*P.* Somnium: utin' <sup>6</sup> haec ignoraret suum patrem?  
*G.* aliquid credito, 35

Phormio, esse causae <sup>7</sup>: sed me censent' potuisse  
omnia

Intellegere extra ostium, intus quae inter sese ipsi  
egerint?

<sup>1</sup> Laudat servum.

<sup>2</sup> *Eiusmodi locos, inquit Don. poetae actoribus indulgent, quod in his actoris est commendatio.*

<sup>3</sup> Quanto insperatior est catastrophe, tanto incredibilior videtur.

<sup>4</sup> Insperatum audientis; & adiunctam habet correptionem totius corporis.

<sup>5</sup> Signum probabili atis subiicit.

<sup>6</sup> Int. potestne fieri, uti illa &c. Dubitat vero Ph. quod Phanii pater Stilpho dicatur. Atque id unum post reliqua signa decrit, quo minus veritas ipsa ab istis intelligatur.

<sup>7</sup> Scil. cur verum patrem ignoraverit. Mox *fabula* h. l. narratio est, quae quamvis verisimile non fiat, partem tamen veri habet, & cum Getae dictis conve-

A. Atque, hercle, ego quoque illam inaudivi fabulam. G. immo etiam dabo,

Quo magi' credas <sup>1</sup>. patruus interea inde huc egreditur foras :

Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo : 40

Ait uterque , tibi potestatem eius adhibendae <sup>2</sup> dari :

Denique ego missus sum , te ut requirerem, atque adducerem. A. hem!

Quin ergo rape me : quid cessas <sup>3</sup>? G. fecero <sup>4</sup>.  
A. o mi Phormio ,

Vale. P. vale , Antipho.

nit, hinc credi potest suo modo ; cf. Andr. I , 3 , 13.

<sup>1</sup> Geta paulatim profectus, iamque tandem certissima dabit documenta , quibus cognoscet Ant. rem ita esse, quamvis modus rei non manifesto appareat.

<sup>2</sup> Scil. in matrimonium, ut iustae uxoris. Verbum *adhib.* latioris est usus , ut *habere* ; hinc Virg. Aen. VIII,

*56 hos castris adhibe socios, & foedera iunge.* Etiam nutrices infantibus *adhiberi* dicuntur ; ac forsan petulans servus ambigue dixit , cf. Colum. VI , 27 , 9.

<sup>3</sup> Quantum potes celeriter , aufer me.

<sup>4</sup> Dum id dicit , inclinatur , ut Antipho insiliat tergo. Ludus est scenicus , qui spectatores in risum raperet.



## ACTUS V. SCENA VIII.

PHORMIO solus.

**B**Ene, ita me di ament, factum <sup>2</sup>: gaudeo,  
 Tantam fortunam de improvise esse his datam.  
 Summa eludendi occasio est mi nunc senes,  
 Et Phaedriae curam adimere <sup>3</sup> argentariam,  
 Ne cuiquam suorum aequalium supplex fiet <sup>4</sup>: <sup>5</sup>  
 Nam idem hoc argentum, ita ut datum est, in-  
 gratiis,  
 Eis <sup>5</sup> datum erit <sup>6</sup>: hoc <sup>7</sup> qui cogam, re ipsa rep-  
 peri.  
 Nunc gestus mihi voltusque est capiendus novus.  
 Sed hinc concedam in angiportum hunc proxu-  
 mum:  
 Inde hifce ostendam me, ubi erunt egressi foras: <sup>10</sup>

<sup>1</sup> Phormio ex laeta cata-  
 strophe invenit consilium se-  
 nes eludendi, ut non redda-  
 tur argentum datum Phae-  
 driae. Fingit quippe, se  
 velle uxorem iam ducere.

<sup>2</sup> Cave haec verba Anti-  
 phoni porro dicta credas,  
 quae evolantem non affecu-  
 ta forent. Quare ab iis no-  
 vam ordimur scenam, &  
 gaudeo iungimus sqq. a qui-  
 bus id al. divulsus fecere.

<sup>3</sup> Vide varietatem *occafio*  
*eludendi--&--adimere*. Plaut.  
 Capt. II, 3, 64 *nunc adest*  
*occafio benefacta cumulare*.

<sup>4</sup> Cf. Act. IV, 4, 23.

<sup>5</sup> Scil. senibus.

<sup>6</sup> Ironia: *argentum* (1. po-  
 tius pro argento magnum  
 malum) dabo invitis. Infra  
 sc. ult. v. 38 *Sic dabo--faxo*  
*tali fit maclatus atque hic est*  
*infortunio*.

<sup>7</sup> Scil. argentum, quod

Quo me affimularam ire ad mercatum <sup>1</sup>, non eo.

*ACTUS V. SCENA IX<sup>2</sup>.*

CHREMES, DEMIPHO, PHORMIO.

**E**Stne, ita uti dixi, liberalis <sup>3</sup>? *D.* oppido.  
 Dis magnas merito gratias habeo, atque ago:  
 Quando evenere haec nobis, frater, prospere.  
 Quantum potest, nunc conveniendus Phormio est,  
 Priu' quam dilapidat nostras triginta minas, 5  
 Ut auferamus. *P.* Demiphonem, si domi est,  
 Visam: ut quod... <sup>4</sup> *D.* at nos ad te ibamus, Phormio.  
*P.* De eadem hac fortasse causa <sup>5</sup>? *D.* ita hercle.  
*P.* credidi.

iam dispersum erat. Dederat enim Phaedriae; & hic lenoni.

<sup>1</sup> Cf. supra sc. 4, 10.

<sup>2</sup> Sc. habet concertationem senum & Phormionis. Illi argentum repetunt; hic ex pacto pugnat, uti aut argentum perdant, aut uxorem dent. Terrentibus eum mox iniicit metum, sc. omnem rem de uxore Lemnia, filiaque inventa significans. Tandem asperitas Demiphonis facit, ut Phormio Nausistratam advocet; inde nova

oriatur scena.

<sup>3</sup> Chr. a filia egrediens fratrem rogat, an non liberalior visa sit.

<sup>4</sup> *Ἀποστολή*, quam expleas: ut quod recepi in me, id me facere nunc paratum nuntiem.

<sup>5</sup> Simulat, se credere, senes cum ipso acturos esse, ut mox Phanium abducat; & de eadem causa se venire. Sed Dem. intelligit de causa generatim, quae inter eos coepta erat. Senes vero repetituri erant argentum; ille

Quid ad me ibatis ? ridiculum : verebimini ,  
 Ne non id facerem , quod recepissem semel. 10  
 Heus , quanta quanta haec mea paupertas est ,  
 tamen

Adhuc curavi unum hoc quidem , ut mi esset fides.  
 Idque adeo venio nuntiatum , Demipho ,  
 Paratum me esse : ubi voltis , uxorem date.  
 Nam omneis posthabui mihi res , ita uti par fuit , 15  
 Postquam , tantopere id vos <sup>1</sup> velle , animum advor-  
 teram.

D. At hic <sup>2</sup> dehortatus est me , ne illam tibi da-  
 rem <sup>3</sup> :

*Nam qui erit rumor populi , inquit , si id feceris ?  
 Olim cum honeste potuit , tum non est data :  
 Nunc viduam <sup>4</sup> extrudi , turpe est : ferme eadem  
 omnia ,* 20

Quae tute dudum coram me incusaveras <sup>5</sup>.

P. Satis superbe inluditis me. D. qui ? P. rogas ?

Quia ne alteram quidem illam potero ducere :

pro eo malum redditurus.

<sup>1</sup> Innuit , rem utrumque tangere.

<sup>2</sup> Ostendit fratrem.

<sup>3</sup> Dem. alias asper , mitem inquit rationem repetendi , quod vera causa ob fratrem reticenda erat.

<sup>4</sup> h. l. desertam marito , solam , Phormio odiosius di-

xerat supra III , 2 , 66.

<sup>5</sup> s. quae praesente me reprehenderas. Belle , ait Don. ut si quid neget , contra se ipsum sentire videatur. Sed stultus senex non advertit , se a se , & illis quae dixerat III , 2 deflexum in eodem luto haerere.

Nam quo redibo ore ad eam, quam contemserim?

*C.* Tum autem, Antiphonem video ab sese amittere 25  
Invitum eam, inque 1. *D.* tum autem video filium  
Invitum sane mulierem ab se amittere.

Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi  
Argentum rursus iube rescribi 2, Phormio.

*P.* Quodne ego discipuli 3 porro illis, quibu' de-  
bui? 30

*D.* Quid igitur fiet 4? *P.* si vis mi uxorem dare,  
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis  
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho:  
Nam non est aequom, me propter vos decipi:  
Cum ego vestri honoris causa 5 repudium alterae 35  
Remiserim, quae dotis tantundem dabat.

*D.* I in malam rem hinc cum istac magnificentia 6,

1 Et alter senex ridiculum  
se monitorem (submisit haec  
dicentem) praebet fratri,  
qui dum verba fideliter red-  
det, pariter se deridendum  
propinabit. Chr. quidem vi-  
deri vult, tamquam non  
ipsius res agatur.

2 Rescribebat numos, qui  
renumerabat intercedente  
scriptura ap. argentarium;  
cf. Hor. II Serm. 3, 75. Scri-  
bebat eos ille, qui prius scrip-  
tura intercedente per trape-

zitam dederat.

3 Don. multis per scrip-  
turam reddidi, multis dididi,  
h. e. ap. argentarium sol-  
vendos assignavi.

4 Dem. ubi iam dilapi-  
datum audit argentum, hae-  
rens rogat. Phormio satis  
magnifice se gerit, condi-  
tiones dicit.

5 Vestri respectu; cf. v. 16.

6 Qua honesta de te, &  
repudium cet. iactas. Scil.  
senex, Phanio agnita, frau-

Fugitive ! etiam nunc credis te ignorarier ,

Aut tua facta adeo ? *P.* irritor <sup>1</sup>. *D.* tun' hanc du-  
ceres <sup>2</sup> ,

Si tibi data esset ? *P.* fac periculum. *D.* ut filius <sup>40</sup>

Cum illa habitet apud te. hoc vestrum consilium  
fuit <sup>3</sup>.

*P.* Quaeso , quid narras <sup>4</sup> ? *D.* quin tu mi argen-  
tum cedo <sup>5</sup>.

*P.* Immo vero uxorem tu cedo. *D.* in ius ambula <sup>6</sup>.

*P.* Enim vero si porro esse odiosi pergitis <sup>7</sup>.

*D.* Quid facies <sup>8</sup> ? *P.* egone ? vos me indotatis <sup>9</sup>  
modo 45

Patrocinari fortasse arbitramini :

des hominis detexerat.

<sup>1</sup> Iam transitum facit ad  
senes magis eludendos , ira-  
tum se simulans.

<sup>2</sup> Vim habet futuri , ut  
saepissime. Confidenter &  
cum clamore rogat senex ,  
Phanii illum non esse co-  
gnatum edoctus ; sed & im-  
prudenter satis profert si-  
gnum veri , quod neminem  
scire oportuit.

<sup>3</sup> Indignum Phanio, quam  
tamen filio servare cupit, in-  
epte simulans dicit.

<sup>4</sup> s. ego , quid narres ,  
nescio ; ut Andr. III , 1 , 19.

<sup>5</sup> Dem. & Phormio iam  
cum clamore uterque agunt.

<sup>6</sup> s. in ius te voco. *Ius h.*  
l. locum iudicii notat.

<sup>7</sup> Don. *Vultu iuvandum  
est & pronuntiatione hoc, quod  
tam minaciter suspenditur.* E-  
nimvero principium est per  
*iracundiam dicturi*, ut Cic.  
Verr. I , 26.

<sup>8</sup> Territus senex, bis puer,  
rogat.

<sup>9</sup> Qualis fuit Phanium.

Etiam dotatis <sup>1</sup> soleo. C. quid id nostra? P. nihil <sup>2</sup>.  
Hic quandam noram, cuius vir uxorem. C. hem!

D. quid est?

P. Lemni habuit aliam. C. nullus sum <sup>3</sup>. P. ex qua  
filiam

Sufcepit: et eam clam educit. C. sepultu' sum <sup>4</sup>. 50

P. Haec adeo ego illi iam denarrabo. C. obsecro,  
Ne facias <sup>5</sup>. P. oh! tun' is eras? D. ut ludos facit <sup>6</sup>!

C. Missum te facimus <sup>7</sup>. P. fabulae <sup>8</sup>. C. quid vis tibi?  
Argentum quod habes, condonamus te <sup>9</sup>. P.

audio <sup>10</sup>:

Quid vos, malum <sup>11</sup>, ergo me sic ludificamini, 55  
Inepti, vostra puerili sententia <sup>12</sup>?

<sup>1</sup> Ut Nausistratae.

<sup>2</sup> Ironice. Quam lepide  
statim subiicit initium fa-  
bulae! verba, ut toridem te-  
la, paulatim iacit.

<sup>3</sup> Mortuus sum.

<sup>4</sup> *Αὐξήσις*; nam plus est,  
quam nullus sum. Don.

<sup>5</sup> Chr. supplex fatetur  
rem.

<sup>6</sup> Int. nobis. Andr. III,  
1, 21. I. nos ludificatur,  
uti mox v. 55.

<sup>7</sup> A te non amplius po-  
stulam argentum.

<sup>8</sup> Fastidiose abnuentis,

aut irridentis est.

<sup>9</sup> Cf. Eun. prol. v. 17.

<sup>10</sup> Non satis id habet sibi  
promissum Phormio, verens  
ne mox id irritum facerent.  
Incusat igitur, quae adhuc  
inconstanter cum eo ege-  
rant, aut perplexati sint; cf.  
Plaut. Aul. II, 2, 81 sq.

<sup>11</sup> Indignationis causa in-  
terponitur.

<sup>12</sup> Qui itidem estis, ut  
pueri, levi sententia (sensu  
s. animo). cf. Hec. III, 1,  
32.

Nolo, volo : volo nolo rursus <sup>1</sup> : cape, cedo :  
 Quod dictum, indictum est <sup>2</sup> : quod modo erat ra-  
 tum, irritum est.

C. Quo pacto, aut unde haec hic rescivit <sup>3</sup>? D.  
 nescio,

Nisi, me dixisse nemini, id certo scio. 60

C. Monstri, ita me di ament, simile <sup>4</sup>. P. inieci  
 scrupulum <sup>5</sup>. D. hem <sup>6</sup>!

Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,  
 Tam aperte irridens? emori hercle fatius est.

Animo virili praesentique ut sis, para :

Vides, tuum peccatum esse elatum foras, 65

Neque iam id celare posse te uxorem tuam :

Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,

Id nosmet ipsos indicare, placabilius est.

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo

Ulcisci. P. at, at, nisi mihi prospicio, haereo : 70

<sup>1</sup> *Primo singula* ( nolo, volo ) *separatim* : *deinde simul utraque* ( volo nolo ) *pronuntianda sunt.* Don.

<sup>2</sup> Cf. ad *Adelph.* III, 5, 62.

<sup>3</sup> Senes secum non consilium conferunt, sed timore stupent, quomodo rem resciverit Phormio.

<sup>4</sup> Cf. ad *Eun.* II, 3, 42.

<sup>5</sup> Qui eos male habet ; cf.

*Terentius T. II.*

*Andr.* V, 4, 38. *Plenius Ad.* II, 4, 29 sq. *timet : ini. scr. homini.*

<sup>6</sup> Dem. iratior ille, timensque sibi de argento, uti frater ab uxore, consilio ex arena fratrem ad ultimum impellit, ut rem ipse uxori indicet. Hinc Phormio prorsus instigatur ad peragenda sua.

Hi gladiatorio animo ad me affectant viam <sup>1</sup>.

C. At vereor, ut placari possit. D. bono animo es: Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme, Cum e medio excessit <sup>2</sup>, unde haec suscepta est tibi.

P. Itane agitis mecum? satis astute aggredimini: 75

Non hercle ex re istiu' me instigasti, Demipho.

Ain' tu <sup>3</sup>, ubi quae libitum fuerit, peregre feceris, Neque huius sis veritus <sup>4</sup> feminae primariae, Quin novo modo ei faceres contumeliam.

Venias <sup>5</sup> nunc precibus lautum peccatum tuum: 80

Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,

Ut ne restinguas, lacrumis si exstillaveris <sup>6</sup>.

D. Malum, quod isti di, deaeque omnes duint <sup>7</sup>!

Tantane affectum quemquam esse hominem audacia?

Non hoc publicitus scelus hinc deportarier 85

In solas terras? C. in id redactus sum loci,

<sup>1</sup> Velut desperati me adorientur. Alias brevius dicitur *ad aliquem affectare*.

<sup>2</sup> Et id se. sq. v. 30 scrupuli eximendi causa adhibet. Apte autem dictum *e medio*, ut quae impedimento foret redeundi in gratiam.

<sup>3</sup> Ad Chremem convertitur.

<sup>4</sup> Vetuste cum genit. uti Cic. ad Att. VIII, 4. plura

habet Gesn. in thes.

<sup>5</sup> Ellipsis *78* si ap. nostrum sollennis, & h. l. imperiosius aut minacius dicitur, quam si dixisset: Nunc si venias mihi, ut laves peccatum tuum, quasi maculam, ego dabo &c.

<sup>6</sup> h. e. totus in lacrimas conversus fueris.

<sup>7</sup> In iram inanem erumpit.



Ut, quid agam cum illo, nesciam prorsum. *D.*  
ego scio :

In ius eamus <sup>1</sup>. *P.* in ius? huc <sup>2</sup>, si quid lubet.

*D.* Affequere, retine, dum huc ego servos evoco.

*C.* Enim solus nequeo : accurre. *P.* una iniuria <sup>3</sup>  
est 90

Tecum <sup>4</sup>. *C.* lege agito ergo. *P.* altera est tecum,  
Chreme.

*D.* Rape hunc. *P.* sic agitis? enimvero voce est  
opus.

Naufisfrata, exi! *C.* os opprime. *D.* impurum vide,  
Quantum valet! *P.* Naufisfrata, inquam! *C.* non  
taces?

*P.* Taceam? *D.* ni sequitur, pugnos in ventrem  
ingere: 95

Vel oculum exsculpe. *P.* est, ubi vos ulciscar  
probe.

<sup>1</sup> Ira Demeae parum pro-  
ficit fratri, sed facit ad exi-  
tum fabulae.

<sup>2</sup> Illis se erepturus ad  
Chremetis domum, in qua  
uxor saeva est, tendit. Se-  
nes vero, bis pueri, eum  
vi abstrahere conantur. Co-  
micae inde erunt turbae,

in quibus laetatur populus.

<sup>3</sup> Actio iniuriarum ex  
lege.

<sup>4</sup> Scil. Demiphone. Iana  
plane evenit, quod supra  
Dem. de filiis Act. II, 3,  
35 sqq. Tradunt operas  
mutuas.

ACTUS V. SCENA X<sup>1</sup>.

NAUSISTRATA, CHREMES, PHORMIO,  
DEMIPHO.

N. **Q**uis nominat me? C. hem! N. quid istuc tur-  
bae est, obsecro<sup>2</sup>,  
Mi vir? P. ehem quid nunc obstipuisti<sup>3</sup>? N. quis  
hic homo est<sup>4</sup>?

<sup>1</sup> Hac scena perorat crimen  
Chremetis bigami Phormio,  
index coram Nausistrata do-  
mina & uxore Chremetis.  
Narrationi fides erit ex ipsa  
trepidatione rei. Nausistrata  
memor eorum, quae supra  
audiverat, & nunc edoctior,  
muliebri more corripit vi-  
rum. Astat Dem. nunc pa-  
tronus fratris, deprecans ve-  
niam, hoc maxime, quod  
e medio excefferat illa Lem-  
nia; sed priusquam mari-  
tus hodie in gratiam redi-  
ret, opportune Phormio  
amorem Phaedriac narrat,  
eumque cura argentaria li-  
berat, quod cum indigna-  
retur pater, mater facilius  
placatur, immo comice Phae-  
driam filium, qui olim ege-

rat patronum Antiphonis,  
facit iudicem paternae cau-  
sae, ut discant patres, quod  
Nausistrata significat, nos  
vero verbis Iuvenalis Sat.  
XIV, 56 addimus: *Unde  
tibi frontem libertatemque pa-  
rentis, Cum facias peiora  
senex.*

<sup>2</sup> Videns subito pugnam  
fratris & affinis cum quodam  
homine, clamat.

<sup>3</sup> Phormio repens liber  
irridet viro, qui nunc stat  
capite obstipo, (inflexo de-  
missoque in latus) multum  
similis metuenti, ut Hor.  
ait Serm. II, 5, 92. Inde  
iam reus a se indicatur;  
cf. Sall. Cat. 3.

<sup>4</sup> Haud noverat Phor-  
mionem,

Non mihi respondes <sup>1</sup>? *P.* hiccine ut tibi respondeat?

Qui hercle, ubi sit, nescit. *C.* cave isti quidquam creduas <sup>2</sup>.

*P.* Abi <sup>3</sup>, tange: si non totus friget <sup>4</sup>, me enica. <sup>5</sup>

*C.* Nihil est. *N.* quid ergo? quid istic narrat <sup>5</sup>? *P.* iam scies:

Ausculta. *C.* pergin' credere <sup>6</sup>? *N.* quid ego, obsecro,

Huic credam, qui nil dixit? *P.* delirat <sup>7</sup> miser Timore. *N.* non pot' temere est, quod tu tam times.

*C.* Egon' timeo <sup>8</sup>? *P.* recte sane <sup>9</sup>: quando nil times, 10

Et hoc nihil est, quod dico ego, tu narra. *D.* scelus!

<sup>1</sup> Reus ostenditur magis ab eo, quod non ausit respondere. Cf. Virg. II, 774.

<sup>2</sup> Respondet tandem; sed quam inepte! Convictus confitetur se reum, antequam crimen indicatum sit. Et porro inepte respondebit.

<sup>3</sup> *Abi*, blandientis est; cf. ad Ad. IV, 9, 3.

<sup>4</sup> Scil. metu.

<sup>5</sup> Nausistrata viro tacente provocans Phormionem, cuius nomen nescit, ut narret,

quod actum sit. (vide quae notavimus ad Heaut. III, 3, 18.) Hinc Ph. statim respondet.

<sup>6</sup> Supra v. 4 iam dixerat *cave--creduas*.

<sup>7</sup> Et mente & lingua.

<sup>8</sup> Timens timorem manifestum negat. Similiter Eun. IV, 6, 19 Chremes, plenus metu, eum negat: *egon' formidolosus?*

<sup>9</sup> Pulchre confutat hominem.

Tibi <sup>1</sup> narret? *P.* eho tu: factum est abs te sedulo  
Pro fratre <sup>2</sup>. *N.* mi vir, non mihi dicis? *C.* at... *N.*  
quid at <sup>3</sup>?

*C.* Non opus est dicto. *P.* tibi quidem: at scito huic  
opu'st.

In Lemno... <sup>4</sup> *C.* hem! quid ais? *D.* non taces?  
*P.* clam te... *C.* hei mihi! 15

*P.* Uxorem duxit... *N.* mi homo, di melius duint.  
*P.* Sic factum est. *N.* perii misera! *P.* et inde filiam  
Suscepit iam unam: dum tu dormis. *C.* quid agimus?  
*N.* Pro di immortales, facinus indignum et malum!  
*P.* Hoc actum est <sup>5</sup>. *N.* an quidquam hodie est fac-  
tum indignius? 20

Qui mi, ubi ad uxores <sup>6</sup> ventum est, tum fiunt  
fenes <sup>7</sup>.

1 Ut tibi suave sit.

2 Scite patronus & irri-  
derur, & ad silentium redi-  
gitur, qui clientis sic rem  
perdiderit.

3 Uxor interloquitur iam  
ad iram praeparata.

4 Iam sequitur narratio,  
quae crimen paucissimis in-  
vidiose complectitur, & alio-  
rum clamores ita scite pro-  
cuiusque affectu interiectos  
habet, ut simul peroratum  
sit. In Lemno.., uxorem du-

xit... & inde filiam suscepit  
unam: dum tu dormis (sola  
iaces)... hoc actum est.

5 Quod referas ad verba:  
dum tu dormis; & sic simul  
finem perorandi facit.

6 Quamvis irata, vere-  
cunde tamen iniuriam sibi  
hac in re factam, facit com-  
munem.

7 Se uxori excusant &  
fenes dicunt; cf. Plaut. A fin.  
IV, 2, 3.

Demipho <sup>1</sup>, te appello : nam me cum hoc pol distaedet loqui.

Haecine erant itiones crebrae, et mansiones diutinae Lemni? haecine erat ea, quae nostros fructus minuebat, vilitas <sup>2</sup>?

D. Ego <sup>3</sup>, Naufifrata, esse in hac re culpam meritum, non nego : 25

Sed <sup>4</sup>, ea quin sit ignoscenda... P. verba fiunt mortuo <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> Iam faciem avertit a viro ad Dem. Simul cum voce vertit metrum a senariis ad troch. oct. cat.

<sup>2</sup> Int. rerum; cf. supra V, 2, 8.

<sup>3</sup> Nunc demum invitatus (quasi reconciliator futurus. est enim frater mariti) audet deprecari; post veniam cupiens ulcisci Phormionem suo modo.

<sup>4</sup> Sed (repete nego), ea quin sit ign. h. e. eam esse, quae non sit ign. cf. Cic. Verr. IV, 1 nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin (quam non) quaesierit &c. Alia exempla affert Gell. XVII, 13 ex origg. Cat.

<sup>5</sup> Irridet utrique seni, alteri, quem supra dicit timore delirum, nunc mortuum, mox sepultum, (ut ipse Chr. sc. superiori 48 extimescens inquit hem, v. 49 nullus sum, v. 50 sepultus sum), alteri defensori & deprecatori, qui mortuum ad vitam revocare cupiat. *Natum*, inquit Erasmus, *adagium a consuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium, unde & conclamari dicebantur: praeterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Conclamatio continuabatur, quoad nono die sepelirentur mortui. Hinc iocose Plautus Bacch. III, 4, 21 apud se-*

D. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo <sup>1</sup>.

Vinolentus <sup>2</sup> fere abhinc annos quindecim <sup>3</sup> mulierculam

Eam compressit <sup>4</sup>, unde haec nata est: neque post illa unquam attigit <sup>5</sup>.

Ea mortem obiit <sup>6</sup>: e medio abiit, qui fit in re hac scrupulus <sup>7</sup>. 30

Quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras <sup>8</sup>.

N. Quid ego aequo animo? cupio misera, in hac re iam defungier <sup>9</sup>.

Sed qui sperem, aetate porro minu' peccaturum putem?

*pulcrum dicere iocum.*

<sup>1</sup> Dem. excusationem mun- nit rationibus, a) ab animo haud ab uxore alieno. *Tua & tuo* dicitur pro *tui*; uti in illo *causa mea*.

<sup>2</sup> b) ab imprudentia, cf. Ad. III, 5, 24 *persuasit--vinum*.

<sup>3</sup> c) ab aetate nondum senis.

<sup>4</sup> d) a diminutione & contemptu Lemniae, dum *mulierculam* nominat.

<sup>5</sup> e) a poenitentia facti.

<sup>6</sup> f) ab eventu, quod illa mortua est.

<sup>7</sup> Coniunge: *scrupulus*, qui fit in hac re, s. fieri solet, s. obstat, quo minus peccato ignoscatur.

<sup>8</sup> Blanditur tandem feminae, confugiendo ad eius aequanimitatem.

<sup>9</sup> s. desinere, scil. illum. Spem igitur facit veniae, si in hac re finem faciat, ut Ad. v. extr.

Iam tum erat senex <sup>1</sup>, senectus si verecundos facit.  
An mea formâ atque aetas nunc magis expetenda  
est <sup>2</sup>, Demipho? 35

Quid mi hic affers <sup>3</sup>, quam ob rem exspectem aut  
sperem, porro non fore <sup>4</sup>?

P. Exsequias Chremeti, quibus est commodum ire,  
hem tempus est <sup>5</sup>.

Sic dabo <sup>6</sup>: age nunc, Phormionem, qui volet,  
laceffito:

1 Senes comici ap. Ter. visi sunt habere LXV plus minus annos. Itaque ante XV annos Chr. annum agebat fere L. Sed Seniores ex disciplina Varronis teste Censorino c. 14 vocabantur in quarto gradu ab an. XLV ad an. LX; hinc & Hannibal, cum XLV ann. haberet, senem in patriam revertisse se dicit ap. Liv. XXX, 30.

2 Ergo nec cupiebat maritum a se abigere: quod ille veritus erat, si rescisceret uxor, A. IV, 1, 19 sq. Sed erat oggannitura perpetuo.

3 Scil. pro argumento ad spem faciendam.

4 *Callidius*, inquit Don.

*usa est ad extremum προμαλι* (interrogatione) *conversa ad ipsum defensorem mariti. De qua vi contradictionis exultat parasitus, tamquam confecto mortuoque adversario suo.*

5 Exultans in hoc parasitus ad spectatores convertitur, casum Chremetis funeri comparat, & praecoenem funeris agit. (Pro fletu nuncerit risus spectatorum.) Formula indicendi funeris erat sollennis: *L. Titius vixit. L. Titio exsequias ire quoi commodum est. Hem tempus est. Ollus exfector.*

6 Formula insultantis ultoris; cf. Plaut. Men. IV, 2, 40 & 64, Pseud. I, 2, 22. Iam se superbe gerit pro

Faxo tali sit maētatus, atque hic, infortunio.

Redeat sane in gratiam : iam supplici satis est mihi : 40

Habet haec, ei quod, dum vivat usque, ad aurem ogganniat 1.

N. At meo merito 2 credo. quid ego nunc ea commemorem, Demipho,

Singulatim, qualis ego in hunc fuerim? D. novi aequae omnia

Tecum 3. N. merito hoc meo videtur factum? D. minime gentium :

Verum, quando iam accusando fieri infectum non potest, 45

Ignosce. orat, confitetur, purgat. quid vis amplius?

P. Enimvero, prius quam haec dat veniam, mihi prospiciam et Phaedriae 4.

auctore funeris s. infortunii. Mox minae iactantis se hominis satis conveniunt cum iis, quae supra II, 4 de se iactaverat.

1 h. l. eadem haec centies incusando clamet, ut aures ipsi doleant. Plaut. A. fin. II, 4, 16 Centies eadem imperem, atque ogganiam.

2 Ironice, pro : id pro-

festo non eram merita; cuius beneficiis multis aliter respondere debuit iste.

3 Sic & Plaut. A. fin. II, 2 ut aequae mecum haec scias. Precator autem omnia concedit, ut modo venia detur.

4 Iam ipsum est momentum, quo utitur parasitus ad Phaedriam secum omni cura eximendum.



Heus , Naufistrata , prius quam huic respondes  
temere , audi. *N.* quid est ?

*P.* Ego minas triginta ab isto per fallaciam  
abstuli :

Eas dedi tuo gnato : is pro sua amica lenoni de-  
dit <sup>1</sup>. 50

*C.* Hem , quid ais ? *N.* adeon' indignum tibi vide-  
tur , filius ,

Homo adolescens , unam si habet amicam , tu ux-  
res duas ?

Nil pudere ? quo ore illum obiurgabis ? responde  
mihi <sup>2</sup>.

*D.* Faciet , ut voles. *N.* immo , ut meam iam scias  
sententiam <sup>3</sup> ,

Neque ego ignosco , neque promitto quidquam ,  
neque respondeo , 55

Prius quam gnatum videro : eius iudicio permitto  
omnia :

<sup>1</sup> Quam brevissime omnia  
eloquitur , hinc magis per-  
cutitur pater.

<sup>2</sup> Mater , ( quae omnes  
filiis in peccato adiutrices ,  
auxilio in paterna iniuria so-  
lent esse ) dum pro filio loqui-  
tur , & patri adversatur , si-  
mul id , quo spectat haecce  
fabula , recte eloquitur. Ita  
quoque obiurganti oppor-

tuna est facultas , respiciendi  
ad maritum , in quo veniae  
initium est.

<sup>3</sup> Leviro , qui respon-  
derat pro fratre , ipsa respon-  
dens oblique marito veniam  
dat , hac conditione , ut fi-  
lius veniam peccati inveniat.  
Dam enim arbitrium defert  
filio , tuta erunt patri om-  
nia a filio , qui pariter pa-

Quod is iubebit, faciam. *D.* mulier sapiens es, Nau-  
fiftrata.

*N.* Satin' tibi est, Chreme? *C.* immo vero pulchre  
discedo, et probe,

Et praeter spem. *N.* tu tibi nomen dic quod est <sup>1</sup>.

*P.* min' ? Phormio :

Vostrae familiae hercle amicus, et tuo summus  
Phaedriae. 60

*N.* Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod po-  
tero, et quae voles,

Faciamque, et dicam. *P.* benigne dicis. *N.* pol me-  
ritum est tuum.

*P.* Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam,  
Nauififtrata,

Et quod tuo viro oculi doleant <sup>2</sup>? *N.* cupio. *P.*  
me ad coenam voca <sup>3</sup>.

trem damnare non poterat.  
Placata iam Nauif. superest,  
ut omnes laeti abeant.

<sup>1</sup> Leviro viroque exhilara-  
tis convertitur ad Phormio-  
nem, huic etiam bene factu-  
ra. Don. bene admonet, po-  
tentiores blandimentis uti,  
quoties inferiorum nomina  
quaerant, & audito hoc ipsos  
compellent statim; cf. Ad.  
V, 4, 3.

<sup>2</sup> Scil. visuro, quem nolit

f. fastidiat; cf. Cic. ad div. II,  
16, 4 *Nosti---oculorum in ho-*  
*minum insolentium indignitate*  
*fastidium.* Credimus tamen,  
id parasitum magis ioci  
causa dixisse, quam ut aegre  
diceret Chremeti. Ita enim  
omnia evenere, ut ne ipsi  
in perpetuo metu versari  
liceret, ne uxor resciscat.

<sup>3</sup> Beneficium, quo nil  
maius accipit parasitus.

*N.* Pol vero voco <sup>1</sup>. *D.* eamus intro <sup>2</sup> hinc. *C.* fiat:  
 sed ubi est Phaedria, 65

*Iudex* noster <sup>3</sup>? *P.* iam hic faxo aderit. Vos valete  
 et plaudite.

<sup>1</sup> Ipsa illa uxor saeva,  
 iam conversa, videtur ei  
 rei, cui est, hunc sumere  
 diem, scil. laetitiae com-  
 muni de nuptiis Antipho-  
 nis cum filia mariti & re-  
 conciliata cum viro gratia.

<sup>2</sup> Ad Chremetem.

<sup>3</sup> Vulg. dictum hoc Nauf.  
 tribuitur praecunte Don.

sed alii libri scr. & edd. in  
 quibus est Bentl. rectius  
 iocum tribuunt viro nunc  
 laeto. Neque Chr. adeo ma-  
 lus erat, ut superato metu  
 non in partem laetitiae ve-  
 nire debeat; quem tristem  
 abire, sane non comicum  
 foret.

PUBLII TERENTII  
HECYRA.

ACTA LUDIS ROMANIS, SEX. IULIO CAES.  
CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CUR.  
NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT  
FLACCUS CLAUDII TIBIIS PARIBUS, CN.  
OCTAVIO, T. MANLIO, COSS. RELATA  
EST ITERUM LUDIS FUNEBRIBUS. RELATA  
EST TERTIO, Q. FULVIO, L. MARCIO,  
AEDILIBUS CURULIBUS.

*P E R S O N A E.*

PROLOGUS.	PHIDIPPUS fenex.
PHILOTIS meretrix.	PAMPHILUS ado- lescens.
SYRA anus.	MYRRHINA matrona.
PARMENO fervus.	SOSIA fervus.
LACHES fenex.	BACCHIS meretrix.
SOSTRATA matrona.	

*P E R S O N A E M U T A E.*

PHILUMENA.

SCIRTUS puer.

*Graeca est APOLLODORU.*

## M. ANT. MURETI

## ARGUMENTUM.

**P** Amphilus, Lachetis e Sostrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Lachetis et Myrrhinae filiam; incidit, eamque in via per vim compressit: atque ita effugit, ut neque ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit. in illa autem lucta etiam anulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. paulo post pater eum, tum ut a meretricio amore averteret, tum ut praesidium suae senectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. contigit, ut ea ipsa uxor ei daretur, quam ipse constupraverat. gaudente admodum puellae matre, quae, quia sola conscia erat filiam e stupro gravidam esse, quamprimum eam collocare properabat: ut si forte post aliquot menses pareret, nuptiis, quemadmodum saepe fit, obtegeretur stuprum. cecidit res longe aliter, ac putabatur. etiam Pamphilus, qui invitissimus adiecisset animum ad rem uxoriariam, quique avellere se derepente a Bacchidis amore non posset, ita dormit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viva nunquam se uxorem ducturum, saepe ei promiserat Pamphilus, nonnullam sibi ab eo factam iniuriam putans, multo ei minus, quam solebat, placida et obsequens esse coepit. eo factum est, ut Pamphilus ei se paulatim subduxerit,

quamque prius spernebat uxorem, eius mirificum quendam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum esset. profecto eo, Philumena, quae intumescere sibi uterum sentiret, cum aliorum, tum socrus inprimis suae conspectum refugiebat: tandem cum in eo esset, ut celare vix posse amplius videretur, sumpta occasione, per sacrificandi speciem, ad matrem se, unam omnium rerum consciam, confert. post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam arcesserent. respondetur, aegrotam esse. it, ut eam saltem viseret. non admittitur. Laches accusare uxorem, et dicere, haec omnia illius culpa contingere. illa contra excusare se, et culpam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui odiosa esse debeat. interea rediit Pamphilus, atque ita fors tulit, ut quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu levaretur. cum igitur, videndi cupidus (aegrotare enim acceperat, et ita amabat, ut qui vehementissime), subito ad eam ingressus esset, peperisse deprehendit. ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari coepit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem uxorem, si ita videretur: sed tamen ne famam illius proderet. ita se facturum recipit. cum igitur neque vellet uxorem recipere, neque rursus veram afferret causam: suspicati sunt senes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de causa ab uxore abhorrere. arcessitam itaque Bacchidem obiurgat Phidippus. ea, cum se illi purgasset,

iubetur ad mulieres ingredi, et eis quoque illam suspicionem adimere. ingreditur, anulum habens in digito, quem olim Philumenae ereptum, sibi dederat Pamphilus. is anulus effecit, ut, viriatam esse ab ipso Pamphilo, Philumenam cognosceretur. Laetus Pamphilus et uxorem et filium recipit.

## PUBLII TERENTII AFRI

## HECYRA.

## PROLOGUS. 1

**H**Ecyra est huic nomen fabulae. haec cum data est

Nova, novum 2 intervenit vitium 3 et calamitas 4,  
Ut neque spectari, neque cognosci potuerit:

1 Totus hic prologus subtilem conquisitionem continet, ob hoc, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat, sed facile revocet in favorem. Don. Cf. διδοσκαλιαν fabulae. Acta primo est sine prologo; sed non peracta. Datae secundo hic prologus praemissus.

2 Funambuli lusus populum averterat a fabula: quale quid antea non accidisse vi-

detur. Cf. Callimachi epigr. 9 in poetam--*Ἦν τις ἐρηται, πῶς ἐβαλες, φησι σκληρὰ τὰ γιγνομίνα.*

3 Translatio est ab augurio. Infaustum quasi omen erat a funambulo illo, quod genus habebatur *ἐν θαυματοποιοῖς*; cf. Manil. V, 662.

4 Cf. Eun. I, 1, 34. Affligerat vero fabulam, quo minus perageretur, velut tempestas aliqua, turba & clamor



Ita populus studio stupidus <sup>1</sup> in funambulo  
 Animum occuparat. nunc haec plane est pro nova: <sup>5</sup>  
 Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit  
 Iterum referre <sup>2</sup>, ut iterum posset vendere <sup>3</sup>.  
 Alias cognostis eius <sup>4</sup>: quaeso hanc <sup>5</sup> nunc noscite.

A L T E R <sup>6</sup> P R O L O G U S. <sup>7</sup>

**O**Rator ad vos venio ornatu prologi :

populi, intenti iam in spectando funambuli ludo, & averſi a fabula; cf. prol. alter v. 25 ſqq.

<sup>1</sup> ſ. ſtupens, admiratione intentus. Excusat vero populum, non ob reiectam, ſed ob non cognitam fabulam, ita ut ſuo honori ſimul conſulat poeta.

<sup>2</sup> Scil. poſt funambuli ludum; ubi ille ceſſarat.

<sup>3</sup> Aliis ſcil. ludis. Hoc ad laudem fabulae refertur, quod tantum fiduciae ſuperfuit poetae. Nec tamen eo lucri cupidus videri mavult, quam ſuo operi diſſidens. Quod putat Donatus.

<sup>4</sup> Int. poetae, ſibi favorem petentis ex aliis ſuis fabulis, iam notis.

<sup>5</sup> Ut novam. Sed nec placuit, cum ſecundo daretur. Hinc tertio relata.

<sup>6</sup> Tertio editae fabulae. In Cod. Vat. diſtinctio maieuſculis literis ita minio notata eſt: *L. AMBIVIUS PROLOGUS*; cf. obſ. ſq.

<sup>7</sup> Magna arte hic prologus ſcriptus eſt nimis oratorie. Nam totiens expulſa fabula, quomodo honeſte revocari potuit in proſcenum? niſi primo ipſa impudentia pro fiducia proferretur; deinde actor peritiſſimus ipſe Ambivius, probaret & poetam & comoediam, cuius auctoritas elucet ex verbis; tum deinde ſubtiliter novo poetae, a vetuſto & magnae auctoritatis Caecilio, peteretur exemplum, & peteretur inge-

Sinite exorator <sup>1</sup> sim; eodem ut iure uti senem <sup>2</sup>  
 Liceat, quo iure sum usus adolescentior,  
 Novas qui exactas feci ut inveterascerent <sup>3</sup>,  
 Ne cum poeta scriptura evanesceret <sup>4</sup>. 5  
 In his, quas primum Caecilii didici novas <sup>5</sup>,  
 Partim sum earum <sup>6</sup> exactus, partim vix steti.

*niosissime. Nam quod rudi Terentio contigit, accidisse memoratur veteri Caecilio: quod huic semel, illi saepe: quod huic in aliis nunquam, hoc illi fere in omnibus: quod huic praeter Hecyram, & aetae & probatae sunt ceterae: illi partim exactae, partim vix probatae. Itaque his omnibus argumentis id actum est, ut neque desperandum sit de Terentio, quod expulsus est: ut nihilominus illi tantum attribuendum sit, ut aut par Caecilio, magno tunc poetae, aut ultro melior etiam esse possit. Hic autem L. Ambivius histrio, fuit actor comoediarum. Don. Vers. 1 Ambivius sumit personam spectabilem & sanctam oratoris ad populum missi. Oratorem vero non audire, aut expellere, nefas fit. Heaut. prol. 11 orator a pro-*

*logo ita discernitur, ut ille personam actoris habeat.*

1 Quasi pacis s. favoris popularis. Orator agit, precatur, exorator impetravit.

2 Actor sibi a senio auctoritatem addens, etiam plus tribui vult.

3 Spectarentur denuo, spectatae amarentur, in consuetudinem venirent.

4 Honesta causa est eius, qui non solum poetae unius gratia laboret, sed ne cum studii musici s. artis honore, ipsa ars evanescat.

5 Artificiose Terentii causam, quam & suam facit, praeparat comparando illum ad Caecilium, poetam clarissimum, cuius etiam plures novae l. exactae l. vix aetae sint.

6 Partim--earum, elliptice pro secundum, s. quod ad

Quia scibam, dubiam fortunam esse scenicam <sup>1</sup> ;  
 Spe incerta, certum mihi laborem sustuli <sup>2</sup>.  
 Easdem agere coepi, ut ab eodem <sup>3</sup> alias dif-  
 cerem 10  
 Novas studiose; ne illum ab studio <sup>4</sup> abducerem.  
 Perfeci, ut spectarentur <sup>5</sup>. ubi sunt cognitae,  
 Placitae sunt <sup>6</sup>: ita poetam <sup>7</sup> restitui in locum,  
 Prope iam remotum iniuria advorsarium  
 Ab studio, atque ab labore, atque arte musica <sup>8</sup>. 15  
 Quod si scripturam sprevissem in praesentia <sup>9</sup>, et

partem earum attinet, h. e.  
*in aliis*. Sed Don. ad h. l. &  
 Gell. X, 13 *partim* adverb.  
 esse volunt. Ceterum similes  
 constructiones vide ap. Cic.  
 de off. II, 21 init. de orat.  
 I, 31. Nep. XXV, 7, 2 &c.

<sup>1</sup> Caute tribuit fortunae,  
 quod est a populi levitate &  
 morositate; & simul culpam  
 a poeta amoveri.

<sup>2</sup> h. e. ferendum suscepi.  
 Est enim a *suffero*. *Incertum*  
*infert elegantem* *ασί-*  
*στης*.

<sup>3</sup> Caecilio.

<sup>4</sup> *Studiose*---studio habet  
*προποσιας*. Artem suam agen-  
 di iungit poetae studio.

<sup>5</sup> Labore multo effeci,

ut ad finem usque specta-  
 rentur.

<sup>6</sup> Elegans augurium; &  
 hanc Terentii placituras ef-  
 se, ubi cognita fuerit.

<sup>7</sup> *Mire non* Caecilium,  
*sed poetam: ut hoc generali-*  
*ter populo praestitisse, non uni*  
*homini videatur*. Don.

<sup>8</sup> Tria sunt in poeta, *stu-*  
*dium* s. ingenii propensio,  
*labor* s. exercitatio, (cuius  
 austeritatem molliter fallit  
 studium, Hor. Serm. II, 2,  
 12) *ars* ipsa scribendi; cf.  
 Cic. Or. pro Arch. in prin-  
 cipio. *Arte* subaudias cum  
 Don. *ab*, non infarcias cum  
 Bentl.

<sup>9</sup> h. e. *statim ut a populo eii-*

In deterrendo <sup>1</sup> voluiffem operam fumere,  
 Ut in otio effet, potius quam in negotio <sup>2</sup>;  
 Deterruiffem facile, ne alias fcriberet.  
 Nunc quid petam, mea caufa, aequo animo at-  
 tendite <sup>3</sup>. 20

Hecyram ad vos refero, quam mihi per filentium  
 Nunquam agere licitum eft: ita eam oppreffit ca-  
 lamitas.

Eam calamitatem voftra intellegentia  
 Sedabit <sup>4</sup>, fi erit adiutrix noftrae induftriae.

*ciebatur. Don.*

<sup>1</sup> Scil. poeta. Firmes hinc  
 lectionem ap. Tac. Ann. I,  
<sup>1</sup> non defuere decora ingenia,  
 donec--deterrentur &c.

<sup>2</sup> Qui in otio eft, quam-  
 vis ftudiofo, alios non cu-  
 rat. neque enim rationem  
 reddit aliis, aut fructum pro-  
 fert in commune. Sed fabu-  
 larum auctoribus id eft ne-  
 gotii, ut populo placeant,  
 quas fecerint fabulas; cf.  
 Andr. prol. v. 2 fq.

<sup>3</sup> Nunc tranfit orator ad  
 caufam Terentii, quam po-  
 tius fuam dicit, ne videatur  
 pro uno Ter. rem agere,

aut ad eius fcripturam re-  
 ferre, quod exacta fit. Cul-  
 pam vero populi iterum cal-  
 lide tranfmovebit in fortu-  
 nam.

<sup>4</sup> Ut placeat fabula, tria  
 requiruntur: poetae ftudium,  
 quo ad fcenam bene compo-  
 fita fit; actorum induftria;  
 auditorum iatelligentia &  
 aequanimitas. Primum iam  
 ex aliis cognitum erat, prol.  
 I, 8. Altera non dubitanda  
 erat in Ambivio eiusque  
 grege. Tertiam auditoribus  
 tribuendo orat, ut nunc  
 tandem adfit.

Cum primum eam agere coepi, pugilum <sup>1</sup> gloria <sup>2</sup>, 25

Funambuli eodem accessit expectatio:

Comitum <sup>3</sup> conventus, studium, clamor mulierum

Fecere, ut ante tempus exirem <sup>4</sup> foras.

Vetere <sup>5</sup> in nova <sup>6</sup> coepi uti consuetudine,

In experiundo ut essem <sup>7</sup>: refero denuo <sup>8</sup>; 30

Primo actu placeo. cum interea rumor venit,

Datum iri gladiatores, populus convolat:

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco <sup>9</sup>.

Ego interea meum non potui tutari locum.

Nunc turba nulla est: otium, et silentium est. 35

<sup>1</sup> Cf. ad sq. locum Hor. II ep. I, 182--188, unde excerpimus: *media inter carmina poscunt Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet*; ubi vet. Schol. observat: *Adhuc Amphitheatri usus non erit, & in eadem cavea etiam ferarum gladiatorumque munera spectabantur.*

<sup>2</sup> Gloriatio; ut ap. Cic. Parad. I, extr. *gloria & praedicatione se efferre.*

<sup>3</sup> Fautorum, vel omnis turbae sectantis.

<sup>4</sup> Lenit ignominiam.

<sup>5</sup> Quae usus est in Caecili fabb. v. 10--15,

<sup>6</sup> Scil. fabula Terentii, Hecyra.

<sup>7</sup> h. e. sedatori iudicio de iniuria experirer. *Experiri* h. i. simpliciter & translate dicitur. Plenius & proprie est *ius experiri* h. e. tueri, recuperare sententia iudicis.

<sup>8</sup> Huius secundae actionis prior erat prologus.

<sup>9</sup> Loca spectatoribus tum incerta & promiscua; cf. Val. Max. II, 4, 2. *Ludit vero facete noster, qui mox se suum locum in hoc tumultu tutari non potuisse dicit.*

Agendi tempus mihi datum est : vobis datur  
 Potestas condecorandi ludos scenicos <sup>1</sup>.  
 Nolite finire , per vos artem musicam  
 Recidere ad paucos : facite , ut vostra auctoritas <sup>2</sup>  
 Meae auctoritati <sup>3</sup> faulrix adiulrixque fit. 40  
<sup>4</sup> Si nunquam avare flalui pretium arti meae ;  
 Et eum esse quaelsum in animum induxi maxumum,  
 Quam maxime fervire voftris commodis :  
 Sinite impetrare me , qui <sup>5</sup> in lulelam meam  
 Studium suum , et se in voftram commifit fidem , 45  
 Ne eum , circumventum inique , iniqui irri-  
 deant <sup>6</sup>.

Mea caula caulam accipite <sup>7</sup> , et date flentium,  
 Ut lubeat fcribere aliis , mihique ut difcere

<sup>1</sup> Qui tum inter ludos Megalenses celebrabantur , obfervante Don. Intererat igitur religionis , ludis ita adesse , ut poetarum fludium , & fic decus ludis iftis confervaretur.

<sup>2</sup> Spectatores fcil. auctores funt probandi fabulas. Et in auctoritate fimul inefl laus prudentiae f. intelligentiae.

<sup>3</sup> Cum fui fiducia nititur feniore auctoritate , qua uti olim Caecilium reflituit in locum , ita hodie in luendo

Terentio utitur.

<sup>4</sup> Tres verfus fqq. poeta iam dederat Heaut. prol. 48--50. Quanto autem honeflior & popularior fuit actorum princeps , tanto gravior videri debuit auctor.

<sup>5</sup> Refertur ad eum v. 46.

<sup>6</sup> Eleganter ufque ludit in verbis. Sed *iniquie* ad *circumv.* referas ; quare intercidimus.

<sup>7</sup> h. e. favete , operam date. Patroni fcil. erat , *caulam accipere.*

Novas expediat posthac, pretio emptas meo ².

ACTUS I. SCENA I.².

PHILOTIS ³, SYRA.

**P.** Er pol quam ⁴ paucis reperias meretrecibus Fideleis evenire amatores ⁵, Syra.

¹ Apparet ex h. l. actorum principes etiam suo pretio a poetis emisse fabulas, quas discerent, & ludorum datoribus dein venderent. Alias ipsi Aediles a poetis emerunt, facta ab actore estimatione. Si fabulae non starent, in illo casu periclitabatur actor princeps, in hoc poeta. Pretium enim reddendum erat. Don. s. quisquis ille sit Grammaticus, haec miscendo, & cum eo Dacieria, se in laqueos induunt. Vult enim ille *pretio meo* h. l. idem valere, ac *periculo meo*.

² Inducuntur *προλαίικα προσωπα*, quae & initium narrationis faciant, & mox sc. sq. se iis adiungentem servum provocent ad rem omnem edisserendam, e qua

seratur fabula.

³ Ter. bonam meretricem, Bacchida, inducturus, in protasi aliam sumit non malam, ut exemplo praeparat s. conciliet quandam verisimilitudinem iis, quae per Bacchidem gerentur. Probabiliter vero ostendit, amicas iuvenum per se non adeo fore malas, nisi lenarum, quas comites habere solent, pessumis consiliis in quaestum turpiorem abducantur.

⁴ Per *tmelin* pro *pol perquam*.

⁵ Minus mala per se imprudenter miratur, quod in Heaut. II, 2, 1--15 doctior meretrix non mirata est; scil. amoris istius principiis inhonestis non consentire eventus.

Vel <sup>1</sup> hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,  
 Quam sancte, ut quis facile posset credere,  
 Nunquam illa viva ducturum uxorem domum. 5

En duxit! *S.* ergo propterea <sup>2</sup>, te sedulo

Et moneo, et hortor, ne cuiusquam misereas;  
 Quin spolies, mutiles, laceres <sup>3</sup>, quemquem nacta sis.

*P.* Utin' eximium <sup>4</sup> neminem habeam? *S.* ne-  
 minem:

Nam nemo illorum quisquam, scito <sup>5</sup>, ad te  
 venit, 10

Quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis  
 Quam minimo pretio suam voluptatem expleat <sup>6</sup>.  
 Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?

<sup>1</sup> Transit a thesi, s. ut cum  
 Cic. loquamur, a proposito,  
 ad hypothesin s. causam.

<sup>2</sup> Concludit anus pessima  
 cum confirmatione & indigna-  
 tione.

<sup>3</sup> Verba haec gradum ha-  
 bent; quasi dixisset: *exuas*  
 hominem, *mutiles* ipsum  
 membris s. partibus, *laceres*  
 totum, s. distrahendo absum-  
 mas.

<sup>4</sup> s. excipiendum, scil.  
 cui consulam; plane ut Cic.  
 in div. Verr. l. 54, c. 16 *Ne-  
 que enim esset verisimile, quum*

*omnibus Siculis faceret iniu-  
 rias, te illi unum eximium,*  
*cui confuleret, fuisse.* Al.  
 inepte post Don. *eximia pe-  
 cora*, qualia sacrificiis desti-  
 nabantur, *eximios porcos* h.  
 l. adducunt. En, quam pul-  
 chre haec conveniunt in ama-  
 torem, cui consultum cupiat  
 amica!

<sup>5</sup> Corrigentis est, & acu-  
 tius pronuntiandum.

<sup>6</sup> Non tibi animum ex-  
 plect, sed sibi voluptatem  
 abs te; velut insidiator, mox  
 a te recessurus.



P. Tamen pol, eandem, iniurium est, esse omnibus <sup>1</sup>.

S. Iniurium est autem, ulcisci advorsarios <sup>2</sup>? 15  
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi?  
Eheu me miseram <sup>3</sup>! cur non aut istaec mihi  
Aetas et forma est, aut tibi haec sententia?

A C T U S I. S C E N A II. <sup>4</sup>

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

Pa. **S**enex <sup>5</sup> si quaeret me, modo isse dicito  
Ad portum <sup>6</sup>, percontatum adventum Pamphili <sup>7</sup>.

<sup>1</sup> s. in omnes.

<sup>2</sup> Amatores lena pro adversariis habet; uti meretrices *cruces* dicuntur; cf. Eun. II, 3, 90. sqq.

<sup>3</sup> Non persuaserat mulieri anus deformis; hinc quo sunt illae pessimo ingenio, dolorem exprimit.

<sup>4</sup> Servus a Lachete, hero suo, egrediens in scenam advenit argumentum enarraturus. Vertetur autem id in duabus coniecturis: an nuptiae Pamphili firmae futurae sint; tum an verisimile sit, ab illo integram etiam tum esse vir-

ginem nuptam. Ne vero statim ad argumentum iciune descendatur, proludunt personae, ut agi magis fabula, quam narrari videatur.

<sup>5</sup> s. herus maior, Laches, maritus Sostratae, & pater Pamphili.

<sup>6</sup> Dum e domo egreditur, mandat haec conservo summisse, & velociter pronuntiat; quod in tali re & in servam festinantem convenit.

<sup>7</sup> Qui ex peregrinatione redux expectabatur.

Audin', quid dicam, Scirte? si quaeret me, uti  
Tum dicas: si non quaeret, nullus dixeris;

Alias ut uti possim causa hac integra. 5

Sed videon' ego Philotium? unde haec advenit 1?

Philotis, salve multum. *Ph.* o salve, Parmeno.

*S.* Salve, mecastor, Parmeno 2. *Pa.* et tu aedepol,  
Syra.

Dic mihi, Philoti, ubi te oblectasti tam diu:?

*Ph.* Minime equidem, me oblectavi 4, quae cum  
milite 10

Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo 5:

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli 6.

*Pa.* Aedepol te desiderium Athenarum arbitror,  
Philotium, cepisse saepe, et te tuum

Consilium contempsisse 7. *Ph.* non dici potest, 15

Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,

Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine

1 En causam narrandi!  
peregre advenit, adeoque  
nescia, quid in urbe interea  
evenerit.

2 Falsa salutem dicit ad-  
dito iuramento, quam pari-  
ter refalutat servus cum ir-  
risione.

3 Facete rogat sic mere-  
tricem; non *ubi fuisti?*

4 Cum dolore haec refert.

5 Omnis miles inhumana-

nus & imperiosus, hic vero  
inhumanissimus; & Corin-  
thus ad Athenas non com-  
paranda erat. Cf. Plaut. Mil.  
glor. II, 1.

6 Sic & ap. Plaut. l. c. v.  
47--50 amica militis, quem  
ipsa oderat, conquesta dici-  
tur fortunas suas.

7 s. te poenituisse pro-  
fectionis.

Agitarem inter vos libere <sup>1</sup> convivium :  
 Nam illi <sup>2</sup> haud licebat ; nisi praefinito <sup>3</sup>, loqui  
 Quae illi placerent. *Pa.* haud opinor commode <sup>20</sup>  
 Finem statuisse orationi militem <sup>4</sup>.

*Ph.* Sed quid hoc negoti est <sup>5</sup> ? modo quod nar-  
 vit mihi

Hic intus Bacchis ? quod ego nunquam credidi  
 Fore , ut ille hac viva posset animum inducere ,  
 Uxorem habere. *Pa.* habere autem <sup>6</sup> ? *Ph.* eho ,  
 tu , an non habet ? 25

*Pa.* Habet ; sed firmas hae vereor ut sint nuptiae.

*Ph.* Ita di deaque faxint , si in rem est Bacchidis <sup>7</sup>.

<sup>1</sup> Quod maxime est a  
*sermone familiari, qui est in*  
*conviviis dulcissimus* ; cf. Cic.  
 ad fam. IX , 24.

<sup>2</sup> Adv. pro *illic*.

<sup>3</sup> Adv. l. int. modo , &  
*quae* &c. h. e. neque quan-  
 tum velles , neque quae vel-  
 les loqui.

<sup>4</sup> Servus facete abutitur  
 dictis de milite inhumanissi-  
 mo , quem tulerat , eumque  
 sermonis correctorem. Scil-  
 cum eius generis homines  
 facillime a verbis ad lites ve-  
 niant , ( cf. Eun. IV , 5 , 8  
 & II & 7 , 22 ille liberius

loquentis amicae os manu  
 verberando finem orationis  
 haud commode statuere sue-  
 verit. Multa alii h. l. nungan-  
 tur.

<sup>5</sup> Ab ingratae rei memo-  
 ria transit Phil. ad argumen-  
 tum ; ut in Phorm. I , 2 , 3  
*quid tristis es ?*

<sup>6</sup> Pronuntiatione osten-  
 dit , prope esse , ut non ha-  
 beat.

<sup>7</sup> Hac conditione signifi-  
 cat , se id non maligne opta-  
 re , sed ob benevolentiam ,  
 quam dein quoque curiosi-  
 tati praetendit.

Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.

*Pa.* Non est opus prolato : hoc percontarier

Defiste. *Ph.* nempe ea causa, ut ne id fiat palam. 30

Ira me di amabunt, haud propterea te rogo, ut

Hoc proferam; sed ut tacita mecum gaudeam.

*Pa.* Nunquam tam dices commode <sup>1</sup>, ut tergum  
meum

Tuam in fidem committam. *Ph.* ah noli <sup>2</sup>, Parmeno:

Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi, 35

Quam ego, quae percontor, scire. *Pa.* vera haec  
praedicat :

Et illud mi vitium est maxumum <sup>3</sup>. si mihi fidem

Das, te tacituras, dicam. *Ph.* ad ingenium redis <sup>4</sup>.

Fidem do; loquere. *Pa.* ausculta. *Ph.* istic sum.

*Pa.* <sup>5</sup>. hanc Bacchidem

Amabat, ut cum maxume <sup>6</sup>, tum Pamphilus; 40

Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit :

<sup>1</sup> h. e. blande. Pronuntiat tamen ita, ut qui iam delinitus, vix se continere queat, quin narret.

<sup>2</sup> Scil. *tergum tuum committere in meam fidem*. Quo facete responso artificiose tegit curiositatem, quae ipsa signum loquacitatis esse solet; & simul, dum non amplius instat, ludens servum ad dicendum provocat.

<sup>3</sup> Cum haec apud se lentius dixisset, mox clare ad illam *si mihi &c.*

<sup>4</sup> Festive homini irridet, qui a se discesserat, dum tacere vellet.

<sup>5</sup> Instruet ita narrationem, ut simul excuset Pamphilum.

<sup>6</sup> Scil. amaret, h. e. *εἰ μὴ*, ut in tempore, quo amor in summum crevit.

Et haec, communia omnium quae sunt patrum;  
*Sese senem esse dicere, illum autem unicum,*  
*Praesidium velle se senectuti suae.*

Ille primo se <sup>1</sup> negare: sed postquam acrius 45  
 Pater instat, fecit, animi ut incertus foret,  
 Pudorin' <sup>2</sup>, anne amoris <sup>3</sup> obsequeretur magis.

Tundendo <sup>4</sup>, atque odio <sup>5</sup> denique effecit <sup>6</sup> senex:  
 Despondit ei gnatam huius vicini proximi.

Usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave, 50  
 Donec iam in ipsis nuptiis, postquam videt  
 Paratas; nec moram ullam, quin ducat, dari:

Ibi <sup>7</sup> demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem,  
 Si adesset, credo ibi <sup>8</sup> eius commiseresceret.

Ubicunque datum erat spatium solitudinis, 55  
 Ut conloqui mecum una posset <sup>9</sup>: *Parmeno,*

*Perii, quid ego egi? in quod me conieci malum?*  
*Non potero hoc ferre, Parmeno: perii miser.*

*Ph.* At te di deaque perdant cum isto odio,  
 Laches <sup>10</sup>.

<sup>1</sup> Int. ducere; cf. Andr. II,

<sup>3, 5</sup> *si tu ducere negaris &c.*

<sup>2</sup> s. reverentiae in patrem.

<sup>3</sup> Int. Bacchidis.

<sup>4</sup> s. repetendo. Translatio  
 a fabrorum malleo.

<sup>5</sup> Pertinacia instandi; cf.  
 ad Phorm. V, 6, 9.

<sup>6</sup> Scil. quod voluerat.  
 Prius fecit incertum; denique

*effecit.*

<sup>7</sup> h. e. in ipsis inquam  
 nuptiis.

<sup>8</sup> h. l. tum.

<sup>9</sup> Significantius non addit  
*dicebat*, & per *perii* for-  
 tius exprimit affectus Pam-  
 phili, amorem & dolorem.

<sup>10</sup> Bene permovet servus  
 meretricem, ut haec nunc

*Pa.* Ad pauca ut redeam <sup>1</sup>, uxorem deducit domum : 60

Nocte illa prima virginem non attigit :

Quae consecuta est nox, eam nihilo magis <sup>2</sup>.

*Ph.* Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit,  
Plus potus, sese illac abstinere ut potuerit?

Non verisimile dicis : nec verum arbitror <sup>3</sup>. 65

*Pa.* Credo ita videri tibi, nam nemo ad te venit,  
Nisi cupiens tui <sup>4</sup>: ille invitus illam duxerat.

*Ph.* Quid deinde fit <sup>5</sup>? *Pa.* diebus fane pauculis  
Post Pamphilus me solum seducit foras,  
Narratque, ut <sup>6</sup> virgo ab se integra etiam tum  
fiet : 70

Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum,  
Sperasse eas tolerare posse nuptias.

seni irascatur, non Pamph.

<sup>1</sup> Formula, qua auditorem revocamus ad maiorem attentionem iis, quae saperunt maioris momenti, adhibendam.

<sup>2</sup> int. attigit.

<sup>3</sup> Tanto magis amasse censendus Bacchidem, quanto minus illud verisimile. Sed Phil. ex suis amoribus rem iudicat.

<sup>4</sup> Servus ostendit primum, cur sic putet Philotium, aut

*Terentius T. II.*

cur non falso simile videri debeat (non, cur falsum sit, quod putet); dein addit, ex quo etiam verum videatur.

<sup>5</sup> Cedit ita, ut hominem invitet ad signa veri proferenda.

<sup>6</sup> s. quomodo. Haud quidem ex uxoris odio; sed amore Bacchidis vincere nesciens, honeste noluit virgine abuti; quod exponet servus.

S

*1 Sed quam decrerim me non posse diutius  
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,  
Quin integram itidem reddam, ut accepi a suis, 75  
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.*

*Ph. Pium 2 ac pudicum 3 ingenium narras Pamphili.*

*Pa. 4 Hoc ego proferre, incommodum mi esse arbitror 5.*

*Reddi patri 6 autem, cui tu nil dicas viti,*

*Superbum est; sed illam spero, ubi hoc cognoverit, 80*

*Non posse se mecum esse, abituram denique.*

*Ph. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Pa. quo-  
tidie:*

*Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese 7 videt;  
Maligna 8 multo et magis procax 9 facta illico est.*

*Ph. Non aedepol mirum 10. Pa. 11 atque ea res  
multo maxume 85*

*1 Arte, naturam imitan-  
te, a narratione transit ad  
μυμησις, quae illam credibili-  
lem magis facit.*

*2 In Bacchidem. Antea  
periturum crediderat.*

*3 In virginem, a qua illum  
abstinere non potuisse puta-  
verat.*

*4 Servus porro refert ver-  
ba Pamphili.*

*5 Timet famam malam  
iramque patris sui ob amo-  
rem Bacchidis.*

*6 int. virginis.*

*7 Ob uxorem ductam.*

*8 Insolentior.*

*9 Petax s. dispolians eum;  
quem retinere posse non  
sperabat.*

*10 Philotium, persuasa  
iam, iniuriam non esse a  
Pamphilo, sed a Bacchide,  
mores huius excusat arcano  
artis meretriciae, quod mo-  
do diximus.*

*11 Par. ab eius moribus pul-  
chre repetit plenam Pau-*

Disiunxit illum ab illa, postquam et ipse se,  
 Et illam, et hanc, quae domi erat, cognovit fatis.  
 Ad exemplum <sup>1</sup> ambarum mores earum existimans.  
 Haec <sup>2</sup>, ita uti liberali esse ingenio decet,  
 Pudens, modesta, incommoda atque iniurias 90  
 Viri omneis ferre, et tegere contumelias.  
 Hic animus partim uxoris misericordia  
 Devictus, partim victus huius iniuriis,  
 Paulatim elapsu' <sup>3</sup> est Bacchidi; atque huic transtulit  
 Amorem, postquam par ingenium nactus est. 95  
<sup>3</sup> Interea in Imbro moritur cognatus senex  
 Horunc': ea ad hos redibat lege hereditas.  
 Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.  
 Relinquit cum matre hic uxorem: nam <sup>4</sup> senex

phili defensionem; & simul poeta cum summa ratione uxores docet, quomodo ferre debeant, sibi que adiungere viros, a quibus negliguntur.

<sup>1</sup> Int. vitae; s. ad facta ambarum iudicans ingenium s. animum, uti Syrus in *Heaut.* II, 2, 24 sq. & v. 41 sqq.

<sup>2</sup> Iam poeta uxoris vitam & ex ea ingenium palam laudans, quae contraria erant in meretrice caute taceas sic innuit, ut amor quem

Pamph. ab hac ad illam transtulerit, vel ipsi Philotio excusatus sit, & inde simul viri ingenium, par ingenio uxoris, h. e. liberale, appareat.

<sup>3</sup> Adhuc exposuerat servus, cur dixerit supra v. 26 Pamph. habere uxorem. Nunc ostensurus, cur vereatur, ut firmatae futurae sint nuptiae.

<sup>4</sup> h. e. sed. Mira vero *οἰκονομία* poeta senem facit plerumque absentem; qui si praesens in urbe mansisset,



Rus abdidit se : huc raro in urbem comreat. 100

*Ph.* Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae <sup>1</sup> ?

*Pa.* Nunc audies <sup>2</sup>. primum dies complusculos

Bene convenibat sane inter eas : interim

Miris modis odisse <sup>3</sup> coepit Sosratam :

Neque lites ullae inter eas ; postulatio 105

Nunquam <sup>4</sup>. *Ph.* quid igitur <sup>5</sup> ? *Pa.* <sup>6</sup> si quando ad

eam accesserat

Confabulatum, fugere e conspectu illico,

Videre nolle. denique, ubi non quit pati,

Simulat se ad matrem arcessi ad rem divinam <sup>7</sup> :

abit.

Ubi illic dies est complureis, arcessi iubet <sup>8</sup> : 110

nullus error in fabula esset.

1 *Phil.* quae Bacchidis causa speraverat infirmitatem nuptiarum, nihil adhuc videns, quod in rem illius sit, impatienter rogat, l. uti Don. vult, quasi decepta, tristiori voce hoc dicit.

2 Respondet, ut qui iam ipsi satisfacere paret.

3 Id coniectura dicit servus. Sed ipsum falli ostendet finis fabulae. Neque enim odio, sed pudore, similitatem adversus socrum simulaverat Philumena.

4 Neque inter se exposulabant ; neque altera alteram detulit, s. querelam adversus eam interposuit.

5 Si hoc non fuit, quid ergo ?

6 Servus iam signa, e quibus odium coniecerat, non tam narrat, quam repraesentat plana, brevi & credibili oratione.

7 Int. faciendam ; cf. *Eun.* III, 3, 7. Ad hanc vero amici & familiares vocari solebant.

8 *Scil.* focus.

Dixere causam tunc nescio quam <sup>1</sup>. iterum iubet;  
 Nemo remisit. postquam arcessunt saepius;  
 Aegram esse simulant mulierem. nostra illico  
 It visere <sup>2</sup> ad eam; admisit nemo. hoc ubi senex  
 Rescivit <sup>3</sup>, heri ea causa rure huc advenit, 115  
 Patrem continuo convenit Philumenae.  
 Quid egerint inter se, nondum etiam scio:

Nisi sane curae est <sup>4</sup>, quorsum eventurum hoc fiet:  
 Habes omnem rem: pergam quo coepi hoc iter <sup>5</sup>.

*Ph.* Et quidem ego: nam constitui cum quodam  
 hospite

120

Me esse illum conventuram <sup>6</sup>. *Pa.* dii vortant bene  
 Quod agas. *Ph.* vale. *Pa.* et tu bene vale, Phi-  
 lotium.

<sup>1</sup> Nullius momenti, s. falsam.

<sup>2</sup> *Visere* officii est; *videre* quaerentis. *Don.*

<sup>3</sup> *Don.* Scimus, quae ad ad nos deferuntur; rescimus celata. *Gell.* II, 19 qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque co-

gnoscit, is dicitur proprie rescire.

<sup>4</sup> int. scire. Per totam fabulam Parmeno curiosus & garrulus inducitur.

<sup>5</sup> Scil. ad portum.

<sup>6</sup> Causa dicitur, cur in reliqua fabula non appareat persona huius meretricis.

## ACTUS II. · SCENA I.

LACHES, SOSTRATA.

L. **P**ro deum atque hominum fidem 3 ! quod hoc genus 4 est ? quae haec est coniuratio 5 ?

Utin' omnes mulieres eadem aequae studeant, nolintque omnia :

Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperiatis.

1 Actu hoc poeta contra vulgarem opinionem, qua socrus omnes habentur odisse nurus, inducit bonam mulierem, nurui suae amicam; sed quae, errore nihilo minus odii suspecta, accusatur.

2 Scena haec accusationem habet, quae, uti defensio, coniecturalis est. Accusator maritus, suspicione motus, eoque difficilis & iratus, ita in uxorem bonam invehitur, ut fere statuas, plerumque viros iniquos esse in mulieres. Signa odii adsunt, quae iam Act. I dixit servus; scil. quod nurus a so-

cru fugerat, neque ad eam redire volebat; neque socrui defensio reliqua, nisi quam bona conscientia secum habet, haud satis credibilem.

3 Ab exclamatione coepit pro affectu suo senex; & a generali accusatione descendit ad specialem, ita ut invehatur in Sostratam, primum ut mulierem, dein ut socrum, denique ut ipsam sui similem.

4 Int. hominum; scil. mulieres non sexu solum, sed & animo diversas dicit a ceteris hominibus.

5 Consensio *bonae rei est*; coniuratio *malae*. Don;

Itaque adeo uno animo omnes focrus oderunt  
nurus : viris

Esse advorsas aequae studium est, similis perti-  
nacia est. 5

In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae  
ad malitiam :

Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis  
certo scio 1.

S. Me miseram, quae nunc, quamobrem accuser,  
nescio 2. L. hem!

Tu nescis? S. non 3, ita me dii bene ament,  
mi Laches 4.

Itaque 5 una inter nos agere aetatem liceat. L. di  
mala prohibeant 6. 10

S. Meque abs te immerito esse accusatam, post-  
modo rescisces. L. scio 7:

1 Quanta criminis ampli-  
ficatio! Quasi dubitans, an  
ludus malitiae sit, id omnino  
non dubitat, quin uxor ea  
sit, ut magistra tali ludo sit.  
ex Don.

2 Defensio valebit ad mi-  
sericordiam; & est maioris  
innocentiae, nescire crimen:  
& simul cum nurum non ac-  
cusat, clam hanc innoxiam  
concedit. Don.

3 int. scio.

4 Non tam blandientis,  
quam innoxie periclitantis;  
& ad leniendam iram.

5 h. e. & ita.

6 Ut una agamus aetatem.  
Senex haec forsitan seorsim  
dixit; an iratus interloqui-  
tur uxorem?

7 Hoc iratus dicit, (ve-  
luti cui non opus rescisce-  
re, quae iam sciat) & cum  
ironia; eoque signum ro-  
gandi post immerito? inge-

*Te immerito.* an quidquam pro istis factis dignum te dici potest ?

Quae me, et te, et familiam omnem dedecoras, filio luctum paras :

Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis ;

Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent. 15

Tu sola exorere <sup>2</sup>, quae perturbes haec tua impudentia ?

*S.* Egone <sup>3</sup> ? *L.* tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem <sup>4</sup>, non hominem, putas.

An, quia ruri crebro esse soleo, nescire arbitramini,

Quo quisque pacto hic vitam vostrarum exigit ?

Multo melius, hic quae fiunt, quam illic, ubi sum assidue, scio <sup>5</sup> : 20

Ideo quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

stum auferimus, ut Andr. IV, 1, 29 & 34.

<sup>1</sup> *Liberi* etiam dicitur, ubi de uno tantum filio s. filia agitur ; uti Andr. V, 3, 20 ; & sic simillime de filia ap. Cic. ep. ad div. IV, 5, n. 5 Sulpicius ; & ipse Cic. in Verr. III. f. 93 & 153.

<sup>2</sup> Quasi emergis ; existis inexpectato, magnum scelus

actura. Sic Cic. pro Deiot. 1 *exortus est servus, qui* &c. Don.

<sup>3</sup> Ad haec audita stupet innoxia femina.

<sup>4</sup> Sic Apollod. *Συ με πανταπειν ηγησαιο λιθον.* Ap. Plaut. Mil. II, 2, 82 servus de hero suo : *Neque habet plus sapientiae, quam lapis.*

<sup>5</sup> Eia, ut lynceus videri vult senex.

Iam pridem equidem audivi cepisse odium tui  
Philumenam ;

Minimeque adeo mirum : et, ni id fecisset, magis  
mirum foret.

Sed non credidi adeo <sup>1</sup>, ut etiam totam hanc o-  
disset domum :

Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc  
iffes foras. 25

At vide, quam immerito aegritudo haec oritur  
mi abs te, Softrata <sup>2</sup>.

Rus habitatum abii, concedens vobis, et rei  
ferviens ;

Sumptus vestros otiumque ut nostra res possset pati,  
Meo labori haud parcens, praeter aequum atque  
aetatem meam <sup>3</sup>.

Non te pro his curasse rebus, ne quid aegre esset  
mihi <sup>4</sup> ? 30

S. Non mea opera, neque pol culpa evenit <sup>5</sup>.  
L. immo maxume <sup>6</sup>.

Sola hic fuisti : in te omnis haeret culpa sola,  
Softrata.

1 Ofuram fuisse, ut &c.

scientes laeferimus ; culpa  
stultitiae, si nescientes.

2 Post acriorem investio-  
nem, dum sui miseratur,  
remissius paulo agit.

6 Denuo invehitur; sed  
ita, ut iam non arguat ma-  
litiiae, tantum culpae; & qui-  
dem ex eo, quod sola fuerit  
cum nuru.

3 Cf. Heaut. I, 1, 7 sq.

4 Dictum hoc pendet ab  
illo v. 26 quam immerito &c.

5 Opera est sceleris, si

Quae hic erant, curares; cum ego vos solvi curis ceteris.

Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet? Illius dices culpa factum <sup>1</sup>. *S.* haud equidem dico <sup>2</sup>, mi Laches. 35

*L.* Gaudeo, ita me di ament, gnati causa <sup>3</sup>: nam de te quidem,

Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest <sup>4</sup>.

*S.* Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse affulaverit,

Ut cum matre plus una esset <sup>5</sup>? *L.* quid ais? non signi hoc fat est,

Quod heri nemo voluit visentem ad eam te intromittere? 40

*S.* Enim lassam oppido tum esse aibant <sup>6</sup>: eo ad eam non admissa sum.

<sup>1</sup> Praevenit defensionem.

<sup>2</sup> Egregie placida femina sic respondet, ut nulum etiam excusatum velit, quamvis causam abitionis nesciat.

<sup>3</sup> Uxorem ipsi esse, quam nec focrus inimica accusare audeat.

<sup>4</sup> Nunquam peccandi libidinem expleveris; sed tibi post peccata superest semper malitiae copia, ita ut nunquam ea patiatu de-

minutionem. Alii aberrant a vero sensu.

<sup>5</sup> Quo iniustior est ex aegritudine accusator, hoc patientius illum fert, miro exemplo; ut ad aequius iudicandam rem abducat hominem. Causam vero abitionis etiam subesse posse aliam, quam odium sui, bene regerit nesciens ipsa veram causam.

<sup>6</sup> Infirmior ratio, quae

L. Tuos esse ego illi mores morbum magis, quam  
ullam aliam rem, arbitror;

Et merito adeo: nam vostrarum nulla est, quin  
gnatum velit

Ducere uxorem: et quae vobis placita est con-  
ditio<sup>1</sup>, datur:

Ubi duxere impulsu vostro; vostro impulsu eaf-  
dem exigunt. 45

ACTUS II. SCENA II. <sup>2</sup>

PHIDIPPUS, LACHES, SOSTRATA.

P. **E**T si scio ego, Philumena, meum ius esse,  
ut te cogam,

Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio  
animo victus faciam,

Ut tibi concedam; neque tuae libidini<sup>3</sup> advoxfabor.

quae vera videatur seni; hinc  
denuo acerbius invehitur.

<sup>1</sup> Scil. uxoria; l. potius  
ipsa *virgo*, uti Phorm. IV,  
1, 13 & Cic. Phil. II, 38  
sq. hinc improbitas maior  
earum; quas elegerunt ipsae,  
dein oderunt.

<sup>2</sup> Phidippus domo sua  
egrediens sermonem cum fi-  
lia Philumena, eaque So-  
stratae nuru, concludit re-

sponsione, quae mitioris pa-  
tris animum praefert. Hinc  
oritur Lachetis de retenta  
nuru exostulatio honestior,  
cui causas morae opponit  
tam ambiguas, ut firmetur  
Lachetis suspicio contra So-  
stratam.

<sup>3</sup> Qua voce tamen sub-  
accusat filiam, quod prae-  
ter rationem & aequum do-  
mo mariti abierit.



L. Atque eccum Phidippum optume video : hinc  
iam scibo, quid sit <sup>1</sup>.

Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse ap-  
prime obsequentem <sup>2</sup> : 5

Sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum  
animos.

Quod tu si idem faceres, magis in rem et no-  
stram, et vestram id esset.

Nunc video in illarum <sup>3</sup> potestate esse te. Ph. eia  
vero <sup>4</sup>.

L. Adii te heri de filia : ut veni <sup>5</sup>, itidem incer-  
tum amisti.

Haud ita <sup>6</sup> decet, si perpetuam hanc vis esse af-  
finitatem, 10

Celare te iras <sup>7</sup>. si quid est peccatum a nobis <sup>8</sup>,  
profer :

Aut ea refellendo, aut purgando vobis corrigemus <sup>9</sup>,

<sup>1</sup> h. e. in qua vestrum  
(dicit enim hoc Sofstratae)  
resideat culpa.

<sup>2</sup> Certe in uxorem ini-  
quior fuit, temperatum suum  
in suos obsequium alteri  
laudans, ut hunc nimii ob-  
sequii in suos arguat.

<sup>3</sup> Videtur in Phidippi  
uxorem & filiam reiicere ;  
& simul acrius pungit vi-  
rum, ut *γυναικα καὶ υἱόν*.

<sup>4</sup> Blande respondentis est  
invehenti; quasi plenius di-  
xisset : eia vero ut in me in-  
veheris.

<sup>5</sup> Scil. incertus.

<sup>6</sup> Pro *adeo*, ut inimici-  
tiae existant.

<sup>7</sup> h. l. earum causas.

<sup>8</sup> Et h. l. subaccusat So-  
stratam.

<sup>9</sup> Aut peccata refutando  
& reprimendo, (ne in futu-

H E C Y R A.

Te iudice ipso. fin <sup>1</sup> ea est causa retinendi apud  
vos,

Quia aegra est: te mihi iniuriam facere arbitror,  
Phidippe,

Si metuis, fatis ut meae domi curetur diligenter. 15

At, ita me dii ament, haud tibi hoc concedo,  
etsi illi pater es,

Ut tu illam salvam magis velis <sup>2</sup>, quam ego: id  
adeo gnati causa,

Quem ego intellexi illam haud minus, quam se  
ipsum, magnificare.

Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter  
laturum credam,

Hoc si rescierit. eo domum, studeo haec prius,  
quam ille, huc redeat <sup>3</sup>. 20

Ph. 4 Laches, et diligentiam vestram, et benigni-  
tatem

rum peccetur) aut satisfaciendo vobis (ita enim peccata purgantur. aliud vero est, se purgare, se excusare) corrigemus; cf. Ad. IV, 4, 2. Qui h. l. Donatum, aut cui cui exciderint illae quilibet: *refellit, qui negat, purgat, qui fatetur & sic defendit* &c. sequitur, nihil videt.

<sup>1</sup> Si vero. Attingit iam

causas, quae in altera parte consistant.

<sup>2</sup> Quam blande hanc qualemque reprehensionem regit finibus decori, & se officiosum & humanum gerit!

<sup>3</sup> Construe: *eo* (ob id) *studeo* (velim) *ut haec redeat domum, prius quam ille redeat.*

<sup>4</sup> Honesta affinis oratione motus Phidippus se pri-

Novi: <sup>1</sup> et, quae dicis, omnia esse, ut dicis, animum induco;

Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,

Si facere possim ullo modo. *L.* quae res te facere id prohibet?

Eho, numquidnam accusat virum? *P.* minime <sup>2</sup>; nam postquam attendi 25

Magis, et vi <sup>3</sup> coepi cogere ut rediret, sancte adiurat <sup>4</sup>,

*Non posse apud vos Pamphilo se <sup>5</sup> absente perdurare.*  
Aliud fortasse aliis vitii est: ego sum animo leni natus <sup>6</sup>:

mum purgat de eo, quod dubitasse videatur de cura & affectu Lachetis & suorum (dicit enim non *tuam*, sed *vostram*); dein de re ipsa respondet suo modo. Referatur *dilig.* ad dicta v. 15 *Si metuis* &c. *benignitas* ad dicta v. 16--20.

<sup>1</sup> *Sqq. comiter dicta sic exponas: Sicuti nullus dubito de iis, quae mihi confirmasti; ita te oro, ut vicissim mihi fidem habeas, me quidem percipere filiam meam ad vos redire, sed*

non posse eam cogere.

<sup>2</sup> Sed haec purgatio viri valet ad suspicionem Lachetis augendam, in Sostrata culpam esse.

<sup>3</sup> Acrius urgendo, iubendo.

<sup>4</sup> Quod etiam fortius est, quam *iurat*, & notat pervicaciam filiae. Neque vero ille causas reddit, quas ipse non noverat, suis obsequi doctus.

<sup>5</sup> Construe *se Pamph. abs.*

<sup>6</sup> Respondet iis, quae Laches primo obiecerat v. 5;

Non possum advorsari meis. *L.* hem Softrata <sup>1</sup> !  
*S.* heu me miseram <sup>2</sup> !

*L.* Certumne est istuc <sup>3</sup> ? *P.* nunc quidem, ut  
 videtur, sed numquid vis <sup>4</sup> ? 30

Nam est, quod me transire ad forum iam oportet. *L.* eo tecum una.

*ACTUS II. SCENA III. 5*

SOSTRATA.

**A**Edepol nae nos <sup>6</sup> sumus inique aequae omnes  
 invisae viris,

Propter paucas <sup>7</sup> : quae omnes faciunt, dignae ut  
 videamur malo.

Nam, ita me dii ament, quod me accusat nunc  
 vir, sum <sup>8</sup> extra noxiam.

sq. confessione, & sic simul  
 praevenit Lachetem, ne is  
 denuo poscat, ut cogat filiam  
 imperata facere.

<sup>1</sup> Redit senex iratior in  
 uxorem, signum odii hoc  
 novum esse credens.

<sup>2</sup> Iniugiarum, adversus  
 quas se tueri copia non est,  
 fessa exclamat.

<sup>3</sup> Te non cogere velle, ut  
 redeat.

<sup>4</sup> Formula abeuntium.

<sup>5</sup> Sof. falso suspecta, ei  
 rei dolens, ita secum loqui-  
 tur, ut ex eius oratione pla-  
 ceant mores eius animusque  
 mitis.

<sup>6</sup> int. mulieres caeque  
 focrus.

<sup>7</sup> Cf. Eurip. Ione v. 399  
 Creusam similiter queren-  
 tem.

<sup>8</sup> Quod--sum, int. in eo.

Sed non facile est expurgatu<sup>1</sup>: ita animum induxerunt, focus

Omneis esse iniquas<sup>2</sup>. haud pol me quidem<sup>3</sup>; nam nunquam secus. 5

Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mihi eveniat, scio:

Nisi<sup>4</sup> pol filium multimodis iam exspecto, ut redeat domum.

ACTUS III. SCENA I.

PAMPHILUS, PARMENO, MYRRHINA.

*Pam.* **N**Emini ego plura acerba esse credo ex amore<sup>6</sup> homini unquam oblata,

Quam mihi. heu me infelicem! hancine ego vitam parfi perdere<sup>7</sup>?

<sup>1</sup> Suspicionem dimovere difficillimum est.

<sup>2</sup> Scil. nuribus.

<sup>3</sup> Scil. esse iniquam, *scio*; quod verbum ipsa sq. versui subdit. Quam perfecte autem poeta sermone exprimit animum mitem & innoxium, sensumque purum feminae secum loquentis!

<sup>4</sup> si. sed.

<sup>5</sup> Crescunt turbae hoc actu ex adventu Pamphili, qui pietate matri, sed uxori a-

more devinctus nunc a ser-vo in itinere edoctus de habitu uxoris, iras credens inter hanc & illam intercessisse, in tragicos questus effunditur Sc. 1; & ex partu Philumenae clandestino, cui intervenit Pamph. de quo dein dicitur Sc. 3.

<sup>6</sup> Don. observat: Nimis cothurnati & tragici in hac dolores essent, non comici, nisi adderet *ex amore*.

<sup>7</sup> h. e. fervavi.

Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi  
domum ?

Cui quanto fuerat praestabilius , ubivis gentium  
agere aetatem ,

Quam huc redire ? atque haec ita esse <sup>1</sup> , miserum  
me resciscere ? 5

Nam nos omnes . . . <sup>2</sup> quibus est alicunde aliquis  
obiectus labos ,

Omne quod est interea tempus , prius quam id  
rescitum est , lucro est.

*Par.* At sic <sup>3</sup> , citius qui te expedias his aerumnis,  
reperias.

Si non redisses , hae irae factae essent multo am-  
pliores :

<sup>1</sup> Lacrimantis verba sunt.

<sup>2</sup> Haerent in hac constructione abrupta a Don. fere omnes interpp. & Codd. nonnulli , quos sequitur Bentl. legunt *nam nobis omnibus*. Alii soloecismum sumunt ; neque aptis tuentur exemplis. Alii subaudire malunt , quod *ἢ* Graecorum *καὶ* respondeat , circa s. quod attinet ad n. o. ita ut casu quarto verba sint. Sed malumus soloecismum , quem sciens , perturbationem Pam-

phili imitaturus , fecerit poeta , adeoque non vitio habendum , immo antiquitate defensum. Sic enim Plaut. Epid. II , 1 , 1 *Plerique homines* ( subaudi *ii sunt* ) , quos cum nihil refert , pudet. Immo & Sallustius Cat. 37 locutionem abruptam imitatus videtur : *Sed urbana plebes , ea vero praiceps ierat &c. & dein praeterea iuventus &c.*

<sup>3</sup> h. e. quod in tempore venisti.

Sed nunc adventum tuum ambas , Pamphile , scio  
reverturas <sup>1</sup>. 10

Rem cognosces , iram expedies <sup>2</sup> : rursus in gra-  
tiam restitues.

Levia sunt , quae tu pergravia esse in animum in-  
ducti tuum.

*Pam.* Quid consolare me <sup>3</sup> ? an quisquam usquam  
gentium est aequae miser ?

Prius quam hanc uxorem duxi , habebam alibi <sup>4</sup>  
animum amanti deditum :

Iam in hac re <sup>5</sup> , ut taceam , cuius facile scitu est,  
quam fuerim miser : 15

Tamen nunquam ausus sum recusare eam , quam  
mihi obtrudit pater.

Vix me illinc <sup>6</sup> abstraxi : atque impeditum in ea  
expedivi animum meum ,

Vixque huc <sup>7</sup> contuleram ; hem nova res orta est ,  
porro ab hac quae me abstrahat.

<sup>1</sup> Ne altera alteram accu-  
sare audeat ; l. ut iras finiant.

<sup>2</sup> s. dissolves. Rarior ver-  
bi constructio. Neque enim  
irae sunt , nisi in amicitia.  
Sic & Andr. III , 3 , 23 *irae*  
*amantium* &c. Mox *rursus*  
*rest.* pleonasmus sollenni.

<sup>3</sup> Frustra sibi solatium  
adhiberi dicit ; & explicat  
iam illud , quod dixerat , si-

bi *ex amore oblata* esse tor-  
*acerba.*

<sup>4</sup> Modeste Bacchidem in-  
nuit.

<sup>5</sup> Amore scil. Bacchidis ,  
cui adversarius erat pudor  
patris ; cf. supra I , 2 , 47.

<sup>6</sup> A Bacchide.

<sup>7</sup> Ad uxorem Philum.  
*contuleram* int. animum s.  
amorem,

Tum matrem <sup>1</sup> ex ea re me, aut uxorem, in culpa  
inventurum arbitror :

Quod cum ita esse invenero ; quid restat, nisi porro  
ut fiam miser ? 20

Nam matris ferre iniurias me, Parmeno, pietas  
iubet :

Tum uxori obnoxius sum : ita olim suo me ingenio  
pertulit,

Tot meas iniurias <sup>2</sup> quae nunquam in ullo pate-  
fecit loco,

Sed magnum <sup>3</sup> nescio quid necesse est evenisse ;  
Parmeno,

Unde ira inter eas intercessit, quae tam permansit  
diu. 25

*Par.* Aut <sup>4</sup> quidem hercle parvum ; si vis vero  
veram rationem exsequi.

<sup>1</sup> *Tum matr.* -- mox *tum u-*  
*xori.* Sive illam, sive hanc  
in culpa invenerit, miser  
erit. Ex hac vero oratione  
pium Pamphili ingenium  
cognoscas.

<sup>2</sup> Cf. supra I, 2, 90 sq.  
sed construe : *quae nunq. tot*  
*meas in. pat. in ullo loco ; ne-*  
*que nugae Donati & aliorum*  
accipe.

<sup>3</sup> Id suspicatur, cum utri-  
usque mores lenes noverit.

Et sic praeparatur id, quod  
dein ex partu, quem Phi-  
lumena celare debebat so-  
crum, maximum interces-  
sisse cognoscetur.

<sup>4</sup> *Aut h. l. corrigi* minuit-  
que superius *magnum.* Et sic  
invenit in quodam suo libro  
Faern. inde praeter quod o-  
pus est, faciens *at* pro vulg.  
*haud*, quod scribi solitum *haut*  
ex illo *aut* ortum sit ; neque  
vero sensui convenit. Idem



<sup>1</sup> Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, iniurias

Faciunt. nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est;

Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.

Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt ! 30

Quapropter <sup>2</sup>? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum <sup>3</sup> gerunt.

Faern. auctoritate Bembini aliorumque & Don. *parvum* restituit pro *parum est*, quod multas edd. obsidet. mox *vero*, int. verbo. Nam *exsequi* simpliciter etiam dicitur pro *verbis exsequi*.

<sup>1</sup> Versum, in quo interpp. plurimum haerent, construe: *quae maxumae sunt interdum irae, iniurias non faciunt maximas*, scil. quae revera sunt minimae; h. e. non tantae sunt iniuriae, quanta ex iris videntur. *facere* h. l. vim habet *ostendendi* s. *probandi*, quod iam aliis placuisse testatur Don. Haud absimile videtur illud Ad. IV, 1, 19 *ego te facio ap. illum Deum*, h. e. ita

*effero*, verbis augeo, ut illi videaris Deus. Iam vide ut Bentl. temere facit: *Non maxumae (eas) quae maxumae sunt interdum irae, iniuriae faciunt*. Neque etiam opus cum Dacieria credere, servum praeter ingenium philosophantem permiscere omnia. Talia hodie arrident. Loquax quidem servus suam sapientiam iactat; sed perturbatus nobis non videtur.

<sup>2</sup> Vide, ut dialectice suam instruit rationem homo servus, verbaque fundit. Ita & *quia enim* ap. Plaut. servis usitatum.

<sup>3</sup> Int. eum. Sic Ennius ap. Cic. off. I, 19 *Vos etenim*,

Itidem illae mulieres sunt ferme, ut pueri, levi  
sententia <sup>1</sup> :

Fortasse unum aliquod verbum hanc inter eas  
iram conciverit.

*Pam.* Abi, Parmeno, intro, ac me venisse nuntia <sup>2</sup>.

*Par.* hem ! quid hoc est <sup>3</sup>? *Pam.* tace <sup>4</sup>.

*Par.* Trepidari sentio, cursari rursus prorsus <sup>5</sup> :  
agedum ad fores <sup>6</sup> :

35

Accede propius. hem, sensitin' ? *Pam.* <sup>7</sup> noli fa-  
bularier.

*iuvenes, animum geritis muliebrem, Illaque virgo viri; & ipse Cic. Parad. V, 2 gere igitur animum laude dignum. Vellei. II, 74 Fulvia nihil muliebri praeter corpus gerens. cf. Sall. Iug. 54 init. Plaut. A. sin. II, 1, 9 &c.*

<sup>1</sup> Cf. Phorm. V, 7, 56. & Hor. art. p. 159 in pueri notatione : & iram colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas. De muliebribus iris Propert. II, 9, 35 *Quam cito feminea non constat foedus in ira, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.*

<sup>2</sup> Pro responso ad istam sapientiam iubet servum abire, & uxori nuntiare ad-

ventum : quod moris erat peregre venientibus ; cf. Plaut. Amph. I, 1, 40.

<sup>3</sup> Adiens fores, subito auditis, quae in aedibus geruntur, consistit.

<sup>4</sup> Non loquere altius.

<sup>5</sup> Don. habet : *rursus* proprie retro : *prorsus*, ante significat. & est proverbiale, ut dicimus *rursus deorsum, intro foras, hac illac* &c. Ipse adeo ordo signum habet perturbationis.

<sup>6</sup> Pamphilum propius accedere iubet, ut ipse audiat ; statim altiori voce rogat *hem ! s.*

<sup>7</sup> Submissius primum monet servum ; sed ipse statim

Pro Iuppiter ! clamorem audio <sup>1</sup>. *Par.* tute loqueris , me vetas <sup>2</sup> ?

*M.* Tace , obsecro , mea gnata <sup>3</sup>. *Pam.* matris vox visa est <sup>4</sup> Philumenae.

Nullus sum <sup>5</sup>. *Par.* qui dum ? *Pam.* perii ! *Par.* quam ob rem ? *Pam.* nescio quod magnum malum

Profecto , Parmeno , me celant <sup>6</sup>. *Par.* uxorem Philumenam 40

Pavitare <sup>7</sup> nescio quid , dixerunt. id si forte est , nescio.

altius inclamat pro *Iup.* &c.

<sup>1</sup> Crede clamorem fuisse , quem dolor parturienti expresserat , quamlibet obscurius.

<sup>2</sup> *Mire expressus est mos auscultantium.* Don.

<sup>3</sup> Myrrhina auditur , non videtur ; monet vero filiam , ne ipsa prodat clamando , quae clam fieri debebant.

<sup>4</sup> Sc. audiri. Verbum in omni sensu , maxime auditu adhibetur ; plenius infra sc. 8 , 2. *Eun.* III , 2 , *I audire vocem visa sum.* cf. *Virg. Aen.* VI , 257.

<sup>5</sup> Sic , qui supra se miserum & infelicem dixerat ,

nunc cum *magnum nescio quid* evenisse subito intelligeret ; cf. supra v. 24.

<sup>6</sup> Celantur proprie turpiter facta ; sed nihil tale , alia quaevis pericula suspicatur *Pamph.* hinc *me celant* , quippe quia a nobis abiit , neque remissa est. Alii vero , ut *Frasin. Ald. Steph. Fabric. Westerh. Bentl.* contra fidem MSS. optt. edidere *celas* , ut quod sqq. dictis congruere putant. Eligant lectores.

<sup>7</sup> *Pavit.* ad corporis perturbationem refertur ; qualis est etiam in febris accessione.

*Pam.* Interii : cur mihi id non dixti ? *Par.* quia non poteram una omnia.

*Pam.* Quid morbi est ? *Par.* nescio. *Pam.* quid ? nemon' medicum adduxit ? *Par.* nescio.

*Pam.* Cesso hinc ire intro , ut hoc quamprimum, quidquid est , certo sciam ?

Quonam modo , Philumena mea <sup>1</sup> , nunc te offendam affectam <sup>2</sup> ? 45

Nam si periculum <sup>3</sup> in te ullum inest , perisse me una haud dubium est.

### ACTUS III. SCENA II 4.

#### P A R M E N O.

**N**on usus factus est mihi nunc, hunc intro sequi:

Nam invisos omneis nos esse illis sentio <sup>1</sup>.

1 Amatoria apostrophe.

2 Int. morbo. Quantum vero afficietur amator maritus, partui superveniens, quem alienum putabat ! nescius virginem a se ipso compressam ante nuptias.

3 Int. vitae.

4 Poeta h. l. & dein arte amover servum, qui uxorem a Pamph. aliquamdiu integram ex ipso audiverat, ne

Philumenam peperisse sentiat; nedum veram rei rationem de compressa a Pamph. ante nuptias virgine resciscat garrulus servus, ex eoque aliquis alius, quem haec scire fas non esset; cf. Act. V, sc. ult.

5 Acute invenit poeta causam, qua contineretur & servus curiosus, & ob id ipsum focus superventura.

Heri nemo voluit Sostratam intro admittere <sup>1</sup>.

Si forte morbus amplior factus fiet,

Quod sane nolim, maxume heri causa mei: <sup>5</sup>

Servom illico introiisse dicent Sostratae:

Aliquid tulisse comminiscantur mali,

Capiti atque aetati illorum <sup>2</sup>! morbus qui auctus fiet.

Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum <sup>3</sup>.

*ACTUS III. SCENA III.*

S O S T R A T A , P A R M E N O .

S. **N**escio quid iam dudum audio hic tumultuari, misera :

Male metuo, ne Philumenae magis morbus aggravescat :

<sup>1</sup> Quod odii argumentum est.

<sup>2</sup> Quod male sit illis, scil. domesticis Phidippi, qui falsa comminiscantur de innoxiiis nobis. de formula vid. ad Phorm. III, 2, 6. Cave vero cum Don. putes, per *illorum* intelligi ipsam Phi-

lumenam.

<sup>3</sup> Quaestionem & crucem.

<sup>4</sup> Sostrata tumultu, qui in vicinis aedibus affinium est, excita, & de nuru timens, hanc pro bonitate in eam sua visura erat, sed servo dissuadente, maxime audito adventu filii, retinetur.

Quod te , Aesculapi , et te , Salus <sup>1</sup> , ne quid sit  
huius <sup>2</sup> , oro.

Nunc ad eam visam. *Par.* heus Sofrata. *S.* ehem.  
*Par.* iterum istinc excludere <sup>3</sup>.

*S.* Ehem Parmeno , tune hic eras ? perii , quid  
faciam misera ? 5

Non visam uxorem Pamphili <sup>4</sup> , cum in proximo  
hic sit aegra ?

*Par.* Non visas : ne mittas quidem visendi causa  
quemquam <sup>5</sup>.

Nam <sup>6</sup> qui amat , cui odio ipse est , bis facere  
stulte duco <sup>7</sup> :

Laborem inanem ipse capit , et illi molestiam  
affert.

1 Aesculapii & Deae Sa-  
lutis numina iunctim cole-  
bantur , quomodo & eorum  
statuae iunctae erant ap.  
Graecos.

2 Scil. quod male metuo.

3 Retenturus heram ad-  
monet ipsam iniuriae prius  
acceptae ; eoque fortius di-  
cit *excludere* , cum supra I,  
2 , 114 dixisset *admisit nemo*.

4 Sic dicendo animum ma-  
tris bonaeque focus ostendit  
aptius , quam si dixisset

Philumenam.

5 Tantum absit , ut visas  
eam , ut nequidem--mittas.  
Cui minus non licet , ille &  
maius non audeat.

6 En iterum servus verba  
fundens ut philosophus.

7 Cic. ad fam. V , 5 , n. 7--  
*sin autem ingrata esse sentiam ,  
non committam , ut tibi ipse  
insanire videar.* cf. & Plaut.  
Trin. III , 2 , 12. Hor. art.  
p. 467. & ep. I , 20 , 16.

Tum filius tuus introiit videre, ut venit <sup>1</sup>, quid  
 agat. 10

*S.* Quid ais! an venit Pamphilus <sup>2</sup>? *Par.* venit.  
*S.* dis gratiam habeo.

Hem! istoc verbo animus mi rediit, et cura ex  
 corde excessit.

*Par.* Iam ea te causa maxime nunc huc introire  
 nolo:

Nam si remittent quippiam Philumenaе dolores,  
 Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli, 15  
 Quae inter vos intervenerit, unde ortum est ini-  
 tium <sup>3</sup> irae,

Atque eccum video ipsum egredi. quam tristis est!

### ACTUS III. SCENA IV.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILUS.

*S.* **O** Mi gnate!

*Pam.* Mea mater, salve. *S.* gaudeo venisse salvom.  
 falvan?

<sup>1</sup> Statim cum advenit.  
 Tandem sic adventum filii  
 nuntiat; quo quid laetius  
 esse poterat matri?

<sup>2</sup> Poeta bene imitatur af-  
 fectum. Don.

<sup>3</sup> Pleonasmus; usi incipit  
 initium Andr. IV, 2, 26 &

sc. 5. v. 1 & 2 initium--unde  
 exordiar.

<sup>4</sup> Salutationem habet ma-  
 tris amantissimae sollicitae-  
 que, & filii pii, sed ob mo-  
 do visa, quae matrem cela-  
 rare debet, sc. sq. solus nar-  
 rabit, tristis.

Philumena est? *Pam.* meliuscula est. *S.* utinam  
istuc ita dii faxint!

Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam tristis?

*Pam.* recte <sup>1</sup>, mater.

*S.* Quid fuit tumulti <sup>2</sup>? dic mihi <sup>3</sup>: an dolor re-  
pente invasit <sup>4</sup>? 5

*Pam.* Ita factum est. *S.* quid morbi est? *Pam.* fe-  
bris <sup>5</sup>. *S.* quotidiana? *Pam.* ita aiunt <sup>6</sup>.

I fodes intro <sup>7</sup>; consequar iam te <sup>8</sup>, mea mater.  
*S.* fiat <sup>9</sup>.

*Pam.* Tu <sup>10</sup> pueris curre, Parmeno, obviam, at-  
que eis onera adiuta <sup>11</sup>.

<sup>1</sup> Formula reticendi, quae  
dicere nolis, absque iniuria  
interrogantis. Cf. ad Heaut.  
I, 3, 16.

<sup>2</sup> Antiquus genit. uti &  
ap. Sallust. *Senati pro Se-  
natus.* Don.

<sup>3</sup> Est curiosius interro-  
gantis.

<sup>4</sup> Imprudens verum tan-  
git. Parturientes enim dolor  
repente invadit.

<sup>5</sup> Neque haec abest a puet-  
peris. Ita nil mentitur filius.

<sup>6</sup> Religiose hoc, quod  
praeter verum est, ad rumo-

rem refert.

<sup>7</sup> Rogat id, timens, ne in-  
grediatur ad soceros, & si-  
mul ne amplius interrogetur.

<sup>8</sup> Addit hoc, ut lubenter  
praeceat mater. *Iam* h. I.  
mox; uti Andr. III, 2, 5.

<sup>9</sup> Concedendi h. l. vim  
habet.

<sup>10</sup> *Iam* quoque ablegat  
servum curiosum.

<sup>11</sup> *Antiqua*, inquit Don.  
*locutio figurata*; & est *ὀγκυ-  
λαγῆ* pro onera portantes ad-  
iuta. Sic & Phorm. I, 2,  
49 *funus adiutare.*



*Par.* Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant <sup>1</sup>? *Pam.* cessas?

A C T U S III. S C E N A V <sup>2</sup>.

P A M P H I L U S.

**N**Equeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,

Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt:

Partim, quae perspexi his oculis, partim, quae accepi auribus:

Qua me propter <sup>3</sup> exanimatum citius eduxi foras. Nam modo intro me ut corripui timidus, alio suspicans

Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, uxorem: hei mihi <sup>4</sup>!

Postquam me aspexere ancillae advenisse, illico omnes simul

<sup>1</sup> Piger, aequè ut curiosus & loquax omnis, servus aegrè fert mandatum.

<sup>2</sup> Tandem abactis iis, quos haec scire non licebat, Pamphilo locus est, ubi eius dolor ex modo visis & auditis effundatur in questus; qui & rem omnem decla-

rant, & affectum magis amatoris, quam mariti, pium & pudicum eius ingenium proferunt.

<sup>3</sup> Τμησις, quapropter me. cf. infra v. 16 sq.

<sup>4</sup> Mire interponitur dolentis formula, a qua incipiat ἀποδοσει.

Laetae exclamant, *venit*; id quod <sup>1</sup> me repente aspexerant.

Sed continuo voltum <sup>2</sup> earum sensi immutari omnium,

Quia tam incommode illis fors obtulerat <sup>3</sup> adventum meum. 10

Una illarum interea propere praecucurrit, nuntians

Me venisse: ego, eius <sup>4</sup> videndi cupidus, recta consequor.

Posteaquam intro adveni, extemplo eius morbum cognovi miser.

Nam neque, ut celari <sup>5</sup> posset, tempus spatium ullum dabat:

Neque voce alia, ac res <sup>6</sup> monebat, ipsa poterat conqueri. 15

<sup>1</sup> Eleganter omittitur *ob* id quod.

<sup>2</sup> Cic. de orat. III, 57 *Omnis enim motus animi suum quendam a natura habet vultum, & sonum, & gestum &c.*

<sup>3</sup> Offeruntur insperata s. bona s. mala.

<sup>4</sup> Int. Philumenae. Gerundium enim in *di* non modo cum genit. plur. ( ut legendi librorum; & Heaut.

prol. 29 ) quod frequens est ap. Ciceronem, sed & cum genit. sing. construi monuit iam Sanctius Min. III, 8, p. 495 ed. 1702 ex ipso nostro, Plauto, Ovidio. Nec tamen huc trahimus Ph. II, 1, 24, ubi non refertur ad *amicae* s. *uxoris*, sed ad *amoris*.

<sup>5</sup> Int. partus.

<sup>6</sup> Scil. partus.

Postquam aspexi, o facinus indignum 1! inquam:  
et corripui illico

Me inde, lacrumans, incredibili re atque atroci  
percitus 2.

Mater consequitur: iam 3 ut limen exirem; ad  
genua accidit,

Lacrumans misera, miseritum est 4. profecto hoc  
sic est, ut puto.

Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque  
humiles sumus 5. 20

Hanc habere orationem mecum principio institit 6:  
*O mi Pamphile, abs te quamobrem haec abierit,  
causam vides 7:*

*Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo  
improbo 8:*

1 Int. quod ego non promeritus sum. Atque una hac exclamatione quanta vis doloris ex amore repentini exprimitur magis, quam quaestus & furore!

2 Supra v. 4 me exanimatum citius eduxi f.

3 Int. erat, ut &c.

4 Formula miserantium; cf. Phorm. I, 2, 49. Atque eidem affectui egregie subservit εἰρηνοσία, qua mox orationem matris Philume-

nae referet.

5 Apollod. εἰς ἑκάστου δια τὰ πρᾶγματα σέμνος ἢ καὶ ἰαπεῖνος. Sed & vide, ut eam sententiam poeta princeps Odyss. Σ, 135 expresserit.

6 s. primum coepit, non sine labore.

7 Ita iam Sostrata innoxia agnoscitur filio.

8 Ex eo invenietur exitus, cum Pamph. invenietur ipse improbum id facinus imprudenter fecisse; quod ex signis

*Nunc huc confugit , te atque alios partum ut celaret  
suum.*

*Sed cum orata eius reminiscor , nequeo quin lacrumem miser <sup>1</sup>.* 25

*Quaeque fors fortuna est , inquit , nobis quae te  
hodie obtulit ,*

*Per eam te obsecramus ambae , si ius , si fas est , uti  
Adversa eius <sup>2</sup> per te tecta tacitaque apud omnes sient.  
Si unquam erga te animo esse amico <sup>3</sup> sensisti eam ,  
mi Pamphile ,*

*Sine labore hanc gratiam te ut sibi des pro illa ,  
nunc rogat :* 30

*Ceterum de reducenda id facias , quod in rem sit  
tuam <sup>4</sup> :*

cognoscetur sub Actum V.

1 Mire sua verba interponit, ut lacrumis ostendat, quam infelix sit ex amore, quem honeste retinere se non posse videt; & quam infelix sit Philum. ex casu indigno.

2 Neque enim ipsa in crimine erat.

3 Quem ipse laudaverat Pamph. supra sc. I, 22 sq.

4 Verecundia tegit, quae quidem oprat, sed verbis orare non audet. Orat igitur tantum, ut rem omnem clam

habeat; sed argumenta, quae subiicit, ambiguae precii idonea sunt: primum ab utili, (si enim non reducturus erat, dotem resolvere tenebatur): dein ab eo, quod non indecore fieri possit, cum solus rei conscius sit: tum a facili, quod tantum temporis a nuptiis effluerit, ut Philumenam abortum fecisse (cf. v. 38), probabilius dici possit: denique eximit scrupulum, qui unus in hac re superfit, eo quod

*Parturire eam , neque gravidam esse ex te , solus  
consciis <sup>1</sup> :*

*(Nam aiunt <sup>2</sup> tecum post duobus concubuisse men-  
sibus <sup>3</sup> :*

*Tum , postquam ad te venit <sup>4</sup> , mensis agitur hic  
iam septimus )*

*Quod te scire <sup>5</sup> , ipsa indicat res : nunc si potis est ,  
Pamphile ,*

35

infans continuo exponen-  
dus sit.

1 Construe & expone :  
qui *solus conscius es , eam  
part. neque gr. ex te.*

2 Honestius pro *ait* , scil.  
Philumena.

3 Scil. quam tibi nupta  
esset. *Duos* igitur menses ab-  
stinuerat ab uxore ; dein  
effluxere, quod mox ait , *sep-  
tem* menses. Iam cum par-  
tus adesset , agebatur *deci-  
mus* mensis , scil. lunaris ;  
(quod constat ex Act. V ,  
3 , 24 ; cf. Ad. III , 5 , 29.)  
sequitur , inter raptum illum  
& nuptiarum sollennia in-  
tercessisse *mensē unum*. In-  
terpp. omnes inde a Don.  
inepte laborant in computan-  
dis mensibus , remque impli-

cant. Ceterum locutio *post  
duob. mensibus* pro *duobus post  
m.* antiquis aeque usitata fuit,  
ut *duo p. menses* pro *p. duo  
m.* cf. Liv. XXXII , 5. XL,  
47 & 57. Obvia quoque sunt  
ap. Cic. Nep. al. *post paulo ,  
post aliquanto , post non multo ;*  
quod per *αὐτορεφην* dictum  
volunt Grammatici.

4 Loquitur modeste, ipsas  
nuptias consummatas duo-  
bus mensibus, postquam nup-  
fisset. Ita & Ovid. de art.  
am. II , 579 *ad foedus ve-  
niunt amantes.*

5 Pamph. scil. nisi Par-  
menonem conscium fecisset,  
cf. Act. I , 2 , 61 & 68, so-  
lus sciebat , partum esse alie-  
num ; quippe cum ipse de-  
mum abhinc septem mensi-

*Maxime volo doque operam, ut clam eveniat partus  
patrem,*

*Atque adeo omneis. sed si fieri id non potest, quin  
sentiant,*

*Dicam abortum esse: scio, nemini aliter suspectum fore,  
Quin, quod verisimile est, ex te recte eum<sup>1</sup> natum  
putent.*

*Continuo exponetur<sup>2</sup>: hic<sup>3</sup> tibi nihil est quidquam  
incommodi; et* 40

*Illi miserae indignae factam iniuriam contexeris.*

*Pollicitus sum<sup>4</sup>, et servare in eo certum est, quod  
dixi, fidem.*

*Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum  
esse arbitror:*

*Nec faciam; etsi amor me graviter consuetudo-  
que eius tenet.*

*Lacrumo, quae posthac futura est vita, cum in  
mentem venit,* 45

*Solitudoque. o Fortuna, ut nunquam perpetuo  
es bona!*

bus cum Philum. rem habere  
coepit. Aliis si palam fieret,  
Philumenam peperisse, vi-  
deri poterat antevertisse de-  
cimam mensam (lunarem).

<sup>1</sup> Scil. quem *abortum* di-  
ceret.

<sup>2</sup> Tamquam te iubente,  
qui eum tollere nolis.

*Terentius T. II.*

<sup>3</sup> in hac re; h. e. si non  
tollatur puer, quem Pamph-  
alienum scibat.

<sup>4</sup> Scil. ut per me omnia  
testa essent. Atque in eo mi-  
sericordiam & amorem eius,  
quam tamen reducere, non  
honestum habebat, ostendit.

Sed <sup>1</sup> iam prior amor <sup>2</sup> me ad hanc rem exercitatum <sup>3</sup> reddidit:

Quem ego tum consilio missum feci, eidem nunc operam dabo <sup>4</sup>.

Adest Parmeno cum pueris. hunc minime est opus  
In hac re adesse: nam olim soli credidi, 50

Ea me abstinuisse in principio, cum data est.

Vereor, si clamorem eius hic crebro audiat,

Ne parturire intellegat. aliquo mihi est

Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

*ACTUS III. SCENA VI.*

PARMENO, SOSIA, PAMPHILUS.

*Par.* **A**In' tu <sup>6</sup>, tibi incommodum evenisse iter?

*S.* Non hercle verbis, Parmeno, dici potest

<sup>1</sup> Capit tandem ex necessitate consilium forte.

<sup>2</sup> Scil. Bacchidis.

<sup>3</sup> Scil. id edoctum, quod Cic. Tusc. IV, 35 f. 74 sic dicit: *Etiam novo quidam amore veterem amorem tamquam clavum eiiciendum putant.*

<sup>4</sup> Destinaverat iam missam facere uxorem; sed solitudinem odit: itaque nunc veterem amorem repetere, & sic sibi consulere statuit.

<sup>5</sup> Scena comicos lusus habens, primum servorum in itinere fabulantium de periculis itineris maritimi, dein Parmenonis amandationem.

<sup>6</sup> Quae formula admirantis refert se ad ea, quae alter de itineris maritimi periculis maximis iactaverat. Hinc supra III, 1 Pamph. rediens: *hancine ego vitam parsi perdere.*

Tantum, quam <sup>1</sup> re ipsa navigare incommodum est.

*Par.* Itane est? *S.* o fortunate <sup>2</sup>! nescis quid mali <sup>3</sup>

Praeterieris, qui nunquam es ingressus mare. <sup>5</sup>

Nam alias ut mittam miseras, unam hanc vide:

Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,

Cum interea semper mortem expectabam miser:

Ita usque advorsa tempestate usi sumus.

*Par.* Odiosum <sup>4</sup>. *S.* haud clam me est <sup>5</sup>. denique hercle aufugerim 10

Potius, quam redeam, si eo mi redeundum sciam.

*Par.* <sup>6</sup> Olim quidem te causae impellebant leves,

Quod nunc minitare facere <sup>7</sup>, ut faceres, Sofia.

Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium.

Ite intro: ego hunc adibo, si quid me velit. <sup>15</sup>

Here, etiam tu hic stas? *Pam.* equidem te exspecto.

*Par.* quid est?

*Pam.* In arcem <sup>8</sup> transcurso opus est. *Par.* cui homini? *Pam.* tibi.

<sup>1</sup> *Tantum--quam* usitatum etiam Varroni & Livio. pro *tantum quantum*.

<sup>2</sup> Sic & ap. Hor. Serm. I, 1, 3 miles fractus exclamat: *o fortunati mercatores!* cf. Virg. Georg. II, 458.

<sup>3</sup> Menander: *πυρ, και θαλασσα, και γυνη, και Ιερα.* Quam perfecte autem in Isq.

poeta sequitur hominum id generis sensum & sermones!

<sup>4</sup> Quod ego nunquam experiri audeam.

<sup>5</sup> At ego expertus sum.

<sup>6</sup> Ita assentitur, ut iocose perstringat hominem levem, tamquam agitivum.

<sup>7</sup> Scil. fugam.

<sup>8</sup> *Ακροπολις*, in medio



*Par.* In arcem! quid eo? *Pam.* Callidemidem  
hospitem

Myconium, qui mecum una vectu' st, conveni.

*Par.* Perii: vovisse hunc dicam, si salvus do-  
mum

Redisset unquam, ut me ambulando rumperet.

*Pam.* Quid cessas? *Par.* quid vis dicam? an con-  
veniam modo?

*Pam.* Immo, quod constitui, me hodie conven-  
turum eum,

Non posse: ne me frustra illic expectet. vola.

*Par.* At non novi hominis faciem? *Pam.* at faciam,  
ut noveris:

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius,

urbis sitam. En ut piger & curiosus stupet, laborem in alium transferre cupiens; & liberius agit, in heri rebus conscius, eiusque sermonum olim particeps.

1 Sibi loquitur. Facete vero dicit, hunc vovisse; solenne enim peregrinantibus in itinere vota facere de reditu.

2 Homo, cui aegre est, irridet hero, qui rem non mandaverit exsequendam.

3 Denuo impatientiam

profert.

4 Ludit iam servum, pingendo homine, quem quaerendo nusquam gentium inveniat. Ita ille curiosus & piger merito abigitur, exercetur.

5 Arguebatur, teste Don. Terentius imperite fecisse Myconium illum crispum, quem Apollodor. fecerit calvum ex prov. Graeco Μυκωνιος φαλακρος s. uti Lucilius habet: Myconi calva omnis iuventus; cf. & Plin.

Cadaverosa <sup>1</sup> facie. *Par.* di illum perduint !

Quid, si non veniet ? maneamne usque ad vesperum ?

*Fam.* Maneto : curre. *Par.* non queo : ita defessus sum.

*Pam.* Ille abiit. quid agam infelix <sup>2</sup>? prorsus nescio 30  
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,  
Suae gnatae partum : nam me miseret mulieris.

Quod potero, faciam, tamen ut pietatem colam:  
Nam me parenti potius, quam amori <sup>3</sup>, obsequi  
Oportet. at, at, eccum Phidippum, et patrem 35  
Video : horsum pergunt. quid dicam hifce, incertus  
sum.

H. XI, 47. Putat adeo Don. Terentium scientem facetus dixisse *crispum*. Certe Pamph. veram imaginem reddere noluit. Tum calvum natura, & crispum (non raso capite) esse, non repugnat. *Mox caef.* cf. *Heaut.* V, 8, 17 sq. ubi virgo dicitur *rufa, caesia*.

1 In hac voce incerti haerent a Don. omnes interpp. Nos a vero minus aberramus, si locum Lindenbrogio excitatum ex Sidon. Apollina. XIII, ep. 3 adscribimus: *Sordidior est atque do-*

*formior cadavere rogali*. Hinc ante Faernum legebatur *cadaverosa facies*; tamquam a Parmenone dictum.

2 Certus enim, non reducere uxorem, & causam tamen celare, incertus erat, quomodo id faceret, ut ne mater, iam immerito suspecta, haud ultra in crimen veniret.

3 int. uxoris, quippe quem, nondum animo amissum, mittere laborabat. Cf. *Phorm.* II, 1, 23.

## ACTUS III. SCENA VII. 1

LACHES, PHIDIPPUS, PAMPHILUS.

L. **D**Ixtin' dudum, illam 2 dixisse, se exspectare  
filium?

Ph. Factum. L. venisse aiunt 3: redeat. Pa. quam  
causam dicam patri,

Quamobrem non reducam, nescio 4. L. quem ego  
hic audivi loqui?

Pa. Certum obfirmare est viam me, quam decre-  
vi persequi 5.

L. Ipfus est, de quo hic agebam tecum. Pa. falve,  
mi pater. 5

1 Habet patris ac soceri  
congressum cum Pamph. cui  
illi reconciliare Philume-  
nam laborant; sed Pamph.  
recusans primum, pietatem  
in matrem praefert; dein se  
excusans amorem Philume-  
nae ita prodit, ut se expe-  
dire nequeat, nisi abeundo,  
& diversae suspicioni locum  
relinquat. Inde & senum a  
se invicem dissensio & dis-  
cessus.

2 Scil. filiam tuam. Cf.  
supra II, 2, 27.

3 Int. filium. Redeat igi-

tur Philumena.

4 Bene incertum facit poe-  
ta, cum nihil aliud partum  
celare volenti supersit, quam  
ut recusationem tegat obse-  
quio, quod praestare malit  
parenti, quam amori eius,  
quae illi concedere nesciat.  
Atque hoc secum loquitur  
altius, ita ut audiatur prius,  
quam convenerit. Ita solet  
poeta personas inducere.

5 h. e. animo obfirmato  
persequar, quod decrevi,  
scil. de non reducenda Phi-  
lumena.

*L.* Gnate mi, falve. *Ph.* bene factum te advenisse,  
Pamphile,

Et adeo, quod maxumum est, salvum atque va-  
lidum <sup>1</sup>. *Pa.* creditur.

*L.* Advenis modo? *Pa.* admodum. *L.* cedo, quid  
reliquit Phania,

Confobrinus noster <sup>2</sup>? *Pa.* fane hercle homo vo-  
luptati obsequens

Fuit, dum vixit: et qui sic sunt, haud multum  
heredem iuvant; 10

Sibi vero hanc laudem relinquunt: *vixit, dum vixit,*  
*bene* <sup>3</sup>.

*L.* Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una fen-  
tentia?

*Pa.* Quidquid est, id quod reliquit, profuit <sup>4</sup>. *L.*  
immo obfuit <sup>5</sup>:

<sup>1</sup> Menander in Nauclero  
inverte: *επιτυχία και σεσωσ-*  
*την.*

<sup>2</sup> Vide, ut senes cupidio-  
res habendi primum scire  
curant quantum rei fecerint:  
ancautior illud quaerit prius,  
quam id, quod vult maxu-  
me?

<sup>3</sup> h. e. in otio, in con-  
viviis; aliis & sibi vixit; uti  
Micio Ad. V, 2, 9--11. Vi-  
detur autem Pamph. con-

sulto dictis hisce extenuare  
hereditatem, ut Phidippo,  
cuius filiam non reducturus  
erat, minus aegre fiat.

<sup>4</sup> Quamvis hereditas par-  
va sit, auctior tamen inde  
est res nostra.

<sup>5</sup> Videtur Donato dolo-  
rem significare, postquam  
sibi rem ex hereditate auc-  
tam intellexerat, qui mos est  
*heredum*, quorum *fletus sub*  
*persona risus est*; cf. Syri Mi-

Nam illum vivom et salvom vellem. *Ph.* impune optare istuc licet.

Ille reviviscet iam nunquam <sup>1</sup>: et tamen, utrum <sup>2</sup> malis, scio. 15

*L.* Heri <sup>3</sup> Philumenam ad se arcessi hic iussit <sup>4</sup>. dic iussisse te.

*Ph.* Noli fodere. *iussi.* *L.* sed iam eam remittet. *Ph.* scilicet <sup>5</sup>.

*Pa.* Omnem rem scio, ut sit gesta: adveniens audivi omnia <sup>6</sup>. *L.* at

Istos invidos dii perdant, qui haec libenter nuntiant!

mos v. 290. Ambigue tamen videtur dictum senis, qui nescio an in mente habuit, quod abitione ortum est incommodum, neque eventurum fuisse putat, si Pamph. domi remansisset.

<sup>1</sup> Don. observat, nescio an ex se metiens homines: mire poeta his verbis Phidippum quoque subinvidere indicat. Quomodo enim Phidippus, bonus alias, invidere potuit affinibus, dum certo sperabat, filiam reductum iri? Itaque magis ridentem haec dixisse coniecimus.

<sup>2</sup> Vivum an mortuum.

<sup>3</sup> Post ambages tandem eo venit, quo a principio voluit.

<sup>4</sup> Quo mendacio utitur, ut tegat, uxorem sponte sua abiisse; & simul fortius tunc dicit Phidippum, *dic* &c.

<sup>5</sup> *Scil.* confirmantis s. annuentis (ut Andr. V, 4, 48), quippe cui dixerit filia, se *expectare Pamph.*

<sup>6</sup> Responso hoc abrum-pit omnem simulationem senum; & statim quod e re decretum ipsi est, declarat.

Pa. Ego me scio cavisse, ne ulla merito contumelia

20

Fieri a vobis posset: idque si nunc memorare hic velim,

Quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui<sup>1</sup>,

Vere possum; ni te ex ipsa haec magis velim resciscere.

Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides;

Cum illa, quae nunc in me iniqua est, aequa de me dixerit.

25

Neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor deos.

Sed quando sese esse indignam<sup>2</sup> deputat matri meae,

Cui concedat, cuiusque mores<sup>3</sup> toleret sua modestia;

<sup>1</sup> Pro fuerim.

<sup>2</sup> h. e. se non aptam, aequam esse, non congruere matri meae; plane uti Graecorum αἰσῖος & ἀραῖσος. Verba ab aequis lancibus sumpta, quae praeter genit. rei, etiam dativum personae admittunt. Proprietatem igitur vocis & Graecam rationem sequitur Ter. similem illi

debet vobis. Sic Eun. V, 2, 25 at tu indignus, tibi non congruens erat, te non decebat, qui faceres contumeliam. Neque igitur decebat Bentl. lectioni Codd. antiquissimis probatae vim inferre v. sq. quae conc. quaeque eius &c. Al. interpp. in luto haesitant.

<sup>3</sup> Quos, ut vetustior, haud

Neque alio pacto componi potest inter eas gratia;  
Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena. 30

Nunc me pietas matris potius commodum suadet  
sequi.

L. Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi  
accessit tuus <sup>1</sup>,

Cum te postputasse omnes res prae parente intellego.

Verum vide, ne impulsus ira <sup>2</sup> prave infistas <sup>3</sup>,  
Pamphile.

Pa. Quibus iris <sup>4</sup> impulsus nunc in illam iniquus  
sim? 35

Quae nunquam quidquam erga me commerita  
est <sup>5</sup>, pater,

Quod nollem: et saepe, quod vellem, meritam scio:  
Amoque <sup>6</sup>, et laudo, et vehementer desidero:

deserat. Iuveni mulieri autem sit *modestia*. Sed *modestiam* quoque matris laudat filius IV, 1, 15.

<sup>1</sup> Laches, prudenti dicto filii pietatem praefereute exarmatus, leniori gravitate respondet monetque; cf. Andr. V, 1, 85 sq.

<sup>2</sup> Non addit *matris*, sed eam innuit.

<sup>3</sup> Int. eam, scil. iram,

tamquam alienum vestigium.

<sup>4</sup> Filius pulchre diluit, quod matri tribuere videbatur pater. Pluralem dicens *iras*, neque matrem neque uxorem arguit, & a se trauf-movet culpam.

<sup>5</sup> *Commereri* in malam sumitur partem; *mereri* proprie in bonam.

<sup>6</sup> Iam prorsus amore impulsus loquitur, cuius eum

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum,  
Illicque exopto, ut reliquam vitam exigat 40

Cum eo viro, me qui sit fortunatior :

Quandoquidem illam a me distrahit necessitas 1.

*Ph.* Tibi id in manu est, ne fiat. *L.* si sanus fies,

Iube illam redire. *Pa.* non est consilium, pater :

Matris servibo commodis 2. *L.* quo abis? mane; 45

Mane, inquam : quo abis? *Ph.* quae haec est per-  
tinacia 3?

*L.* Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum  
esse eum?

Quamobrem te orabam, filiam ut remitteres 4.

*Ph.* Non credidi aedepol adeo inhumanum fore.

Ita nunc is sibi me supplicaturum putat? 50

Si est, ut velit reducere uxorem, licet :

Sin alio est animo, renumeret dotem huc; eat.

*L.* Ecce autem, tu quoque proterve iracundus es.

bene servantem, quamvis  
reducere nolentem, facit  
poeta; quo perveniatur ad  
*ναλασσοφην*, ubi uxorem re-  
ducet volens.

1 Quae quomodo est in-  
exorabilis, ita ipse certum se  
esse innuit. *Necessitatem* vero  
praetendit, quam senes, re-  
rum ignari non intelligunt.

2 Lenius, & ob honestam  
causam recusat; ac ne ultra

patri repugnare cogatur,  
abit.

3 Phid. qui iater haec stu-  
pebat, tandem erumpit.

4 Laches artificiose dicit,  
id a se praedictum esse, cf.  
II, 2, 19; quo minus id mi-  
retur & indignetur Phid.

5 Qui in suos lenis erat,  
nunc ardescit in contempto-  
rem filiae.



*Ph.* Percontumax redisti huc nobis , Pamphile <sup>1</sup>.  
*L.* Decedet iam ira haec ; etsi merito iratus est <sup>2</sup>. 55  
*Ph.* Quia paululum vobis <sup>3</sup> accessit pecuniae ,  
 Sublati animi sunt. *L.* etiam mecum litigas ?  
*Ph.* Deliberet , renuntietque hodie mihi ,  
 Velitne , an non : ut alii , si huic non sit , fiet <sup>4</sup>.  
*L.* Phidippe , ades , audi paucis. abiit ! quid mea ? 60  
 Postremo inter se transigant ipsi , ut lubet :  
 Quando nec gnatus , neque hic mihi quidquam  
 obtemperant ;  
 Quae dico , parvipendunt. porto hoc iurgium ad  
 Uxorem <sup>5</sup> , cuius haec fiunt consilio omnia.  
 Atque in eam hoc omne , quod mihi aegre est ,  
 evomam <sup>6</sup>. 65

<sup>1</sup> Magnae indignationis est , absentem alloqui. Don.

<sup>2</sup> Medius inter filium absentem eiusque socerum iratum esse volens , huius iracundiam in se vertit.

<sup>3</sup> Etiam ex invidia iracundior , culpam Pamphili ad patrem refert.

<sup>4</sup> Ipse Phid. iam ira sublatior concludit , & abit iratus , ad filiam haec perlaturus.

<sup>5</sup> Ita cum Lachetem spes reconciliandae gratiae frustrata esset , redit ignarus rerum ad iurgia cum uxore , modeste importunitatem viri ferente. Sed mox crimen vertetur in aliam innocentem , Philumenae matrem , quoad turbis maioribus finem faciet *καλασροφη*.

<sup>6</sup> Bene hoc verbo utitur. Aegritudinem enim vomitus relevat. ex Don.

## ACTUS III. SCENA VIII. 1

MYRRHINA, PHIDIPPUS.

**M.** Perii! quid agam? quo me vortam? quid viro meo respondebo

Misera? nam audivisse vocem pueri visus est vagientis:

Ita corripuit derepente 2 tacitus sese ad filiam. Quod si resciverit peperisse, id qua causa clam me habuisse

Dicam, non aedepol scio. .... 3

5

1 A scena hac ordiuntur omnes inde a Don. libri Actum IV; & ea novi erroris ex relecto partu, nodique difficilioris, in quem Pamph. ob uxoris recusationem incidit Actu IV, initia ferit. Verum is mos est Terentii; ut auditores expectatione teneantur Actus venturi. Tum bene observat Dacieria, quae una recte Act. sqq. divisit, scenam h. l. non, sed peracta hac scena, vacuam fieri. Scil. Phidippus indignabundus a litigio ad filiam ibat, vid. v. 7. ibi iam repente novam rem, partum

filiae, cum visurus esset, proterretur uxor; quam is revertens statim insequitur. Ita ille iam ante iratus, hoc minus suspicatur veras causas, sed iratus, lenius tamen, quam Laches cum sua II, 1, agit cum uxore, quae partum celaverit.

2 Unam partem orationis esse notat Don. neque divisim scribendum *de repente*.

3 Subito crepitu ostii arrepta tacet, respicit fores; tum erumpit formido *sed ostium* &c.

Sed ostium concrepuit : credo ipsum ad me exire.  
nulla sum.

*P.* Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras <sup>1</sup>.  
Atque eccam video. quid agis <sup>2</sup>, Myrrhina? heus,  
tibi dico <sup>3</sup>. *M.* mihine <sup>4</sup>,

Mi vir? *P.* vir ego tuus sum <sup>5</sup>? tu virum me, aut  
hominem <sup>6</sup> deputas adeo esse?

Nam si utrumvis horum, mulier <sup>7</sup>, unquam tibi  
visus forem, 10

Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. *M.* qui-  
bus <sup>8</sup>? *P.* at rogitas?

<sup>1</sup> Egressa est citius (cf. Plaut. Bacch. IV, 3, 8 & Aul. IV, 8, 8) argumento culpae. Eo, quod celabat uxor, Phid. nescio quid suspicatur. Celantur vero ea, quae scire aliorum interfit; cf. Cic. off. III, 16.

<sup>2</sup> Forfan int. te; h. e. quid me fugis. Id vero Don. inuenere videtur: *Apparet mulierem fugere, & viri averfari praesentiam.*

<sup>3</sup> Inclamat, ut restet; cf. Eun. II, 3, 45.

<sup>4</sup> Ita anxia sui (cf. Andr. V, 2, 8 & 9) & simul blan-

de mi vir; cf. Heaut. III, 5, 9.

<sup>5</sup> Cf. Plaut. Amph. II, 2, 180.

<sup>6</sup> Crescit indignatio. Maxime enim indignum, hominem non putari. Nimium stultus aut inhumanus, homo non putatur, sed lapis; cf. supra II, 1, 17. Ad. IV, 2, 40. Andr. I, 5, 1 &c.

<sup>7</sup> Iratus acerbe sic; non ut prius *Myrrhina.*

<sup>8</sup> Timens tamen callide rogat, sicuti nullius culpae conscia; & ut videret, quorū sum is iret.

Peperit filia? hem! taces<sup>1</sup>? ex quo? *M.* istuc  
patrem rogare aequom est?

Perii! ex quo censes, nisi ex illo, cui data est  
nuptum, obsecro?

*P.* Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter.  
sed demiror,

Quid sit, quam ob rem tantopere hunc omnes  
nos celare volueris 15

Partum; praesertim cum et recte, et tempore suo  
pepererit 4.

Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum prae-  
optares perire,

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam post-  
hac scires:

Potius, quam advorsum animi tui lubricitatem  
cum illo nupta?

1 Clandestinus partus in-  
dicat delictum; hinc rogat  
*ex quo?*

2 Bene dissimulans defen-  
dit se, accusando virum in-  
iuriae haud paternae. Sed  
tamen nesciens dicit, quod  
verum esse, Act. V manife-  
stum erit.

3 Cito uxoris correptione  
lenitur, crimenque tantum  
insert de celato partu.

4 Duae sunt causae partum  
celandi: 1) si recte h. e. nihil  
monstri 2) si pro tempore,  
praeter suspicionem stupri,  
evenerit. Earum nullam esse  
credit senex. Effluxisse pu-  
tamus menses novem a nup-  
tiarum sollennibus. Id satis  
videbatur patri. Alii partum  
septimestrem sumunt, qui  
patri iustus visus sit. Sed cf.  
not. ad III, 5, 33.

Ego etiam <sup>1</sup> illorum esse hanc culpam credidi, quae  
te est penes. 20

*M.* Misera sum <sup>2</sup>. *P.* utinam sciam ita esse istuc <sup>3</sup>,  
sed nunc mi in mentem venit,

Ex hac re quod locuta es olim, cum illum gene-  
rum cepimus :

Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati  
Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernocta-  
ret foris.

*M.* Quamvis causam hunc suspicari, quam ipsam  
veram, mayolo <sup>4</sup>. 25

*P.* Multo prius scivi, quam tu, illum amicam  
habere, Myrrhina.

Verum id vitium nunquam decrevi esse ego ado-  
lescentiae <sup>5</sup> :

Nam id omnibus innatum est. at pol iam aderit <sup>6</sup>,  
se quoque etiam cum oderit.

<sup>1</sup> h. e. adhuc. Iam ipse in  
errorem, tamquam uxor a-  
versetur generum, labitur;  
quo utitur callida uxor ad  
virum porro fallendum.

<sup>2</sup> Formula innocentiam  
testantium, praesertim mu-  
lierum.

<sup>3</sup> h. e. te esse innocentem,  
non scelestam. Sed convin-  
cere eam tentat.

<sup>4</sup> Hoc sibi loquitur seor-  
sim.

<sup>5</sup> Non ingenio tribuit  
Pamphili, sed aetatis, ut sit  
commune vitium omnium,  
non illius proprium.

<sup>6</sup> int. *tempus* ( quod al.  
ingerunt ), cum s. quo ipsum  
poeniteat morum suorum.  
Ellipsis sueta. cf. And. I,  
I, 125.

Sed ut olim te ostendisti, eandem esse, nihil cessavisti usque adhuc 2,

Ut filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset ratum. 30

Id nunc res 2 indicium haec facit, quo pacto factum volueris 3.

M. 4 Adeon' me esse pervicacem 5 censes, cui mater siem,

Ut eo essem animo 6, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?

P. Tun' prospicere, aut iudicare, nostram in rem quod sit, potes?

Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret 35 Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tum postea,

Si modeste ac raro hoc fecit? nonne ea dissimulare nos

Scire magis humanum est, quam dare operam id, qui nos oderit 7?

1 h. e. *uti* alias saepe ostendisti, te nunquam tuorum morum poenitere, ita *nihil cessavisti* &c. Al. ordinem verborum alium praefereudo, aberrant.

2 Parrus, quem celavit.

3 Ut filia ab illo reduceretur.

4 Quae credita seni sunt, callide ad sui defensionem arripit.

5 int. *contra eam*, s. quod alii e Don. in textum intulere, *ei, cui m. f.*

6 Scil. alieno ab his nuptiis.

7 Si sapimus, dissimula-

Nam si is posset ab ea sese derepente avellere;  
 Quicum tot consueffet annos; non eum hominem <sup>1</sup>  
 ducerem, 40

Nec virum fatis firmum <sup>2</sup> gnatae. *M.* mitte ado-  
 lescentem obsecro,

Et quae me peccasse ais <sup>3</sup>: abi, solum solus con-  
 veni <sup>4</sup>:

Roga, velitne, an non, uxorem? si est, ut dicat,  
 velle se,

Redde: sin est autem, ut nolit, recte ego consu-  
 lui meae.

*P.* Si quidem ille ipse non volt, et tu sensisti esse  
 in eo, Myrrhina, 45

mus potius, nos ea scire;  
 quam ita agimus, ut cum  
 nos cuncta indagare, & eius  
 amorem aegre ferre videt,  
 nos etiam oderit. Sed vide  
 plura in nott. crit. ubi resti-  
 tuti a nobis verborum or-  
 dinis rationes damus.

<sup>1</sup> Sed *ferum*, qui nulla  
 consuetudine teneatur, de-  
 vinciat; cf. supra III, 5,  
 44. *Andr.* I, 1, 83, 108  
 sq. III, 3, 8.

<sup>2</sup> Scil. futurum.

<sup>3</sup> Myrrhina callide a se  
 rem summam transfert in

*Pamph.* qui fidem dederat,  
 se rem celaturum; adeoque  
 solus, si reducere amplius  
 nollet, culpam laturus erat.

<sup>4</sup> Metuit, ne alii rescis-  
 cant, quos haec scire non  
 aequum erat; & metuere po-  
 tuit, ne tandem veram cau-  
 sam divortii proderet Pam-  
 philus.

<sup>5</sup> *Phid.* iam Pamphili sen-  
 tentiam cognitam habens,  
*Myrrhinae* consilium re-  
 spuit, eamque denuo accu-  
 sat, quod ipsa haec gerere  
 sine consilio & iussu mariti

Peccatum : aderam , cuius consilio ea par fuerat prospici.

Quam ob rem incendor ira, esse ausam facere haec te iniussu meo.

Interdico <sup>1</sup>, ne extulisse extra aedes puerum usquam velis <sup>2</sup>.

Sed ego stultior , meis dictis parere hanc <sup>3</sup> qui postulem :

Ibo intro , atque edicam servis , ne quoquam efferri finant <sup>4</sup>. 50

M. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere <sup>5</sup> :

Nam ut <sup>6</sup> hic laturus hoc fit , si ipsam rem , ut fiet , resciverit ,

Non aedepol clam me est ; cum hoc , quod levius est <sup>7</sup> , tam animo iracundo tulit.

ausa erat.

<sup>1</sup> *Interdicimus* , quod vetamus fieri ; *edicimus* , quod fieri iubemus.

<sup>2</sup> h. e. ne efferas, scil. per alios. Est autem formula vetandi antiqua ; cf. Caro c. 5 *ne quid emisse velit insciente domino , neu quid dominum celavisse velit.*

<sup>3</sup> Iratus uxorem demonstrat, quasi diceret, mulierem hanc pervicacem. Sibi enim haec loquitur *sed finant.*

<sup>4</sup> Recte poeta facit iubentem hoc maritum ; ne quod Myrrhina voluerat , puer exponeretur , servandus in Aet. V, quem Pamph. ut suum tollit.

<sup>5</sup> Calliditas Myrrhinae exhausta : hinc maiora meruit pericula ; quibus succurret *κατασκοπη* , tristiaque mutabit.

<sup>6</sup> s. quo modo , quam immoderate.

<sup>7</sup> De exponendo puero.





## ACTUS IV. SCENA I.

SOSTRATA, PAMPHILUS.

S. **N**on clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam, uxorem tuam  
 Propter meos mores; hinc abisse: etsi ea 4 dissimulas sedulo.  
 Verum ita me dii ament, itaque obtingant ex te, quae exoptem mihi; ut

1 Actu hoc Pamph. ob simulatas causas consilii de non reducenda uxore in summas adducitur difficultates ex modestia matris rus concessurae, & errore alio Phidippi, quo uxorem filiamque suam odii in Pamphilum, velut amore Bacchidis etiamnum devinctum, arguit. Itaque inter ambos senes convenit, evocare Bacchidem, minis precibusque permovere, ut Pamphilum a se segreget. Ea vero, haud de vulgo meretricum, sed praeter opinionem bona mulier, sibi nihil rei cum illo inde ab eius nuptiis fuisse confirmat, & ad idem Phi-

lumenae eiusque matri confirmandum promptam se modestius gerit.

2 Sostrata, cum a viro rescivisset, filium non reducere velle uxorem, ut ipsius matris serviret commodis, miro permota affectu, filium monet, se rus concessuram esse, & ne amplius cunctetur uxorem reducere.

3 Senum & anuum maxime sui mores sunt; unde *morosa senectus* dicitur. Don.

4 Refertur absolute ad superiorem de suspitione sententiam; & ordo est: *etsi ea dissimulas sedulo, non clam me est* &c. ex Don.

5 Iusiurandum plenum &c.

Nunquam sciens commerui, merito ut caperet  
odium illam mei :

Teque ante quam me amare rebar, ei rei fir-  
masti fidem <sup>1</sup> : 5

Nam mihi intus tuus pater narravit modo <sup>2</sup>, quo  
pacto me habueris

moris, quo ipsum simul de-  
vincire cupit, ut precibus  
futuris obsequatur.

<sup>1</sup> Versus hic est crux in-  
terpretum inde a Don. Du-  
plex eius nomine expositio  
legitur. Prima : deest *tam* ;  
ut sit ordo : *& quam te amare  
me rebar, tantum firmasti fi-  
dem ei rei.* Alia, forsan ab  
alio : ordo & sensus hic est :  
*& quod ante rebar, ei rei fir-  
masti fidem meam : neque me  
fefellit, quod ante rebar, te  
me amare. nam ei rei hodie  
firmasti fidem, id est, proba-  
tionem attulisti.* Interpp. recc.  
huic ultimae sententiae fer-  
me accedunt omnes. Sed  
Bentl. sibi ante alios sapiens,  
gravius dicit : » Satagit hic  
Don. agit nihil. Rem con-  
ficiet noster veterrimus *Te-  
que ante quod me. &c.* Ordo

*est : quodque ante rebar, te  
me am. ei rei f. f.* » Quem-  
admodum autem veterrimus  
ille Bentleii aperte ex altero  
scholio mutuum accepit il-  
lud *quod*, ita & ipse magnus  
criticus nihil ab eo diversi  
protulit. Donati quidem *f.*  
quisquis ei suum attexuerit,  
postrema expositio adiuve-  
tur, si *quam* lenius emendes  
in *quum*, ut sit *& quum ante  
rebar, te am. m. &c.* nisi ma-  
lis *ante quam* dici pro *prae  
quam f. praeut.* Sic certe ma-  
gis laudaret filii in se amo-  
rem, quam si ex prima Don.  
expositione credas, *quantum  
te am. me a. r. tantum ei rei f. f.*

<sup>2</sup> Sic optima mater filii  
causa tegit aegritudinem om-  
nem ; verbisque lenit, quod  
in illam evomuerit Laches,  
quod filius matri concessu-

Praepositam amori tuo <sup>1</sup>: nunc tibi me certum est  
 contra gratiam

Referre <sup>2</sup>, ut apud me praemium esse positum pie-  
 tati scias <sup>3</sup>.

Mi Pamphile <sup>4</sup>, hoc et vobis, et meae commo-  
 dum famae arbitror:

Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo  
 decrevi <sup>5</sup> patre, 10

Ne mea praesentia obstet, neu causa ulla restet  
 relliqua,

Quin tua Philumena ad te redeat. *Pa.* <sup>6</sup> quaeso,  
 quid istuc consili est?

Illiu' stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum  
 migres <sup>7</sup>?

rus erat, quamvis uxorem  
 amet ipse.

<sup>1</sup> Sic auget meritum filii.  
 Plus enim dixit, quam si  
 uxori tuae diceret.

<sup>2</sup> Quam humane agit cum  
 filio!

<sup>3</sup> Id studet mater, ne quod  
 dictum est, s. taedio s. do-  
 lore s. ira victa facere videat-  
 ur filio. Cf. Plaut. Poen.  
 V, 4, 17. Virg. Aen. I,  
 257 & 465.

<sup>4</sup> Quam blandis verbis  
 praemollit, quidquid durius

decretum videatur filio! ex  
 Don.

<sup>5</sup> Denuo, quod certum  
 sibi esse dixerat, id confir-  
 mat, ne dissuadere velit fi-  
 lius. ex Don.

<sup>6</sup> Consilium matris suo  
 de non reducenda uxore  
 quam maxime adversarium  
 videns, & timens, omnia  
 congerit, ut illa mutet vo-  
 luntatem.

<sup>7</sup> Scil. ab hominibus re-  
 legati videbantur, quibus ex  
 urbe rus migrandum erat.

Haud facies <sup>1</sup> : neque finam , ut , qui nobis , ma-  
ter , maledictum velit <sup>2</sup> ,

Mea pertinacia <sup>3</sup> esse dicat factum , haud tua mo-  
destia. 15

Tum , tuas amicas te , et cognatas deferere , et  
festos dies <sup>4</sup>

Mea causa , nolo . S. nil pol iam istae res <sup>5</sup> mi  
voluptatis ferunt :

Dum aetatis tempus tulit , perfuncta fatis sum :  
fatias iam tenet

Studiorum istorum : <sup>6</sup> haec mihi nunc cura est  
maxuma , ut ne cui meae

Longinquitas aetatis obstet , mortemve expectet  
meam <sup>7</sup>. 20

<sup>1</sup> Blandius dissuadentis  
formula.

<sup>2</sup> h. e. inimici nostri.

<sup>3</sup> *Pertinacia* vitio datur ;  
eique opponitur *moderatio* s.  
*modestia*. Retinere cupit ,  
quasi dixerit : mea interest ,  
ne id fiat , quod decrevisti.

<sup>4</sup> Qui solenniter laeti e-  
rant. Post sacrificia enim a-  
gitabantur epulae , ludi , fe-  
riae. Lindenbr. huc *charistia*  
s. convivia propinquorum  
trahit, cf. Val. Max. II, 1, 8.

<sup>5</sup> Scil. amicae , cognatae ,  
festi dies.

<sup>6</sup> Cum ante pro matre &  
anu locuta esset , nunc serio  
nimis & velut ex dolore ob-  
iniuriam s. invidiam , quam  
immerito patitur , seqq. pro-  
nuntiat. Talia facit poeta ut  
ait Don. ad mores expri-  
mendos , reddendasque per-  
sonas.

<sup>7</sup> Ea saepe senectus praec-  
mia ingrata habet ab aliis.

Hic video me esse invisam immerito : tempus est concedere :

Sic optume , ut ego opinor , omnes causas praecidam omnibus ,

Et me hac suspitione exsolvam , et illis <sup>1</sup> morem gessero.

Sine me , obsecro , hoc effugere , volgas <sup>2</sup> quod <sup>3</sup> male audit mulierum.

*Pa.* <sup>4</sup> Quam fortunatus ceteris sum rebus , absque una hac foret <sup>5</sup> ,

Hanc matrem habens talem , illam autem uxorem !

*S.* obsecro , mi Pamphile ,

Non tute incommodam rem , ut quaeque est <sup>6</sup> , in animum induces pati ?

<sup>1</sup> Mire illis , non nurui. Sed morem gessero acrius dictum , tamquam illi s. illae olim voluerint , ut expelleretur ipsa. Non mirum vero , homines falso suspectos , aut immerito invisos , tandem fieri suspiciosos.

<sup>2</sup> Scil. indoctum & expers honesti.

<sup>3</sup> Ob quod , scil. illud II, <sup>1</sup> , <sup>4</sup> uno animo omnes focrus oderunt nurus.

<sup>4</sup> Pamph. matris innocentia & bonitate mirum in

modum affectus , & simul amorem Philumenaë dimittere non valens , ita sensus suos prodit , ut & pie matri respondeat , neque veram discidii causam efferat.

<sup>5</sup> Nisi haec una res esset incommoda. Ipse quidem partum uxoris alienam putans , ita dicit , ut mater credat discordiam Philumenaë , ob quam ipse haereat inter pietatem & amorem.

<sup>6</sup> h. e. qualiscunque illa res sit. Nihil enim definito

Si cetera ita sunt, ut tu vis, itaque <sup>1</sup> ut esse ego  
illam existumo,

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. *Pa.*  
vae misero mihi <sup>2</sup>!

*S.* Et mihi quidem <sup>3</sup>! nam haec res non minus me  
male habet, quam te, gnate mi. 30

A C T U S I V. S C E N A I I <sup>4</sup>.

LACHES, SOSRATA, PAMPHILUS.

*L.* **Q**uem cum istoc sermonem habueris, procul  
hinc stans accipi, uxor:

Istuc est sapere <sup>5</sup>, qui, ubicunque opus sit, ani-  
mum possis flectere;

dixerat Pamphilus. Dacie-  
ria h. l. aliena dicit.

<sup>1</sup> Et ita, ut -- existumo.  
Cautè cum filio loquitur de  
uxore, quam amare is vide-  
tur.

<sup>2</sup> Nec negat, nec promit-  
tit, sed intumescit (cf. Andr.  
II, I, 3); utpote qui a-  
missa spe retinendae uxoris  
aestum animi iam dissimulare  
non potest.

<sup>3</sup> Ingemiscit pariter; int.  
*vae miserae mihi!*

<sup>4</sup> In tempore advenit La-

ches ad intendendam rursus  
actionem, cum colloquium  
matris & filii tandem abiis-  
set in gemitus. Laches ve-  
ro, qui illud procul audive-  
rat, uxori reconciliatus, nec  
tamen nimis benigne, sed  
more suo respondens, nunc  
instat magis filio.

<sup>5</sup> Quam ne nunc quidem  
de praeterita culpa purga-  
tam sibi habet, ei tamen re-  
conciliatur; quod *nunc* illa  
videatur sapere, animum  
flectendo. Primum, *qui* (ab-

Quod faciendum sit post fortasse, idem hoc nunc  
si feceris.

S. Fors fuat pol <sup>1</sup> ! L. <sup>2</sup> abi rus ergo hinc : ibi ego  
te, et tu me feres.

S. Spero mecastor <sup>3</sup>. L. i ergo intro, et compone,  
quae tecum simul 5

Ferantur : dixi <sup>4</sup>. S. ita ut iubes, faciam. P. pater <sup>5</sup>.

L. Quid vis, Pamphile <sup>6</sup> ? P. hinc abire matrem ?  
minime <sup>7</sup>. L. quid ita istuc vis ?

lat. ant.) h. e. unde s. ex  
quo—*possis* (q. d. Ea demum  
est sapientia, quae necessi-  
tati parere doceat; cf. Cic.  
ad fam. IV, 9, 5.) dein *si*  
*feceris idem h. nunc, quod s.*  
*s. post fort. s. si sponte prae-*  
*vertas necessitatem; cf. Ad.*  
III, 5, 44. V, 3, 1 sq.

1 Adversus tristius viri  
dictum (tristis enim est ne-  
cessitas) *ευφημοσμεω* usam di-  
cit Don. *Fors fuat* s. eveniat  
sane bona; q. d. *bona dicito*  
*potius.*

2 Animum ad mitiora  
flectens sqq. dicit, quasi  
querens odium, quod fructi  
pro labore a filiis habeant  
senes parentes; neque his  
reliquum esse, quo fruan-

tur, sed quomodo se invi-  
cem ferant, qui non ab aliis  
ferantur.

3 Modesta semper, ut se  
talem fore promittat, non  
opus est; sed quem se dein fo-  
re promittit vir, sperat ipsa.

4 Confirmat sic priora,  
ut sententiam certam osten-  
dat.

5 Filius percussus vultu  
& voce patrem permovet.  
cf. Andr. V, 3, 18.

6 Celeritas ac brevitatis,  
qua filii dicta excipit, non  
sedatum, sed dolentem ani-  
mum indicat.

7 iat. abeat, s. sino. A-  
manter, non superbe resi-  
stentis est; uti supra IV, 1,  
17 *nolo.*



*P.* Quia de uxore incertus sum etiam, quid sim facturus. *L.* quid est?

Quid vis facere, nisi reducere <sup>1</sup>? *P.* <sup>2</sup> equidem cupio, et vix contineor:

Sed non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar. 10

Credo, ea gratia concordem magis, si non reducam, fore <sup>3</sup>.

*L.* Nescias <sup>4</sup>: verum tua refert nihil, utrum illae fecerint;

<sup>1</sup> Sic loquitur Laches, ut filius non audeat praecise negare.

<sup>2</sup> Igitur caute reducendi cupiditatem verbis *cupio* & *vix cont.* fingit, sed nunc minime consilium esse dicit. Ita quidem Don. quem cum interp. Italo Fabrini sequimur. Dacieria ex mente Donati quidem interpretatur, sed praeter eam sibi s. seorsim dixisse vult verba *equidem--persequar*; quod cum aestu patris responsum expectantis non congruere putamus. Erasmi. vero, Mur. Guyet. secum dubitantem faciunt, an rem de partu alieno aperire debeat, & haec

adeo seorsim a patre locutum. Sed haec aliena omnino sunt a mente & fide Pamphili.

<sup>3</sup> Iam ipsum consilium simulat, cur eam reducere adhuc cesset. *Credo*, inquit, s. spero, si videat uxor, se non reduci, nec matrem domo expelli, facilius mea causa moveri posse, ut ad concordiam redeat cum matre. Fingit haec Pamph. ut pater matrem non cogat nunc abire, & spatium quaerit, interea alium remedium expectans. Don. artificium non vidit, cum sublata affinitate amicas saltim fore putat.

<sup>4</sup> Scil. id, an concordem

Quando haec aberit. odiosa haec aetas adolefcentulis :

E medio aequom excedere <sup>1</sup> est. postremo nos iam fabulae <sup>2</sup>

Sumus, Pamphile : *senex, atque anus*. . . . . 15

Sed video Phidippum egredi per tempus : accedamus.

ACTUS IV. SCENA III. 3

PHIDIPPUS, LACHES, PAMPHILUS.

Ph. **T**ibi quoque aedepol sum iratus, Philumena,

futurae sint potius, quam in discordia. Censet, non opus esse tentare, quod incertum sit; cum certius remedium sit ex abitu Sofratae.

1 h. e. e vitae communitate abire, h. l. ex urbe migrare, sicuti qui fabulam vitae fere peregerint. Ita se & uxorem quasi iam mortuis aequiparat.

2 Sic dicuntur, qui *vixere*, non inter vivos sunt, *manes*, de quibus fiunt fabulae. Perf. V, 152 *cinis & manes & fabula fies*. Hor. Carm.

I, 4, 16 *iam te premet nox, fabulaeque manes*. Hinc statim ipse senex, quasi proximus morti, per *ἰδοποιίας* initium fabulae incipit: *senex atque anus olim fuere &c.* Sed abruptitur per tempus adveniente Phidippo.

3 Sc. haec habet ultimum errorem, quo post partum reiectum a Sofrata transmovetur culpa dissidii in Myrrhinam, Philumenaem matrem. Inde Pamphilus, de alendo puero (quem alienum credit), & de uxore

Graviter quidem : nam hercle abs te factum est  
turpiter <sup>1</sup> :

Etsi tibi causa est <sup>2</sup> de hac re. <sup>3</sup> mater te impulit :  
Huic vero nulla est. *L.* opportune <sup>4</sup> te mihi,  
*Phidippe*, in ipso tempore ostendis. *Ph.* quid est? <sup>5</sup>  
*Pa.* <sup>6</sup> Quid respondebo his? aut quo pacto hoc  
operiam <sup>6</sup> ?

*L.* Dic filiae <sup>7</sup>, rus concessuram hinc *Sofstratam* :  
Ne revereatur, minus iam quo redeat domum.

*Ph.* ah ,

Nullam de his rebus culpam commeruit tua :  
A *Myrrhina* haec sunt mea uxore exorta omnia. . . 10

reducenda sollicitatus a seni-  
bus profugit, eoque ipse  
suspectus fit amoris mere-  
tricii nondum missi. Senes  
igitur *Bacchidem* evocan-  
dam curant. Sic omnia ten-  
dent ad exitum fabulae proxi-  
mum. Vers. 1 *Phid.* a suis de-  
grediens, post gravius iur-  
gium cum uxore de celato  
parto, filiam quoque incre-  
pat, sed lenius; ut quae non  
tam sponte, quam matris  
impulsu peccaverit.

1 Quod discesseris a ma-  
rito.

2 Etsi habes, quo te excu-  
ses; cf. *Andr.* I, 5, 22.

3 Deest *nam*. Sic ipse pa-  
ter, indulgens liberis, cau-  
sam dicit.

4 Quippe quem quaere-  
bam.

5 Hae seorsim anxius di-  
cit.

6 Uti supra III, 6, 30  
*prorsus nescio, quo pacto hoc  
celebr.* Et *Don.* recte: hoc  
modo ostendit, nec esse quod  
*simulet* (quid resp. his), nec  
*id*, quod verum est, dicendum  
*sibi esse* (quo pacto oper.).

7 *Don.* Blande non addi-  
dit tuae, quasi dicat, com-  
muni filiae.

*Pa.* Mutatio fit <sup>1</sup>. *Ph.* ea <sup>2</sup> nos perturbat, Lache.

*Pa.* Dum ne reducam, turbent <sup>3</sup> porro, quam velint.

*Ph.* Ego <sup>4</sup>, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest, Affinitatem hanc sane perpetuam volo:

Sin est, ut aliter tua fiet sententia, 15

Accipias puerum <sup>5</sup>. *Pa.* sensit peperisse: occidi!

*L.* Puerum! quem puerum? *Ph.* natus est nobis nepos:

Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia,

Neque fuisse praegnantem unquam ante hunc scivi diem.

*L.* Bene, ita me di ament, nuntias: et gaudeo 20  
Natum illum, et illam salvam: sed quid mulieris

1 Scil. rerum, ex commutatione suspicionis. Sic Pamphilus seorsim, sperans inde sibi effugium fore.

2 Scil. uxor.

3 Refertur ad prius perturbat. Quam s. quantum. Et hoc ad spectatores dixit.

4 Don. Hoc pronomen initium continet orationis graviter inceptae, ut *Andr. I, 1, 8.*

5 Quanto brevius hoc dicit focer, tanto gravius in aures Pamphili incidit. En mutatio facta, sed unde

Pamph. omni spe excidit. Promiserat vero focrus III, 5, 36 sqq. ut clam eveniat patrem, atque adeo omnes; sed si fieri id non potest, dicam abortum esse. --- Continuo exponetur. Iam uti vilus ab avo nepos difficultatem affert maximam Pamphilo, ita stupenti opportune subvenit subita laetitia alterius avi ex nato nepote. Et plerumque avo iucundior esse solet ex filio soboles prima.

Uxorem <sup>1</sup> habes? aut quibus moratam moribus?  
 Nos ne hoc celatos tamdiu <sup>2</sup>? nequeo fatis,  
 Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.  
*Ph.* Non tibi illud factum minus placet, quam  
 mihi, Laches <sup>3</sup>.

25

*Pa.* Etiam si <sup>4</sup> dudum fuerat ambiguum hoc mihi,

<sup>1</sup> Indignans ob celatum a Myrrha partum contemtim dicit *quid mulieris ux.* sed tamen verbis temperat, quo minus gravius dicat *pestifimam mulierem & male moratam ux. habes.* Coniicit talem ex pravissimo facto.

<sup>2</sup> int. oportuit. *Hoc* autem refertur ad *praegnantem fuisse.*

<sup>3</sup> Haec constructio, quamvis elegans sit, & ad moderatiorem Phidippi animum exacta, offensionem grammaticis & interpp. fuit. Donati nugae mittimus; sed simpliciter exponimus *minus placet per magis displicet.* Hinc sensus: *Si tibi hoc dolet, id certe mihi, viro, magis dolet.* Eadem formula utitur Cic. de or. II, 4 Crassum inducens loqui: *ego enim nunquam mihi minus, quam hesternodie, placui, s. nunquam*

mibi magis displicui, quam heri, s. si quidem unquam mihi displicui, heri certe maxime. Comparativum eleganter sic usitari, ut vim superlativi habeat, quis nescit? Iam vide, ut temere Bentl. inveniat: *Non mihi illud f. minus dolet, quam tibi, L.*

<sup>4</sup> Pamph. secum loquitur. Etiam si dudum dubitarim, reduceremne uxorem mihi amatam (si partus celatus & expositus fuerit), an non, ambiguus scil. amoris & honesti; nunc certus sum de non reducenda, quum sequitur puer non ex me natus. Poeta eum semper facit, qui amorem uxoris ex animo aegre dimittat. Daciera per ironiam ita dixisse putat Pamphilum, sibi non cunctandum esse, nunc re-

Nunc non est, cum consequitur alienus puer.

*L.* Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatio est.

*Pa.* Perii <sup>1</sup>! *L.* hunc videre saepe optabamus diem.

Cum ex te <sup>2</sup> esset aliquis, qui te appellaret patrem,

30

Evenit: habeo gratiam dis. *Pa.* nullus sum!

*L.* Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.

*Pa.* Pater <sup>3</sup>, si ex me illa liberos vellet tibi,

Aut se esse mecum nuptam; satis certo scio,

Non me clam haberet, quod celasse intellego. 35

Nunc, cum eius alienum esse a me animum sentiam,

Nec conventurum inter nos posthac arbitrer;

ducere matrem, quae lucrum apportet ex puero alieno. Absurda sane Pamphili ingenio honesto, nunc sollicito maxime, ironia; cui locum dedit inficeta veteris grammatici observatio, quasi subsit metaphora a pecoribus, de quibus illud dicitur: *Partus sequitur ventrem*. Unde quoque factum credimus, ut inderetur *eam*, quod vulgo sic legitur: *cum eam conf. a. p.* nos omittimus, quod praeter senarium est; & *patrem* sequebantur liberi.

Terentius T. II.

1 Sibi loquitur.

2 Bene sic putat senex, quod Pamphilus non putat. (Neque tamen illud nunc refutabit, ob fidem datam. Sic cum in exitu agnosceret Pamph. ex se natum, poeta ita regit fines decori, ut vitium, virgini factum ante nuptias, tectum maneat.) Ceterum satis humane & paterne admonet, hortatur filium.

3 Ex verbis patris Pamphilus causam aliam discidium nactus est. Ex celato enim partu apparere animum il-

\* Y

Quam ob rem reducam ? L. mater <sup>2</sup> quod suafit  
sua ,

Adolescens mulier fecit. mirandumne id est ?

Censen' te posse reperire ullam mulierem, 40

Quae careat culpa ? an quia non delinquent viri ?

Ph. Vosmet videte iam <sup>4</sup>, Lache, et tu Pamphile,  
Remissan' <sup>5</sup> opus sit vobis, reductan' domum :

lius plane alienum ab ipso.

1 *Firmior conclusio fit per  
interrogationem, quam si esset  
pronuntiativa.* Don.

2 Reiecta omni culpa in  
matrem uxoris, quomodo  
& Phid. supra v. 3, excusat  
illam, quod *filia* sit, reve-  
rita matrem, *adolescens* (quae  
aetas imprudentiae affinis  
est) *mulier*, cui hoc magis  
condonandum sit, quando  
nec ipsi viri non delinquant.

3 Similis constructio re-  
dit infra sc. 5, 18.

4 Ex dictis Pamphili col-  
ligit focer, generum tantum  
aegre ferre abitionem ux-  
oris, eique satisfieri posse pu-  
tat, si ipsa uxor a parenti-  
bus remitteretur.

5 Ambiguum faciunt in-  
terpp. dictumne sit *retro mis-  
sa*, uti supra I, 2, 112,

III, 7, 17 & 48; quibus in  
locis remitti dicitur filia a  
patre ad maritum; an, quod  
alii volunt *repudiata*; quod  
innuit Don. ad v. 42, & cum  
Guyeto Dacieria. Sed po-  
sterior sensus difficultatem  
creat. Neque tam hoc sensu  
*remitti* uxor dicitur, quam  
ei *remittitur nuntius*, uti Ph.  
V, 9, 36 sponfae *repudium*.  
Quum filiam peperisse ex  
Pamph. credebat focer, is  
certe non cogitabat, Pam-  
philum etiam nunc serio  
nolle amplius uxorem; sed,  
reducere nolle, remitti velle.  
Impatientior, antequam pe-  
perisse scivisset, clamat supra  
III, 7, 50 *ita nunc is sibi  
me supplicaturum putat* &c.  
Itaque non dubitamus prio-  
rem sensum sequi. Alterum  
ne etiam pro *an* usurpatur.

Uxor quid faciat, in manu non est mea <sup>1</sup>:  
 Neutra in re <sup>2</sup> vobis difficultas a me erit. 45  
 Sed quid faciemus puero <sup>3</sup>? *L.* ridicule <sup>4</sup> rogas.  
 Quidquid futurum est <sup>5</sup>, huic reddas, suum scilicet,  
 Ut alamus nostrum. *Pa.* quem ipse neglexit pater <sup>6</sup>,  
 Ego alam? *L.* quid dixi <sup>7</sup>? eho! an non alemus,  
 Pamphile?

<sup>1</sup> Ego quidem cogere & orare nolo uxorem meam. Si remittenda est a nobis uxor, adeatis ipsi ad illam, petituri, ut remittat. Bene hoc in eum congruit, qui supra II, 2, 29 dixerat, se suis adversari non posse. Ita certe plana sunt cuncta, neque opus est quisquiliis, quae nomine Don. feruntur.

<sup>2</sup> Sive remittenda ad vos sit, sive reducere ipsi velitis, promitto meam facilitatem. Quomodo eam promittere potuerit in repudio, nemo videat.

<sup>3</sup> De puero rogat, quia Pamphili, patris, est, iubere tolli.

<sup>4</sup> *Vel adv. est, vel nomen. Si nomen est, subdistingue ridicule: rogas? Don.*

<sup>5</sup> Pamphili pater filium suum excusatiorem habere potuit, certe videri voluit, quod reducere nollet. Illa enim deseruerat maritum. Et si Myrrhina remittere nollet filiam, fieri poterat, ut discidium maneret.

<sup>6</sup> Pamph. seorsim ad spectatores s. secum obmurmurans verba *quem ipse negl. pater*; tum pro affectu fortius erumpit in verba *ego alam?* ita ut haec, non illa, audirentur a sene.

<sup>7</sup> Laches ultimis tantum obmurmurantis filii verbis auditis indignatur tandem filio, & nunc demum suspectum habet amore meretricis. Facit igitur ira, ut filium minus iam excusatum habeat, immo ipse arguat.



Prodemus quaeso potius? quae haec amentia est? 50  
Enimvero prorsus iam tacere <sup>1</sup> non queo:

Nam cogis ea, quae nolo, ut praesente hoc loquar.

Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me <sup>2</sup>?

Aut, quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?

Primum, hanc ubi dixti causam, te propter tuam 55

Matrem non posse habere hanc uxorem domi;

Pollicita est ea, se concessuram ex aedibus.

Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi cau-  
sam vides;

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.

Erras, tui animi si me esse ignarum putas <sup>3</sup>. 60

Aliquando tandem huc <sup>4</sup> animum ut adiungas  
tuum,

Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?

Sumptus, quos fecisti in eam, quam animo aequo  
tuli <sup>5</sup>?

<sup>1</sup> Est scil. parentum, ut filiorum vitia, quamvis ipsi improbent, ap. alios occulta esse velint; cf. Andr. I, 1, 117-120.

<sup>2</sup> Apparet illum a Sofrata audivisse. Nam ipsa filium deprehenderat lacrumantem. Don. Cf. III, 4, 4.

<sup>3</sup> Tertius igitur error, quo Laches nunc filium in crimen vocat.

<sup>4</sup> Ad uxorem. Construe, Quam l. sp. a. a. t. dedi-tuli; ut tandem al. adiungas huc an. tuum?

<sup>5</sup> Filium lenitatis suae, qua ipsum ea quae fert adolescentia facere passus erat, ea spe, ut tandem meliora saperet, memorem facit, unde is se patri devinctum multimodis intelligeret; dein quod olim patri obsecutus

Egi atque oravi tecum, uxorem ut duceres :  
 Tempus dixi esse. impulsu duxisti meo. 65  
 Quae tum, obsecutus mihi <sup>1</sup>, fecisti ut decuerat.  
 Nunc animum rursus ad meretricem induxti tuum :  
 Cui tu obsecutus, facis huic adeo iniuriam <sup>2</sup>.  
 Nam in eandem vitam te revolutum <sup>3</sup> denuo  
 Video esse. *Pa.* mene <sup>4</sup>? *L.* te ipsum : et facis iniuriam,  
 70  
 Configis falsas causas ad discordiam,  
 Ut cum illa vivas, testem hanc <sup>5</sup> cum abs te amoveris.

erat, laudat, quo minus ille nunc paternis monitis adversari audeat; tandem quem denuo in eandem vitam putat revolutum reprehendit. Sic illum varie permoveere cupit.

<sup>1</sup> h. e. auctoritati meae honeste postposuisti amorem illum.

<sup>2</sup> Meretrice procaece impulsus nunc uxorem iniuste amoves.

<sup>3</sup> Don. ex hoc verbo elicit, filium quasi invitum, aut nescium facere; ut veniam faciliorem habeat, & correctior esse velit. Sed nobis acrius dictum vide-

tur, ut pudorem offundat gnato, qui in eodem luto cum illa rursus volutetur. Senes scil. cum veram causam nescirent, quare is uxorem reducere nollet, quam culpam primum Sofratae, tum Myrrhinae tribuerunt, nunc in ipsum Pamph. vertunt; unde huic summa difficultas ex celato vero.

<sup>4</sup> Ob falsam patris suspicionem gravius commoveatur, ut qui Bacchidis amorem uxoris causa missum fecerat; neque nunc amorem uxoris expulit animo.

<sup>5</sup> *Laudata est hic*, inquit Don. *uxor modesta, quum*

Sensitque adeo uxor <sup>1</sup> : nam ei causa alia quae fuit,  
 Quamobrem abs te abiret? *Ph.* plane hic divinat <sup>2</sup> :  
 nam id est.

*Pa.* Dabo iusiurandum <sup>3</sup> , nihil esse istorum , tibi.  
*L.* ah, 75

Reduc uxorem; aut , quamobrem non opus sit ,  
 cedo.

*Pa.* Non est nunc tempus <sup>4</sup> . *L.* puerum accipias <sup>5</sup> :  
 nam is quidem

testem , non impeditricem,  
*appellet focer.*

<sup>1</sup> Philumena ; quam cum  
 ob contumelias viri , non  
 impulsu matris suae , abiisse  
 dicit , socrum culpa immu-  
 nem facit.

<sup>2</sup> *Don.* ait : qui *verum di-*  
*cit* , divinus *est*. *Phidippus*  
 vero lenis in suos , & me-  
 mor eorum , quae *Myrrhi-*  
*na III* , 6 , 21 sqq. contra  
 nuptias dicta v. 32 ad ani-  
 mum viri retulerat , nunc  
 pariter transmovet crimen  
 ab uxore sua ad generum.

<sup>3</sup> Suspicionem graviori se  
 liberare potuit , si veram  
 causam prodidisset ; sed fidei  
 servans argumento non uti-  
 tur. Ubi vero argumenta

nulla sunt , ibi iusiurandum  
 adhibetur. Sic poeta semper  
 dirigit rem , ne alii praeter  
 conscios de compressa ante  
 nuptias virgine quidquam  
 resciscant. Ita *Philumena*  
 innoxiae consulitur.

<sup>4</sup> Sic patri significat haud  
 obscure , praesentiam soceri  
 obstare , quo minus causam  
 veram dicat. Sic moram  
 quaerit.

<sup>5</sup> Sperat senex , filium  
 communem pignus fore con-  
 cordiae reconciliandae. Sed  
 in eo anxius erat filius , qui  
 uxorem amatam reducere  
 volebat , quod partus alie-  
 nus consecuturus esset ; cf.  
 supra v. 27.

In culpa non est. post de matre videro 1.

Pa. 2 Omnibus modis miser sum : nec, quid agam,  
scio :

Tot me nunc rebus miserum concludit pater. 80

Abibo hinc, praesens quando promoveo parum :

Nam puerum iniussu credo non tollet meo,

Praesertim in ea re cum sit mihi adiutrix focrus 3.

L. Fugis ? hem : nec quidquam certi respondes  
mihi ?

Num tibi videtur esse apud sese 4 ? sine 5 : 85

Puerum, Phidippe, mihi cedo ; ego alam 6. Ph.  
maxume.

Non mirum fecit uxor 7, si hoc 8 aegre tulit :

Amarae 9 mulieres sunt, non facile haec ferunt :

1 Tecum post agam solus.

2 Pamph. sqq. seorsim a  
patre recedens dicit. Is vero  
cum nihil superesse sibi vi-  
deret, quo effugeret patris  
incurfus, consilium fugiendi  
capit. Sic & res celatur,  
neque divortium fit; quod  
utrumque ad fabulae exitum  
pertinet.

3 Quae supra III, 3, 40  
dixerat : continuo exponetur.

4 Cum frustra fugientem  
inclamasset pater, iratus illi  
se convertit ad Phid. & filium

dicit quasi insanum amore  
meretricis.

5 Minantis est; & int.  
me in hac re gerere mihi  
morem. Ego illum redigam  
&c. cf. Heaut. V, 1, 73 sq.

6 Bene fit, quod non ex-  
ponatur. Ita poscit fabulae  
exitus.

7 int. Pamphili, Philu-  
mena; neque aliter accepit  
Don.

8 Scil. virum amare Bac-  
chidem.

9 Acerbae, saevae; cf.

Propterea haec ira est : nam ipsa narravit <sup>1</sup> mihi :  
 Id ego hoc praesente tibi nolueram dicere : 90  
 Neque illi credebam primo <sup>2</sup> : nunc vero palam est.  
 Nam omnino abhorrere animum huic video a  
 nuptiis <sup>3</sup>.

L. Quid ergo agam, Phidippe <sup>4</sup>? quid das consili?

Ph. Quid agas? meretricem hanc <sup>5</sup> primum ad-  
 eundam censeo:

Ovid. art. am. II, 377. Don.  
 addit : *non enim laudat, sed  
 causam dicit, unde uxor offen-  
 derit Pamphilum. Mox idem:  
 Non facile ferunt pellicatum,  
 neque amorem aliarum in vi-  
 ris.*

<sup>1</sup> Don. *utrum finxit haec  
 dixisse filiam sibi? an vero κα-  
 τα το σιωπημενον, factum est?*  
 Tum sciolus aliquis gram-  
 maticus illis adspersit : ego  
*neutrum puto, & sic intelligo,  
 quod de uxore sua dicat ipsa  
 n. m. secundum illud, 'quod  
 supra dixit (III, 6, 21).*  
 Hinc ille error, receptus  
 Codd. plerisque omnibus,  
 quem depulimus v. 87; cf.  
 not. crit. Dacieria gravi-  
 ter errat, cum Donati verba  
 non distinguit ab iis, quae

alius affluit. Donati vero κα-  
 τα το σιωπη. intelligimus de  
 eo, quod talia patri, suspi-  
 cionem quaerenti, tacite  
 nutu oculorum responderit.  
 Σιωπησθω nobis est a σιω μο-  
 veo, & ωψ.

<sup>2</sup> Scil. *quia mulieres sunt  
 saepe de nihilo suspiciosae.*  
 Don.

<sup>3</sup> Quod amoris meretricii  
 significationem habet. Si di-  
 xisset *ab uxore*, possit putari  
 tantummodo iratus Philu-  
 menae. ex Don.

<sup>4</sup> Don. *Conturbatur pater,  
 quasi res sua tantum agatur.*  
*Et vide, quemadmodum poeta  
 latenter fessinet ad rerum cog-  
 nitionem.*

<sup>5</sup> Don. *Bene hanc, quasi  
 eam, quae inturbat. Mox pri-*

Oremus <sup>1</sup> : accusemus gravius : denique 95

Minitemur , si cum illo habuerit rem postea.

L. Faciam , ut mones. eho puer , curre ad Bacchidem hanc

Vicinam nostram : huc evoca verbis meis <sup>2</sup>.

Et te oro porro , in hac re adiutor sis mihi <sup>3</sup>:

*Ph.* ah ,

Iam dudum dixi , idemque <sup>4</sup> nunc dico , Lache , 100

Manere affinitatem hanc inter nos volo ,

Si ullo modo est ut possit ; quod spero fore.

Sed visne adeste me una , dum istam convenis <sup>5</sup> ?

L. Immo vero abi , aliquam puero nutricem para.

*mum* h. e. priusquam Pamphilum rursus aggrediamur.

<sup>1</sup> h. e. agamus cum illa , ius orando , monendo ; cf. supra v. 64. (Inde *aëtor* causae dicitur *orator*.) Ita poscit ordo verborum. Et indignum foret senibus , certe Phidippo , rogare & obsecrare.

<sup>2</sup> Bene servata sunt personis congruentia. Socerum monere , consilium dare tantum decuit ; patrem facere , qui mitius illo cum pellice

agere poterat , ut obsequentem haberet. ex Don.

<sup>3</sup> h. e. apud Tuas ea agas , quae ad concordiam faciant.

<sup>4</sup> Cf. supra IV , 3 , 13 sq.

<sup>5</sup> Egregie fines decori regit poeta , dum socerum facit a primo congressu refugientem , interea quaesiturum nutricem. Sic socer adiutor erat in puero alendo , contra quam Pamphilus eiusque adiutrix socius destinaverant.

## ACTUS IV. SCENA IV. 1

BACCHIS, LACHES.

B. **N**on hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conventam esse expetit:

Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, fit quod velit 2.

L. Videndum est, ne minus propter iram hinc 3 impetrem, quam possiem;

Aut ne quid faciam plus, quod post, me minus fecisse, fatius sit.

Aggrediar. Bacchis, salve.

5

1 Male ab hac scena ordiuntur actum V omnes edd. praeter unam Dacieriam, quae sapientius vidit, scenam non fieri vacuum, neque ulli morae ad conveniendam Bacchidem locum esse. Laches sane a mandato focero ipse opperiebatur Bacchidem, vicinam, modo evocatam: & illa, non superba, sed bona meretrix, propere egreditur, reverens Lachetem ac timida. Ita vero miscet colorem poeta, ut ei adversarium Lachetem faciat ex irato mitiorem, ratione pro-

babili, ut hoc impetrabilior sit Bacchis. Sic poeta recedit a consuetudine Comica, ad mores meliores exprimendos & faciliorem exitum, qui a Bacchidis commoditate invenietur.

2 Construe: *Pol non multum me fallit* (parum aberit) *quin, quod velit, fit quod suspicor.*

3 Ab hac, scil. Bacchide. Cf. not. crit. ad h. l. Ceterum pluribus effert verbis, quod ad illud Phorm. III, 6, 21 paucioribus dixeris: *ne quid plus minusve faxim, quod post pigeat.*

B. Salve, Lache. L. credo aedepol, te nonnihil mirari, Bacchis,

Quid fit, quapropter te huc foras puerum evocare iussi.

B. Ego pol quoque etiam timida sum <sup>1</sup>, cum venit in mentem, quae sim,

Ne nomen quaesti mihi obsiet: nam mores facile tutor <sup>2</sup>.

L. Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier: 10

Nam iam aetate ea sum, <sup>3</sup> ut non fiet peccato mihi ignosci aequom:

<sup>1</sup> Expone: *Pol ego quoque*, non tantum miror id, sed *etiam* (insuper) *timida sum--ne--obsiet*.

<sup>2</sup> Absque hoc uno facere consuevi, quae bonas par est facere, s. uti ipsa de se dicit V, 1, 38 *nunquam animum quaesti gratia ad malas adducam partes*.

<sup>3</sup> Construe: *ut non fiet aequom ignosci mihi* (h. e. ut difficilius mihi ignoscatur) *peccato* (cum a me peccatum fuerit). In *peccato* haerent multi, qui per graecissimum velint dictum pro pec-

*canti* *ημαρτηκολι*. Verum potius ablativus est absolutus s. consequentiae, uti ap. Cic. de L. agr. II, 2 *cui errato* (h. e. cum erratum est) *nulla venia*; *recte facto* (cum recte factum est) *exigua laus*; quod monent Dacieria ad h. l. & Gesn. in thes. voce *peccatus*. Cf. Tac. H. II, 18 T. III ed. Bip. p. 112 *spreto*, *centurionibus--laudari*, *quidam--clamitabant*. Id. Ann. II, 7 *audito--obsideri--duxit*; IV, 36 *absolvitur*, *comperto*, *ficta in eum crimina*. Plura habent grammatici.



Quo magis omnes res cautius <sup>1</sup>, ne temere faciam;  
accuro:

Nam si facis, facturave es, bonas quod par est  
facere:

Inscitum <sup>2</sup>, offerre iniuriam tibi; immerenti, ini-  
quom est.

*B.* Est magna ecastor gratia de isthac re, quam  
tibi habeam: 15

Nam qui post factam iniuriam, <sup>3</sup> expurget, pa-  
rum mihi profit.

Sed quid istuc est? *L.* meum receptas <sup>4</sup> filium ad  
te Pamphilum... *B.* ah <sup>5</sup>!

*L.* Sine dicam. uxorem hanc priu' quam duxit,  
voftrum amorem pertuli <sup>6</sup>.

Mane <sup>7</sup>; nondum etiam dixi id, quod volui. hic  
nunc uxorem habet:

<sup>1</sup> Seniliter additum dicit  
*Don. ne temere faciam.*

<sup>2</sup> h. e. absurdum, inelegans; *Gallis impoli. Tibi*, scil. ut mulieri, eique luculentae. *Scite* loquitur senex cum *scita*; cf. *Phorm. I, 2, 60.*

<sup>3</sup> *Int. eam.* *Al.* ingerunt se, quod versui obesse *Faern.* vidit; & cf. *Ad. II, 2, 12.*

<sup>4</sup> Brevibus crimen proponit; & *receptas* significan-

tius est, quam *recipis.*

<sup>5</sup> Dolentis, ut quae falso arguatur; & contradictura erat, nisi senex orare pergeret.

<sup>6</sup> Satis honeste *voftrum amorem* dicit, & patientiam suam ostendit, qua meritis sit, ne laedatur ulterius.

<sup>7</sup> *Bacchis*, crimen statim a se amovere cupiens, iam iam responsura erat; quod cum vultu ostenderit, senex lon-

Quaere alium tibi firmiorem <sup>1</sup>, dum tempus <sup>2</sup>  
 consulendi est. 20

Nam neque ille <sup>3</sup> hoc animo erit aetatem <sup>4</sup>, neque  
 pol tu eadem ista aetate.

B. Quis id ait <sup>5</sup>? L. socrus <sup>6</sup>. B. men' <sup>7</sup>? L. te  
 ipsam: et filiam abduxit <sup>7</sup> suam,

Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui  
 est, extinguere.

B. Alid si scirem <sup>8</sup>, qui firmare meam apud vos  
 possem fidem,

giorem audientiam postulat.

Mox *hic-hab.* cum denuntiatio-  
 ne pronuntiandum est, qua-  
 si dicat: *alia nunc res est.* Don.

1 Amatorem, magis fide-  
 lem, quam Pamphilum (cf.  
 I, 1, 1). Hinc etiam intel-  
 ligas, Bacchidem fuisse dissimilem illis, quae se omni-  
 bus pervulgant; sed eam,  
 quae uni amatori se dederet.

2 h. l. est aetas amorum  
 felix, sed & velox.

3 Scil. Pamphilus.

4 Quam vocem in Codd.  
 omissam, Don. habet. Mox  
 repetitur diverso casu, unde  
 figura est, gratiam habens.  
 Quamvis enim aetatem, ut  
 alibi, vim adverbii habeat,

est tamen ipse accus. ab o-  
 missa praepos. *per.*

5 Neglectis consiliis iuve-  
 nilibus ad ipsum erimen re-  
 dit, *se recept.* Pamph. & sua  
 innocentia fidens quaerit,  
 quo auctore eius arguatur.

6 Gravius hoc pronun-  
 tiasse videtur, & mox vehe-  
 mentius *te ipsam*; additque  
 statim facta, e quibus intel-  
 ligat Bacchis, quam gravi-  
 ter ab ipsa animadvertendae  
 forent iniuriae, quas fecerit.

7 Scil. ut quae a viro li-  
 bidoso abstraheretur.

8 *Dum quaerit quo fidem  
 firmet, fidem sibi adquisivit at-  
 que adscripsit.* Don. *Alis, alid,*  
 antiquae pro *alius, aliud.*

Sanctius, quam iusiurandum; id pollicerer tibi;  
Lache : 25

Segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me  
Pamphilum.

L. Lepida es. sed scin<sup>2</sup>, quid volo potius fodes facias<sup>1</sup>? B. quid, cedo?

L. Eas ad mulieres huc intro, atque istuc iusiurandum idem

Polliceari illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi.

B. Faciam<sup>2</sup>. quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret, scio, 30

Ut de tali causa nuptae mulieri se ostenderet<sup>3</sup>.

Sed nolo falsa fama esse gnatum suspectum tuum,

Nec<sup>4</sup> levio<sup>rem</sup> vobis, quibus est minime aequom, viderier

Immerito: nam meritus de me est<sup>1</sup>, quod queam, illi ut commodem.

<sup>1</sup> Poeta per Lachetem invenit consilium, quo introeat ad mulieres bona meretrix, unde erit improvisus exitus.

<sup>2</sup> Sane tutatur mores.

<sup>3</sup> Itaque mulier haec pudori malo praeponit honestum.

<sup>4</sup> Int. volo; quod ex illo

est *nolo* s. non volo--nec

<sup>5</sup> Et ex hoc melior videatur Bacchis, quod omnino non aegre tulerit amici discessum; sed facile concesserit uxori. Falso igitur servus putabat malignam factam esse post nuptias, quod difficilior iam esset in Pamph. cf. I, 2, 84 sq.

L. Facilem benevolumque lingua <sup>1</sup> tua iam tibi me reddidit <sup>2</sup>. 35

Nam non sunt solae arbitratae haec <sup>3</sup> : ego quoque etiam credidi <sup>4</sup>.

Nunc cum ego te esse praeter nostram opinionem <sup>5</sup> comperi ;

Fac eadem ut sis porro : nostra utere amicitia, ut voles <sup>6</sup>.

Aliter si facis. . . reprimam me <sup>7</sup>, ne aegre quidquam ex me audias.

Verum te hoc moneo unum : qualis sim amicus, aut quid possiem, 40

Potius quam inimicus, periculum facias <sup>8</sup>.

<sup>1</sup> Scil. animi interpres.

Ut oratio virorum sit, ita magis mulierum lingua videtur.

<sup>2</sup> Quanto magis facta?

<sup>3</sup> s. haec, quod vulgo habent. Sed illud versus iubet.

<sup>4</sup> Credere (pro vero habere) plus est, quam arbitrari (h. l. putare). Etiam est *in super*, ut v. 7.

<sup>5</sup> Scil. bonam, moratam.

<sup>6</sup> Places, senex, qui pro amore filii promittis amicitiam tuam.

<sup>7</sup> Bene senex se repressit, ne inscite ageret cum scita & bona.

<sup>8</sup> Hoc genus admonitionis minus habet amaritudinis, sed plurimum gravitatis. ex Don.

## A C T U S   I V .   S C E N A   V . :

PHIDIPPUS , LACHES , BACCHIS.

P. **N**ihil apud me tibi  
 Desieri patiar , quin , quod opus fit , benigne  
 praebeatur.

Sed cum tu saturo , atque ebria eris , puer ut satur  
 fit , facito <sup>2</sup>.

L. Noster fover , video , venit : puero nutricem  
 adducit.

Phidippe , Bacchis deierat perfancte . P. haecine  
 ea est ? L. haec est. 5

P. Nec pol istae metuunt Deos : neque has  
 respicere Deos opinor <sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Laches , qui pro paterna  
 indulgentia filii olim amo-  
 rem pertulerat , nunc post  
 commoda dicta Bacchidis fa-  
 tis huic benevolum se ostendit.  
 Sed fover superveniens ,  
 filiae causa acerbiorum se ab  
 initio praebet , quam illa dig-  
 na erat . ingreditur autem  
 e priori sermone apte dis-  
 crens cum nutrice , quam sc.  
<sup>4</sup> arcessitum ierat.

<sup>2</sup> Quod cum Plauto dix-  
 ris comice magis , ut Pseud.

I , 2 , 51 *ubi tu tuum panti-  
 cem* ( abdomen , se semper  
 pandens ) *m deseceris , puer  
 ne siccus sit , facito.*

<sup>3</sup> Quamvis Phid. acrius  
 invehatur pro opinione in-  
 iuriae , quam fecerit filiae  
 meretrix ( praeter ipsius opi-  
 nionem bona ) : poeta ta-  
 men per ipsum profert dic-  
 tum , sapientiae & pietatis  
 plenum . Quos nimirum ( ut  
 vulgus meretricum ) Deo-  
 rum non metuentes , nec Dii

B. Ancillas dedo 1 : quolibet cruciatu per me 2  
exquire.

Haec res hic agitur 3 : me facere , Pamphilo ut  
redeat uxor ,

Oportet : quod si perficio , non poenitet me  
famae ,

Solam fecisse id , quod aliae meretrices facere  
fugitant. 10

L. Phidippe , nostras mulieres suspectas 4 fuisse  
falso ,

respiciunt, h. e. curant, s. quibus Dii irati sunt, ii ita perditii sunt, infelices, ut scelera quaevis admittant. Cic. pro Rab. Post. 13 *ubi semel quis peieraverit, ei credi posse, etiamsi per plures Deos iuret, non oportet.* Don. & post eum alii ambiguum fingunt; quod non est. Hominum est, *metuere* s. vereri Deos. Dii I. *respiciunt* homines gratiose (cf. Andr. IV, 1, 18. Ph. V, 4, 23) I. iis irascuntur. Sic *cura* & *ira* Deorum sibi opponuntur.

I Bacchis, quo melior est, hoc concitator, ob iurandum repudiatum, offert aliud documentum, quod fir-

*Terentius T. II.*

mius habetur.

2 h. e. me permittente.

3 h. e. *hic non de verbis, sed res agitur.* ex Don. Et sic ex iis, quae faciam, melius de me existimabitis. Atque cum se promptam ad perficiendum quod velint senes, ostendat, non opus erit quaestione. Ira vero haec pronuntiat, ut non modo Laches permoveatur, sed & Phid. acquiescat.

4 Cave putes *suspectas* h. I. passivam vim habere, & notare *quas suspicio falsa insecuta sit*, qua dudum suas absolverant: Solstratam IV, 3, 9; Myrrhinam mox v. 74 & 91. Sed h. I. active

Z

In re ipsa invenimus : porro hanc nunc experiamur <sup>1</sup>. nam si

Compererit crimini tua se falso uxor credidisse ;  
Missam iram faciet : sin autem est ob eam rem  
iratus gnatus ,

Quod peperit uxor clam , id leve est : cito ab eo  
haec ira abscedet. 15

Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio  
dignum.

P. Velim quidem hercle <sup>2</sup>. L. exquire : adest <sup>3</sup> :  
quod satis sit , faciet ipsa.

P. Quid mihi istaec narras <sup>4</sup>? an quia non tute  
ipse dudum audisti ,

sumitur pro *suspiciatas*, suspicientes, ut ap. Caton. distich.

IV, 44 *suspectus cave sis--nam timidis & suspectis aptissima mors est.* cf. Hor. Carm.

I, 17, 25. Suspiciatas igitur dixit falso *mulieres nostras*, h. e. *Philumenam & Myrrhinam*, quas eadem scena priori vers. 28 *mulieres* dixerat, & quemadmodum hac sc. v. 4 *nostrer socer*. Quod igitur a mala glossa in textum irrepsit *nobis*, vulgo praemissum v. sq. unde hic re-

dundabat, hoc magis delimus, quod etiam Don. nostrae sententiae favet, & cum vocem *suspectas* ambiguum esse dixisset, addit: *Nobis* aut abundat, l. *cum molestia nostra* significat.

1 s. huius nunc opera utamur.

2 Falsum fuisse crimen.

3 Scil. Bacchis.

4 Phid. iam satis persuasus acquiescit, ac denuo confirmat, manere hanc affinitatem perpetuam se velle.

De hac re animus meus ut sit, Laches? illis modo explete animum.

L. Quaeso aedepol, Bacchis, quod mihi es pollicita<sup>2</sup>, tute ut ferves. 20

B. Ob eam rem vis ergo intro eam? L. i, atque exple animum iis, ut credant.

B. Eo: etsi scio pol his fore meum conspectum invisum hodie:

Nam nupta meretrici hostis<sup>4</sup> est, a viro ubi feregata est.

L. At hae amicae erunt, ubi, quamobrem advenis, rescifcent.

P. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint<sup>5</sup>: 25

Nam illas errore, et te simul suspicione exsolves.

B. Perii, pudet Philumenae<sup>6</sup>. sequimini me intro huc ambae.

<sup>1</sup> Scil. mulieribus nostris explete. Poenitet ipsum Bacchidem alloqui; itaque simul Lachetem respicit.

<sup>2</sup> Scil. iusiurandum apud mulieres.

<sup>3</sup> Pudore cunctans denuo quaerit.

<sup>4</sup> Iniquior in meretricem.

<sup>5</sup> Tandem ipse focer, iam mitior factus lingua & vultu Bacchidis, promittit, mulieres amicas fore. ac fore, credit verae causae ignarus.

<sup>6</sup> Hoc sibi, amabilis ob pudorem, mulier dixit: cetera ad pedissequas *καφαι προσεπα.*



L. <sup>1</sup> Quid est, quod mihi malim, quam quod  
huic intellego evenire,

Ut gratiam ineat sine suo dispendio <sup>2</sup>, et mihi  
profit?

Nam si est, ut haec nunc Pamphilum vere ab  
se segregarit, 30

Scit sibi nobilitatem ex eo <sup>3</sup>, et rem natam, et  
gloriam esse:

Referet <sup>4</sup> gratiam ei, unaque nos sibi opera ami-  
cos iunget.

1 In versf. sqq. interpre-  
tes haerent, & Critici eos  
corrumpunt. Nos nihil mu-  
tamus, & expositione po-  
tius consulimus textui *quid  
est, quod malim* &c. per *ni-  
hil est, quod mihi malim eve-  
nire, quam quod huic evenire  
int.* Quod enim ipsi gloriae  
erit absque s. d. id quoque  
nobis ab illa summum eve-  
niet beneficium, quo sibi  
nos adiungat.

2 Si quidem dudum filium  
a se segregatum habuit, ni-  
hil certe nunc amittit.

3 s. ex moribus, quos tu-  
tata maritum coniugi nunc  
reconciliat, *nobilitatem*, h.  
e. praemium virtutis feret,

non in gloria s. fama facti  
rarioris tantummodo posi-  
tum, sed in *re* s. muneribus  
ex patrocinio senum & ami-  
citia mulierum sperandis. Ita  
infirmae quae erant nuptiae,  
per ipsam firmiores, in  
rem Bacchidis futurae erant,  
quod Philotium, quamvis a-  
lia in animo habens, opta-  
verat I, 2, 27.

4 Senex natura loquacior,  
& nunc quasi spe tumens, &  
re iam bene gesta gaudens,  
effunditur in sermonem ita,  
ut dicta denuo aliis verbis  
dicat: dum gratiam refert  
Pamphilo (cf. sc. priorem v.  
34) s. dum facit, ut Pam-  
philo redeat uxor, neque

## ACTUS V. SCENA I.

## PARMENO.

**A**Edepol nae meam herus esse operam deputat parvi preti,

ipsam famae poenitebit (cf. supra v. 8 sq.) & nos inveniet amicos munificos. Nunc demum post introitum Bacchidis, senibus etiam descendibus, vacua fit scena; & locus intervallo est, quo intus *καταστροφή* fit ex agnito a mulieribus anulo, quem olim a Pamph. vi ereptum virgini, datumque Bacchidi, haec forte in digito habuit. Inde auctor raptionis noscitur fuisse ipse Pamphilus; qui non amplius caram uxorem reducere dubitabit.

1 Actus V post factam per intervallum, quo a priori dirimitur, *καταστροφήν*, exitum fabulae non tam ipse habet, quam narrat, eoque brevior est. Quomodo autem in primo actu praevit Philotium, haud mala meretrix, ita nunc in fabula exeunte advenit altera meretrix, ob

mores, quos ceterum tutata est optimos, nobilior; quasi ovans, ob concordiam suo interventu reditam. Ita vero regit poeta fines decori, quod iam monuimus ad IV, 3, 30, ut rei omnis, praeter conscios, ignari maneant ceteri, maxime senes; unde maiorem ab omnibus varie initura sit gratiam, & quod res est, Philumenae decus servetur.

2 Curiosus servus, secretorum olim particeps, sed ea male custodiens, & simul piger, ex erroribus tandem redux ingreditur, nunc, se frustra exercitum, stomachans. Et idem nunc opportune adveniens denuo exercebitur nuntius laetorum, quae ipse nesciat, exeunte fabula ridendum se praebiturus.

Qui ob rem nullam misit , frustra ubi totum de-  
fedi diem,

Myconium hospitem dum exspecto in arce Callide-  
midem,

Itaque ineptus hodie dum illic sedeo , ut quisque  
venerat ,

Accedebam : *adolescens : dic dum , quaeso , tun' es*  
*Myconius ?* 5

*Non sum. at Callidemides ? non. hospitem ecquem*  
*Pamphilum*

*Hic habes ?* omnes negabant : neque eum quem-  
quam esse arbitror.

Denique hercle iam pudebat : abii. sed , quid Bac-  
chidem

Ab nostro affine exeuntem video ? quid huic hic  
est rei ?

*ACTUS V. SCENA II.*

BACCHIS , PARMENO.

**P** Armeno , opportune te offers : propere cur-  
re ad Pamphilum.

*P.* Quid eo 1 ? *B.* dic me orare , ut veniat. *P.* ad  
te ? *B.* immo ad Philumenam.

*P.* Quid rei est 2 ? *B.* tua quod nihil refert : per-  
contari desinas.

1 int. ad Pamphilum.

2 Curiosus non recusat

laborem, dummodo ea, de

quibus agitur, sciat.

*P.* Nihil aliud dicam <sup>1</sup>? *B.* etiam <sup>2</sup>: cognosse anulum illum Myrrhinam

Gnatae suae fuisse, quem ipse olim mihi dederat. *P.* scio. 5

Tantumne est <sup>3</sup>? *B.* tantum: aderit continuo, hoc ubi ex te audiverit.

Sed cessas <sup>4</sup>? *P.* minime equidem: nam hodie mihi potestas <sup>5</sup> haud data est:

Ita cursando atque ambulando totum hunc contrivi diem.

### ACTUS V. SCENA III. <sup>6</sup>

#### B A C C H I S.

**Q**uantam obtuli adventu meo laetitiam? Pamphilo hodie!

<sup>1</sup> Repulsus studet colligere rem ex mandatis.

<sup>2</sup> Est reminiscentis id, quod paene praeterierit. Sed id sic dicit, ut id l. fictum l. minoris momenti esse credat servus.

<sup>3</sup> Parum se processisse in indagando intelligit servus.

<sup>4</sup> Curiosior quam impiger abigendus est.

<sup>5</sup> int. cessandi.

<sup>6</sup> Scena haec continet nar-

rationem eorum, quae intus gesta erant, ac neminem scire oportebat, praeter hos, quorum intererat. Hinc Bacchis sibi, gaudens bono, quod per ipsam contigerat, sola, quoad cum Pamph. redeat servus, gaudium erumpit, et sic affectum prodit, ut spectatores rem omnem quasi ob oculos sitam videant.

<sup>7</sup> Ex restituto gnato, qui paene periit (v. 3).

Quot commodas res <sup>1</sup> attuli ! quot autem ademi-  
curas <sup>2</sup> !

Gnatum ei restituo , qui paene harum ipsiusque  
opera periit :

Uxorem , quam nunquam est ratus posthac se ha-  
biturum , reddo :

Qua re <sup>3</sup> suspectus suo patri , et Phidippo fuit ,  
exsolvi. 5

Hic adeo his rebus anulus <sup>4</sup> fuit initium inve-  
niundis.

Nam memini , abhinc menses decem <sup>5</sup> fere ad me  
nocte prima <sup>6</sup>

Confugere <sup>7</sup> anhelantem domum , sine comite , vini  
plenum ,

<sup>1</sup> Ex reddita uxore ( v. 4 ,  
cuius consuetudine teneba-  
tur supra III , 6 , 44 , quam  
invitus repudiabat , vicem  
suam ac solitudinem vitae  
dolens ; cf. infra v. 25 .

<sup>2</sup> Ex iris senum , quibus  
suspectus erat , quasi etiam-  
num obnoxius esset Bacchi-  
di ; cf. v. 5 .

<sup>3</sup> Subtilius sic dicit cri-  
men , quo Pamphilus ad ip-  
sam rediisse falso putaba-  
tur.

<sup>4</sup> Cf. quae de eo praefata  
est Myrrhina III , 8 , 59 .

<sup>5</sup> Recte id meminit , ut  
ex Pamph. gravidam factam  
esse Philumenam constet. Cf.  
quae notavimus ad III , 8 ,  
33 , sq. p. 304 .

<sup>6</sup> A vespera dicebatur pri-  
ma nox s. fax. Post illam  
erat concubia ; inde intem-  
pesta.

<sup>7</sup> Fere , quot verba , tot si-  
gna profert , e quibus col-  
ligi facile est , hunc esse ,  
qui virginem vitiaverit. *Con-  
fugere* , quod timebat , *anhe-  
lantem* , colluctatus fuerat ,  
*domum* , celari volebat , *sine*

Cum hoc anulo. extimui illico : *mi Pamphile*, in-  
quam, *amabo*,

*Quid exanimatus es, obsecro? aut unde anulum i-  
stum nactus?* 10

*Dic mihi.* ille, alias res agere se, simulare 2. post-  
quam video 3;

Nescio quid suspicariet, magis coepi instare, ut  
dicat.

Homo 4 se fatetur vi, in via, nescio quam 5,  
compressisse:

Dicitque, sese illi anulum, dum luctat, de-  
traxisse.

Eum haec cognovit Myrrhina in digito 6: modo  
me habentem 15

*com.* in pudendo facinore,  
*vini pl.* in vino Venus est  
& temeritas, *cum h. anulo*,  
qui raptum indicat. ex Don.

1 Perturbatio & anu-  
lus sunt praecipua signa  
commissi facinoris. Addit  
Don. *Brevitati consulit Te-  
rentius: nam in Graeca haec  
aguntur, non narrantur.*

2 Don. *Alias res agen-  
tem se fingere. Pudebat enim  
amicae de alterius stupro fateri,  
& ei amicae, quam tum de-  
peribat.*

3 Alia agentem, nec re-  
spondentem quaesitis.

4 Bene additur *homo ad  
rem* notandum; uti Eun. V,  
5, 1, 19.

5 Atque haec ignoratio  
personae fabulam, & qui in  
ea errores sunt, peperit; si-  
mul excusatum facilius ha-  
buit Bacchis, qui non a-  
more illam, sed temere in-  
vaserit.

6 Scite aequae & vere ex  
mulierum indole invenit *κα-  
τασκοφην*. Quam enim ocu-

Rogat, unde fit : narro omnia haec : inde est cog-  
nitio facta ,

Philumenam compressam esse ab eo , et filium inde  
hunc natum.

Haec tot propter me gaudia illi contigisse laetor :  
Etsi hoc meretrices aliae nolunt : neque enim est  
in rem nostram ,

Ut quisquam amator nuptiis laetetur. verum eca-  
stor 20

Nunquam animum quaesti gratia ad malas addu-  
cam partes.

Ego, dum illo licitum est, ufa sum benigno et  
lepidio, et comi.

Incommode mihi nuptiis evenit <sup>1</sup> : factum fateor :  
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi  
eveniret <sup>2</sup>.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incommo-  
da <sup>3</sup> aequom est ferre. 25

leae istae, ad aliarum, quae  
accedunt, ornatum, vestes,  
aurum, gemmas lustrandas !  
Melius vero sit h. l. distin-  
guere dicta, quam cum Bentl.  
mox corrumpere *habentem*  
in *habente*. Expone autem :  
me, quae eum nunc habe-  
rem, rogat, unde fit.

<sup>1</sup> *Incommode* cum illis a-  
gitur, a quibus amici disce-

dunt. Cic. Lael. 4. h. l. Bac-  
chidi *inc. ex nuptiis evenit*,  
quod eam deferebat a-  
mator.

<sup>2</sup> Ea, quae culpa nostra  
eveniunt incommoda, dole-  
mus magis.

<sup>3</sup> h. e. quae ab eo oriun-  
tur incommoda ; uti Ad. II,  
3, <sup>2</sup> *iniuria adolescentium* h.  
e. quae ab adol. fit ; & a-

## ACTUS V. SCENA IV.

PAMPHILUS, PARMENO, BACCHIS.

*Pam.* **V**ide, mi Parmeno, etiam fodes, ut mi haec certa et clara <sup>2</sup> attuleris;

Ne me in breve coniicias tempus, gaudio hoc falso frui.

*Par.* Visum est <sup>3</sup>. *Pam.* certene? *Par.* certe. *Pam.* Deus sum, si hoc ita est. *Par.* verum reperies.

*Pam.* Manedum, fodes: timeo ne aliud credam, atque aliud nunties.

*Par.* Maneo, *Pam.* sic te dixisse opinor, invenisse Myrrhinam,

Bacchidem anulum suum habere. *Par.* factum. *Pam.* eum quem olim ei dedi:

Eaque hoc te mihi nuntiare iussit: itane est factum? *Par.* ita, inquam.

*Pam.* Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?

libi iniuriam patrum.

<sup>1</sup> Interea cum Bacchis ante ostium opperiretur, advenit Pamphilus, in itinere cum servo loquens, cum vario affectu, modo verens, modo se efferens. Cf. Ad.

IV, 6, 64.

<sup>2</sup> Recte audita.

<sup>3</sup> int. mihi, pro visus sum certo audire. Eun. III, 2, 1 & Plaut. Aul. V, 14. pariter, ut persuasum mihi est persuasus sum.



Egon' te pro hoc nuntio quid donem? quid?  
quid 1? nescio.

*Par.* At ego scio. *Pam.* quid? *Par.* nihil enim: 10  
Nam neque in nuntio, neque in me ipso, tibi  
boni quid sit, scio 2.

*Pam.* Egon', qui ab Orco mortuum me redu-  
centi in lucem feceris 3,  
Sinam sine munere a me abire? ah, nimium me  
ingratum putas.

Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium 4:

Me exspectat credo: adibo 5. *B.* salve. *Pamphile.* 15

*Pam.* O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea 6!

*B.* Bene factum, et volupe est. *Pam.* factis ut  
credam, facis 7:

Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,  
Ut voluptati obitus 8, sermo, adventus tuus,  
quocunque adveneris,

1 Formula quaerentis.

2 En ut curiosus magis  
scire vult, quam munus ac-  
cipere. Sciscitatur ille; sed  
quo magis curiosus est, tan-  
to magis nesciet illa, quae  
cupit. ex Don.

3 Quod pro beneficio sum-  
mo est; cf. Cic. post red. in  
Sen. 9.

4 Bene fit, quod gaudens  
nimis, a servo inepto a-

vertatur ad ipsam venustatis  
reducem.

5 Dum adit eam, servus  
remaneat.

6 Gratissimis verbis, si-  
mul & venuste, illam salu-  
tat, amantior Philumenaec.  
Neque minus blande respon-  
det memor Bacchis.

7 Quod alias vix credi  
possit, facis.

8 s. occursum, quem casus

Semper fiet. *B.* at tu ecastor morem antiquum,  
atque ingenium obtines, 20

Ut unus omnium homo te vivat nunquam quisquam blandior.

*Pam.* Ha, ha, hae, tun' mihi istuc 1? *B.* recte amasti, Pamphile, uxorem tuam:

Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:

Perliberalis visa est. *Pam.* dic verum 2. *B.* ita me di ament, Pamphile.

*Pam.* Dic mihi, harum rerum numquid dixti iam patri 3? *B.* nil. *Pam.* neque opus est; 25

Adeo mutito: placet, non fieri hoc itidem, ut in comoediis 4,

dat, uti *adventum* voluntas.

1 *Tun'* (cui incommode evenit nuptiis meis) *mihi* (perfugae) *istuc* benedicis? Prudenter missis ambagibus traducit Pamphilum ad ea, quae ipsi iam honestius placeant.

2 Volens audit uxorem laudari ab eleganti muliere, eaque, quae videri potuit aemula.

3 Post gaudium cura est,

ne quid de raptu resciscant patres; qui cognitioni anuli non interfuere. Igitur haec secum agunt, nihil audiente servo. Tectis sic veris causis actorum, sola etiam Bacchis a senibus inibit reducis concordiae gratiam.

4 *Mire*: quasi haec comoedia non sit, sed veritas. Don. Ita sapienter egreditur poeta fines, qui praescribantur fabulis. Sed tamen praeciviam Plaut. Amph. III, 4,

Omnia omnes ubi resciscunt. hic , quos par fuerat resciscere ,

Sciunt ; quos non autem scire aequom est <sup>1</sup> , neque resciscent , neque scient.

*B.* Immo etiam , qui hoc occultum iri facilius credas , dabo :

Myrrhina ita Phidippo dixit , iuriiurando meo <sup>30</sup>  
Se fidem habuisse , et propterea te sibi purgatum.

*Pam.* optume est :

Speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia.

*Par.* <sup>2</sup> Here , licetne scire ex te , hodie quid sit quod feci boni <sup>3</sup> ?

Aut quid istuc est , quod vos agitis ? *Pam.* non licet. *Par.* tamen suspicor <sup>4</sup> :

*Egon'* hunc ab Orco mortuum <sup>5</sup> ? quo pacto ? *Pam.* nescis , Parmeno <sup>6</sup> ,

35

Quantum hodie profueris mihi , et ex quanta aerumna extraxeris.

<sup>3</sup> in ipsa comoedia comoediam memorando.

<sup>1</sup> Senes , & servum curiosum.

<sup>2</sup> Redit servus , qui in hisce nihil intelligit , ad expiscandum , quod ipsum scire non aequum erat.

<sup>3</sup> Ineptus nihil in hac re

fecit boni , nisi quod arcesseret Pamphilum.

<sup>4</sup> *Par.* sibi loquitur.

<sup>5</sup> *Int.* reducem feci , ex v. 13.

<sup>6</sup> Pamphilus servum videns curiosiorem , addit etiam stimulos , quibus magis conficiatur frustra laborans.

*Par.* Immo vero scio, neque hoc imprudens feci <sup>1</sup>.

*Pam.* ego istuc satis scio <sup>2</sup>. *B.* an

Temere quidquam Parmeno praetereat, quod  
facto usus sit <sup>3</sup>?

*Pam.* Sequere me intro, Parmeno <sup>4</sup>. *Par.* sequor <sup>5</sup>.  
equidem plus hodie boni

Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem un-  
quam. Plaudite. 40

<sup>1</sup> Se iam scire omnia si-  
mulando, frustra perconta-  
tur herum, quem ex suo in-  
genio iudicat I, 2, 35 sq. ac  
meritum suum iactat, eo  
quod prudentem se fecisse  
fingit.

<sup>2</sup> Pamph. ridet hominem.

<sup>3</sup> Sensus sit: nihil facile  
Parmeno, pro sua diligen-  
tia praetermittit, quod aliis  
usui sit. v. not. crit. ad h. v.

<sup>4</sup> Pamphilus cum Bac-  
chide abscedit.

<sup>5</sup> Quod solum respondet  
abeunti. Cetera ad spectato-  
res dicit, fatens quidem ig-  
norantiam suam; sed ta-  
men quidquid Pamphilo  
boni contigit, sua opera fac-  
tum iactat imprudens nun-  
tius. Itaque explodendus est  
ille a plaudentibus.

## N O T A E

AD FIRMANDAM LECTIONEM  
TERENTIANAM

S P A R S A E.

## A D A D E L P H O S.

**P** Ag. 9 lin. 3. Ed. anon. ap. Westerh. et ed. nostra c. figg. habent *facite ut vestra aequanim.* Sed verba *ut vestra* h. l. non sunt a Codd. melioribus, et repugnant versui.

lin. 4. Quod desiderat Don. *vestra ante aequanim.* illud huic versui cum aliis addimus, ut constet versus, qui sine eo vacillat. Dacieria quoque sic edit. Bentl. vero integrum versum, quo facile caremus, subiiciendo, inanem operam ludit.

p. 10 lin. 3 *atque an. obs.* Sic vetustus quisque Cod. ap. Faern. et Bentl. et ed. nostra c. figg. Alii cum Donato et h. l. edunt *aut.* Sed nihil in eo est diversi ab amando l. potando.

lin. 17. Vulgo distinguunt *ille contra, haec omnia.* Sed v. Ph. III, 5, 36. verius, quod cum Bentl. sequimur.

lin. 18. *Ruri agere semper vitam.* Sic certe ed. anon. ap. Westerh. vetusque ed. nostra cum figg. melius quam vulg. *ruri agere vitam: semper parce, &c.* *To semper* enim addit dictioni id quod urbanis videtur odiosum. Similiter infra V, 2, 9 *Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviiis.*

p. 11 lin. 10. *Insueverit.* Sic plures Codd. et praeae edd. etiam nostra, habent; defenditque Boecl. Alii *insuevit.* Ap. Martian. Capellam pag. 160 *instituerit.* Bentl. vero ex ingenio substituit *ita uti fit.* Scilicet non intelligit connubium futuri perfecti et imperfecti *insueverit, aut audebit,* ex ipsa re natum, *qui vel olim insueverit, vel primum audebit.*

*ibid. aut audebit.* Verba *aut audebit* a quibusdam

Codd. secundariis absunt, eoque Boeclero glossema audiunt. Ea igitur expungit, et mox ingerit *is*, legendo--*fallere insueverit Patrem tanto magis is aud.* cet. Sequuntur eum inter alios Dacieria et Millerus.

p. 12 lin. 4. *clamans*. Al. *clamitans*, quod repugnat metro; et frustra intercitur a *saepe*, quod alii praeponunt verbis *ad me*. Quamvis autem et Don. legat *ad me saepe clamitans*; sequimur tamen cum Guyeto et Bentl. metri rationes; et infra recurrit IV, 8, 9 *clamas*.

lin. 6 *sumptum*. Sic Bemb. et Donat. et ed. vet. c. figg. cett. Alii *sumptus*.

lin. 18. Alii cum Donato: *Ille quem b. adi. ex animo facit*. Nostrum ad metrum aptius.

p. 13 lin. 1. *patrium*. Quidam libb. et scripti et editi, in quibus sunt ed. Anon. Westerh. et nostra c. figg. *patrum*. ita et edidit Fabrini.

lin. 12 *ehem*. Sic Codd. Bemb. Basil. Don. et Eugr. habent. Alii (ut et nostra vetus) *hem*. Illud commotius in re subita videtur. cf. Eun. III, 5, 9.

p. 14 lin. 11. *Mulcavit*. Sic recte antiqui libri omnes. Alii male et usitato errore *multavit*. *Mulcare* est verberare; *multare*, punire, condemnare.

p. 16 lin. 4 *adigis*. Al. Codd. et Don. *rediges*; al. *redigis*.

lin. 12. *Obsonat*. Sic omnes Codd. Varro L. L. 6 legit *Scortatur, potat, &c.* Sed lapsus est memoria. Statim enim addit Micio: *amat*.

p. 17 lin. 3 sq. Vulg. male inde ab Erasmo *est, dis gratia, Et unde haec fiant, et adh. n. m. s.* Donatus certe iunctim legit *est dis gratia*, cum post *et unde haec fiant* iterum subaudiat *est*. Atqui infra v. 59. iunguntur *est dis gratia quum--est*. Tum inepte construitur *est, --et unde haec fiant, et--sunt*. Sed et sic deficit versus, in quo primum *est* cum ultima prioris concurrat. Itaque tandem addimus *quum est, unde*. In quibusdam Mss. abest etiam *o* et ante *unde*.

lin. 9 *ab illis*. Donatus legit *aliis*.

Terentius T. II.

A a

ibid. *vere sciunt*. Frustra Palmerius, cui accedunt Guyetus et Dacieria, coniecit *vere sient*. Verus esse potest pater animo, quamvis non natura sit. Verus opponitur simulato, s. ei qui putatur pater, non est; qualis foret Chremes in Heaut. Act. V, si recte Clitipho suspicatus fuisset, se subditum. Bentl. vero post illos pro libidine correxit *veri sient*; nec meminit, & adverbium sic iungi Eun. III, 5, 58 *tum pol ego is effem vere, qui simulabar*. Tacemus plura.

p. 18 lin. 10. *ullum*. Sic plures Mss. & edd. priscae, in quibus nostra: denique Bentl. mavult quam vulg. *unum*. cf. Andr. I, 5, 22. Eun. I, 2, 8.

lin. 11. *an non credis?* Pareus ex Ms. Pal. edidit *ah! non crecīs?* quod quidem nobis aptius videtur, quam cum Don. subaudire: *me irasci*.

lin. 15. *quidquam* vulgo omittitur, quod restituumus iubente metro ex Mss. quibusdam ap. Westerhov. & ed. nostra vetere; & sic Cic. Phil. I, 11 *ne gravius quippiam dicam*.

pag. 20 lin. 1. *deservisse*. Alii, teste iam Donato, legabant male *desaevisse*.

p. 21 lin. 4. *Quamquam est scel*. Al. Codd. ed. anon. Tarvis. & nostra c. figg. *Quamquam sit s*.

lin. 6. sq. *Meorum morum*. Mur. mavult ob metrum *morum meum*, quod probat Fr. Fabr. & sequitur Dacieria.

p. 22 lin. 9. Alii male iungunt *praestrenue*.

lin. 11. Al. omittunt *tu*, quod est in Ms. Reg. ap. Lindenbr. & rationi metricae versus convenit.

p. 23 lin. 7. *miserum*. Inde certe ab Erasmo vulg. *indignum*; quod in Codd. abest, qui plerique, ut edd. veteres nostrum habent.

lin. 8. *hei miseriam*. Sic vetusti Codd. & libri & Bentl. Al. *hei misero mihi*.

p. 24 lin. 14. *heic*. Al. Codd. ap. Westerh. & Boecl. ed. 1469 nostraque vetus *hoc*, quod Rivius laudat.

p. 25 lin. 12. *quod ad te attinet*. Sic ed. nostra vetus, & Erasmica I. Vulg. ex Codd. plerisque inserit *id quod* etc. sed praeter metrum.

p. 28. lin. 4 sq. Vulgo hic versus postponitur sequenti. Nos cum Bentl. priorem facimus, re ipsa iubente.

p. 29 lin. 6. *puto*. Ante Faernum edebatur *deputo*.

p. 30 lin. 1. Sic Faern. edidit ex Bemb. nostraque vet. editio habet. Alii : *Concertationem comp. quam quae h. i. n. f.*

lin. 5. *facerem*. Sic Faern. ex Bemb. &c. nostraque vetus ed. Al. *agerem*.

lin. 10. *hui*. Sic Codd. & edd. inter quas nostra vetus. Guid. Iuv. Erasmaniae, Dacieria, Westerh. hanc interiectionem tribuunt Sannioni (ridenti s. respicienti dictum servi) ut infra III, 4, 48 & Eun. IV, 7, 35 & mox pariter Sannio interiecit *hem*. Neque alias interieccio in medio sermone obvia. Itaque audemus contra Codd. Bemb. & Basilic. e quibus Faern. eam quoque Syri esse vult. Faciunt cum eo Heinsius ex Mss. Leid. 4 & Bentl. ex suis.

pag. 33. lin. 12. *defrudet*. Sic Don. legit, & Erasmi. Dacier. Westerh. Bentl. ex suis Codd. Sed Eugr. *defraudat*; & sic ed. nostra vet. Heinsf. Miller. dederunt.

pag. 34. lin. 5. *reddat*. Al. *reddatur*, contra metrum.

lin. 6. Bentl. frustra *Scio non te esse usum*.

p. 35 lin. 3. *nunc te*. Bentl. ad aurem suam transponit *te nunc*. Sed vulg. rectior; & vis est praecipua in <sup>70</sup> *nunc*--cui respondet <sup>70</sup> *nunquam*.

lin. 7. *alios*. Bentl. inepte fingit *alias*; provocans ad Andr. I, 1, 31. Sed quod alterum laudat Andr. I, 1, 95 potius est pro vulg.

lin. 9. *homini nemini*. Mittimus absonam varietatem: *homini neminem* l. *hominum neminem* l. (uti nostra vetus) *hominem neminem* &c. Nostrum quoque legunt Don. & Eugr. cf. Eun. III, 5, 1. Phorm. IV, 2, 1.

lin. 12. *ellum*. Don. alios tradit h. l. id interrogative legere *ellum*?

lin. 13. *Illius opera nunc vivo*. Al. h. l. inserunt *Syre*; Bentl. ponit post *nunc*. Nostra vetus post *vivo*, *Syre*, o. f. c. Hac inconstantia moti facimus cum ed. anon. ap.



Westerh. Tarvis. 1481. Ven. 1490. Heinsio & Dacieria, qui verba *fest. cap.* interiecta volunt a Syro assentiente, uti dein *Nihil pote supra.* Sic nec versus laborat.

lin. 15. Versum, in quo l. emendando l. exponendo laborarunt editores & interpretes, hodie primo integrum damus. Primo Don. legit *quin*, idque admirative pronuntiandum dicit. Nugae. Sed Bemb. Cod. a prima manu *qui*; a secunda, uti Vatic. *quin*, & alii *quine*. Nos illud cum ed. nostra vetere, Erasmo, & pluribus aliis praeferimus, quod respondeat *ŵo illius*. Tum fluctuant Codd. in verbo *postputavit*; pro quo alii *postputarit*, quod penderet ex isto *quin*, a nobis reiecto. Neque vero moramur in permixta lectione ed. nostrae veteris *qui omnia sibi postponenda putarit prae m. c.* Illud *ponenda* certe a glossatore est, qui non meminerat simile Hec. III, 7 (al. 5) v. 33 *Cum te postputasse omnes res prae parente intellego.* Et ibi rectius coniunguntur in unam vocem, quae h. l. dividenda censemus ob *ŵo esse*. Quo enim referas *ŵo esse*, nisi ad *post*, uti Sall. Cat. 23 extr. --- *invidia atque sapientia post fuere.* Sed quamvis etiam cum Erasmo, Westerh. aliisque legas *Qui omnia sibi postputavit esse prae meo commodo*, (quae rectior illa *quin' omnia sibi postputarit esse prae m. c.*) desit tamen octonario in ultimis, quod explemus vocula *uno*, interposita contra *ŵo omnia*; idque omissum librariis corrector margini adscripserat, e qua dein in textu mendose adlitum *ŵo qui* provenit illud *quine*, quod turbas has dedit. Unum autem commodum dicit noster, quod iam fruatur sua; cf. Eun. II, 3, 80.

lin. 17. *laborem*. Vulg. *amorem*; quod quam falsum sit, nemo hominum criticorum sensit. Quamvis certe Aeschinus *suspicionem amoris in se transtulerit* (ut in Cliniam Heaut. IV, 1 (al. 4 l. 5 v. 52) haud tamen *amorem* fratris in se transtulit; cf. Hec. I, 2, 94. At ab Erasmo in ed. Froben. I & sqq. veriolem lectionem adscriptam invenimus: alias *laborem*. Recentiores omisere.

pag. 36 lin. 1. *Nil pote supra.* Al. & haec tria verba tribuunt Clitiphoni. Multum autem & in hoc verba

laborant Critici, quorum cura hodie maior octonario evasit. Diversimode vero eduntur *Nil pote supra. sed* (aliis omittitur) *quisnam* (al. *quidnam*) *fores* (al. *foris*) *crepuit*. Sy. *mane, mane! ipse exit foras*. Cum ap. omnes versus excedat octonarium, omittimus cum Erasmo alterum *mane*; & *crepuit*, quod librariis in mente erat, ubi vox *fores* legebatur, emendamus in *exit*. Iisdem verbis respondet Syrus *Ipse* (frater quem laudasti) *f. e.* Placuit ita magis, quam alia emendatio: *sed quid tam foris crepuit*.

lin. 6. *me*. Sic Bemb. Al. praeter rem *men'*.

lin. 8. *quaero*. Sic plerique Mss. Al. *quaerito*, praeter metrum.

lin. 10. *tristitiam*. Bemb. *tristitiem*.

lin. 12. Versus hic magna inconstantia editur. Primum plerique *Ego illam hercle vero*; nostra vetus *Ego vero illam hercle* &c. alii, ut Mf. reg. ap. Lindenbr. Mf. Graev. Lips. & Boecl. cum ed. 1469 Mediol. Iuntina & Mureto *Ego illam facile vero*. Bembinus vero, omnibus prior, neque *hercle*, neque *facile* habet; unde & nos omittimus cum Dacieria. Tum illud *quidem* & te locum mutant. Plerique *qui quidem te fratrem h. &c.* Sed Bemb. Erasmi. Faern. Westerh. Bentl. *qui quidem te habeam fratrem*, & Dacieria *qui te h. f. quidem, o!* Nos in hac inconstantia, & cum ex omnibus metrum laboret, ausi sumus huic mederi, omittendo *hercle*, quod Bemb. non habet, legendo *ego vero* cum nostra vetere, & quod locum mutaverat, in omni lectione auribus infestum *quidem* retrahendo. Sic utrique voci *ego* & *illam* vis additur; & sic passim Plaut. & Cic.

pag. 39 lin. 2. *obsecro hercle te hom. &c.* Metri causa addimus c. Bentl. *te*.

lin. 18. *Obsecro te*. Al. male omittunt *te*.

pag. 41 lin. 3. *E re nata*. Bentl. inepte lect. corruptam quorundam Codd. & edd. praefert *e re natae*. Sed ap. Ter. semper est *gnata*, uti infra v. 42. neque Latinus homo dicat *e re--melius*.

lin. 7. *ingenio*. Vulg. *genere*; e quo Bentl. pulchre in-

venit nostrum. Terentius, ut alii scriptt. passim iungit *ingenium animumque*, uti infra V, 1 (al. 3) v. 42 sq. Andr. I, 1, 86 sq. Et sic facile caremus nugis Donati, distinguentis *genus & familiam*, quae Terentio promiscue adhibentur infra Sc. IV, 46 & V, 2.

lin. 13. *omnia omnes*. Sic numerosius scripti optimi, edd. priscae, & ex recc. Bentr. Al. *omnes omnia*.

pag. 42 lin. 5. *impium*. Vulgo *impurum*, quod metro repugnat. Itaque Iuntinam, Aldinam, Heinsf. & Bentleium sequimur.

lin. 8. sq. *neque illiu'*. Vulgo *illum*; in quo elegantiam quaerunt *quem--illum*, laudantque infra v. 17; & III, 3, 4 *illum--etiam eum*. Sed abluunt exempla; neque hodie Geta currens venatur elegantias Criticorum. Alii *ulla*, quod ferri magis potest. Nostrum perplacet ex Andr. I, 5, 26 *Tot me impediunt curae--Amor*, misericordia huius, *nuptiarum sollicitudo, tum &c.* Hec. I, 2, 92 *Animus uxoris misericordia defunctus*. Apocopen in *illiu'* iubet metrum, ut Eun. II, 3, 78.

pag. 43 lin. 7. Versus tentatur ab aliis, non in melius. Guyet. quidem more suo expungit totum. Bentr. amputat verba *dum--modo*. Sed haec est manifesta vis.

lin. 13 sq. Faern. ex interpolato h. l. Cod. Bemb. male edidit *Sublimem medium primum arr. & cap. in t. st.* cum ante in editis (ut in plerisque Codd.) illud *primum* post *capite* poneretur; & sic quoque hodie multi retinent. Sed Palmer. id pridem scite & vere correxit in *pronom*, quod rec. Bentr. cf. Virg. Aen. I, 115. *Primus & pronus* facile in Mss. permutabantur.

lin. 15. *dispergat*. Cave cum aliis corrumpas in *dispergeret*. Habet enim prius imperfectum, uti cetera omnia, vim futuri, e quo consequatur praesens.

lin. 18. *tunderem*. Bentr. rescribit *funderem*, quod frigidum coniecerat Guyet.

pag. 44 lin. 4. *ubi es*. Vulgo *ubi ea est*. Bentr. facit *ubiam es* Sed omitte *nam*; & sic demum procedet versus.

lin. 9. *Animam*. Edd. priscae *animum*.

lin. 14. sq. *hei mihi, Perii*. Vulgo *hem, Perii*. Sed *hem*

neque in feminam, eamque & praeparatam nuntio malo, & gravius dolentem, convenit, neque octonarium explet. In re quidem subita, sed non *risti* dicitur Andr. V, 2, 19. Coniungit vero Sostrata duplicem significationem doloris.

pag. 45 lin. 3. *certum*. Sic Bemb. melius, quam cum Don. *certo*; aut al. *Scisne hoc certo?* l. *certe*.

lin. 5. *Ah*. Al. omittunt hoc alterum *ah*, quod geminatum est in ed. nostra vetere. Quae omissio fecit, ut dein al. contra Bemb. praepostere redderent *iam credas*.

lin. 7. *Nostram*. Sic Codd. omnes. Alii *nostrarum*.

lin. 12. *patris*. al. *patrem*. Nostrum melius habent Bemb. & Vatic. Quod huic versui vulgo addunt *ita*, rectius sq. versui praeponimus.

lin. 13. *Se ux.* al. *sibi*. Plures omittunt. Sed Cod. Bemb. habet *si*. Cod. Petr. rectius *se*, quod latinus, & nostro solenne Hec. prol. alt. v. 3. Heaut. III, 5 (al. IV, 1) v. 53. II, 3, 21. Virg. Ecl. I, 41.

lin. 16. *consule*. Sic Vatic. & tres veterrimi ap. Bendl. Alii legunt cum Don. *prospice*.

pag. 46. lin. 1. *au*. Cod. Bemb. Vict. & Don. semel habet *au*; alii geminant *au au!* Retrahimus vero ad integrandum versum ex sequenti *an*.

lin. 3. Al. ordinant *hoc prof. tibi vid. usq. esse*. Sed versus sic non procedit, cui ut consulamus, sequimur ordinem, quem multi e melioribus habent.

pag. 47 lin. 1. *quid ages?* Sic Faern. edidit ex Bemb. aliisque; cui aptius videtur *proferam*, quam *quid agis?* quod quidam habent. Sed & sunt scripti & edd. qui legant *quid ais*, quasi miraretur Geta; idque praefert Bendl. idemque *hem, mea Sostrata, v. q. r. a* tribuit Cantharae, quod *mea* sit blandimentum muliebre. Sed cogites, servo herae suae addictissimo plus licuisse & libuisse.

lin. 9. *Si*. Al. male *sin*.

lin. 13. *intercesse*. Sic Erasmi. Dacier. Bendl. antiquae & iubente metro pro *intercessisse*.

lin. 15. *quid istic*. Sic dedit Bentr. ex Mss. Prisciani, haec verba laudantis. Vulgo *quid istuc*.

p. 48 lin. 1. *eius &c.* Sic Bemb. &c. Alii *huius enarrato rem omnem ordine. al. narrato.*

lin. 12. *Una fuisse*. Sic Bemb. & supra Andr. I, 1, 54. Alii *affuisse*; quod nimium videtur.

pag. 49 lin. 1. *eum πλεοναζει*. Abest vero in aliis Mss. in aliis locum mutat.

pag. 51 lin. 3. *Tantisper*. Sic Bemb. a prima manu. Al. *paulisper--venero*.

lin. 4. *Nobis quidem* h. l. additum videtur a sciolis librariis; ut passim. Demto illo versus constat.

p. 52 lin. 13. *Vig. tuam tu mihi?* Vulgo h. l. addunt *narras*; quod glossema expungimus cum Bentr. & revocamus in hunc versum ex sq. modo.

pag. 53 lin. 6. *quem*. Sic Don. Sed Cod. Bemb. *qui*.

lin. 10. *iurgio est. T. est* reddimus ex Codd. cum Bentr.

lin. 12. *de ps. hac*. Ita recte dedit Bentr. pro *istac*.

pag. 54 lin. 1. *spero est similis &c.* Bentr. versus corrumpit fingendo *erit*, quod speretur de futuro, non praesenti. Parum is memor, verbum id & praesentibus (uti Eun V, 3, 11; III, 3, 11. & passim ap. Cic.) & praeteritis (ut ap. nostrum supra I, 2, 72. Andr. II, 4, 4. Eun. I, 2, 123 &c.) coniungi. Tum est idem, ac si dixisset *Quod spero, est sim.*

pag. 55 lin. 7. *o Demea*. Vulg. non habet *o*, quod Bentr. ex Cod. antiquo reposuit.

pag. 56 lin. 6. *hinc ibis*. Sic Faern. ex Bemb. & Vict. Alii tuentur *abis*, quo dein utitur Demea iam iam iturus. Idem Faern. ex solo Bemb. *recta*. Sed h. l. placet vulg.

pag. 57 lin. 1. *is hercle*. Vulgo *is hercle est*. Verum sic versus non procedit. Itaque Cod. Petrensem, qui *omittit est*, cum Bentr. sequimur.

lin. 7. *vah*, quod post *video* vulgo ingestum legitur, omittimus cum Bentr. Neque enim hic eius vis est opportuna, & versus afficitur.

lin. 12. *Quod*. Vulgo *quid*. Nos praeferrimus lectionem

Prisciani L. XVIII; cf. Ph. V, 8, 19 sq. Eun. V, 5, 1.

lin. 16. *De ps. hac.* Quidam Mss. *hic*, quod forsitan verius; ut mox v. 7. Heaut. II, 2, 22. Hec. III, 3, 52. Bentl. ex uno Cod. dedit *hoc*.

lin. 17. *pater is.* Guyetus mavult *id*.

pag. 59. lin. 1. *an quid.* Sic Bemb. Al. *quidquam*.

lin. 12. Vulgo legitur *mensis hic decimus est*, & sic citat Lactant. ad Theb. I. Sed Bentl. expungit *hic*, quod versus respuit, nec sensus desiderat.

pag. 61 lin. 7. *ius*, quod melius, quam aliorum *vis*, quae duae voces in Mss. saepissime permiscuntur.

lin. 12. *parvolis.* Sic Bemb. Al. male *parvoli*.

pag. 62 lin. 1. *D. fratrem conveniam*, Hegio. Nil aliud certe respondere poterat, quippe cum filius natu maior esset in potestate patria Micionis. Absurde igitur vulg. assuit versus a librario quodam ex Ph. III, 3 (al. II, 3, 4) 21 *Id quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar*; quem uti Mur. h. l. alienum pridem sapienter monuit: ita nec agnoscit Cod. Bemb. a prima manu, nec Don. legisse videtur. Ceteri Mss. habent; unde apparet, quam sit unus Bemb. illis omnibus praestantior. Nos expungere omnino non dubitamus.

pag. 64 lin. 5. *nunc cum maxime.* Sic e Bemb. & Vatic. dedit Faern. ut Phorm. I, 4, 27. Heaut. IV, 1, 40. Cic. pro Cluent. 5. Sed alii libri *hunc autem max. l. nunc autem max. l. nunc eum max. l. nunc eum cum max.* Neque nos in vario metro contra audemus. Hos versus enim trochaicos statuunt. Nos *no nunc ex hunc*, & hoc ex glossa ortum suspicamur. Sic prodit octon. Iamb.

pag. 65 lin. 3. *Misere nimis ut coepi, cupio &c.* Ed. Arg. & al. *mi Syre, nimis cupio ut coepi &c.*

lin. 5. Alii huic versui praeter, metrum addunt *prope est*, quod cum Erasino sequenti praemittimus.

lin. 7. Vulg. *prius* huic versui praemittitur, qui sic totus aberrat a metro: cui ut mederemur porro fecimus *revortier pro revorti*. Sic non opus vi, quam alii inferunt.

lin. 13. *nihilne in mentem?* Sic Don. legisse vide-

tur, et Faerno placet. Sed Bemb. *in mentem est*, quod Plautinum. Al. *in mente est*. cf. ad Heaut. V, 4, 9. pag. 66 lin. 5 *fervit a fervo, vi, ere*. Al. *servet*.

lin. 13. Ed. nostra vetus Arg. C. *Paterne*. S. *ip-sus*. Bene inserit Bentl. ex Ph. 1, 3, 26 *is ip-sus*; quod et metrum poscit. Al. minus bene C. *Pater est? S. ip-su' est*. Al. peius: *pater adest? S. ip-sus*. Quor-fum enim illud *adest?* Et in subita re rectius omit-titur *est*, quod iam praecessit in illo: *quidnam est*.

lin. 19. Vulg. *Nae ego homo sum inf.* &c. Sed sic versus iusto longior; eoque eiecit Bentl. *Io sum*, quod retinendum videtur. Sed *homo* in Mss. et edd. priscis locum mutat, in duobus ap. Bentl. abest. Itaque hoc aliunde ingestum potius absit. Sic et Eun. II, 2, 13 *At ego infelix--possum*; et passim *infelix* sim-pliciter dicitur, infra IV, 5, 33. et Hec. III, 6, 1.

pag. 67. lin. 4. *quid est?* Sic Bemb. cett. Faerniani et ed. prisca etiam nostra. Vulg. *quid ais?* Nihil vero narravit. Al. *agis*.

pag. 70. lin. 12. *hac deorsum*. Al. male *hanc*; et v. sq. *sursum* praeter metrum.

pag. 72. lin. 5. *odiose cessat*. Bentl. mavult *otiosus*, uti Eun. IV, 6, 16. Vett. edd. *otiose*.

pag. 73. lin. 6. *expostules*. Omnes ante Faernum legebant male *expostulant*; in qua mendosa lectione ipse se torquet Don. ut recentiores taceamus. Sed Faernus ex Bemb. verum restituit, ut mirari oporteat, cur in obscura et falsa lectione haerere malint plerique editt. Heinsf. Dacieria, Westersh.

lin. 8. *agisne gratias?* Vulg. *agis gr.* cui Westersh. et Bentl. signum rogandi addidere recte. Id enim innuit Don. Sed et metrum poscebat *agisne gr.*

lin. 15 sq. Sic Bentl. e Cod. Mead. reddidit rectius, quam vulg. *fratrem eius esse et illam ps.*

lin. 17. sqq. Hos versus, qui sequuntur, multa exemplaria non habere testatur Don. eoque Guyet. quatuor sqq. expungit. Sed Bemb. habet.

pag. 74. lin. 6. *laedier*. Vulgo *negligi*; et sic Codd.

et editi plerique. Sed Don. s. quisquis sit, observat: Legitur et *claudere* et *claudicare*. Sed haec lectio sane claudicat. Cod. Bemb. vero habet *claudier*, unde Faern. fecit *calvier*, antique pro *decipi*. Quamvis autem ei accedant Lindenbr. H. Iunius, Pareus, T. Faber et Dacieria, haud tamen probamus verbum, quod hac in re non satis aptum videtur. Non enim ob impotentiam decipimur, sed facilius laedimur. Potentes vero magis decipiendi veniunt. Benth. vero ex eodem *claudier*, s. quae antiquior scriptura fuerit *cludier*, facile reperit *ludier*; quod non magnam vim habet, cum ante de *contumeliis* s. *iniuriis* dixerit, quibus magis *laedimur*, quam *ludimur*. Et *laesi* placandi sunt purgatione.

ad Act. IV. Sc. 5. Versus priores septem huius Scenae, misere turbatos ab edit. nos, partim cum Heinssio, alia ratione facilius ordinamus in Iambicos, qui tamen, quae hodie est vulgata, non omnes assurgunt in octonarios.

lin. 15. *quid de me*. Al. *quid me*, praeter metrum.

lin. 17. *obstupuit*. Al. *amant obstipuit*.

lin. 19. *nihil consilii quidquam potest*. Vulg. *nihil consilii quit*. Sed vet. Cod. ap. Lindenbr. *consilii quid potest*; unde nostrum, quod et Heinss. agnoscit, ad sermonem Aeschini, & rationes metri aptius. τὸ *nihil--quidquam* est moris Ter. et saepicule in Mss. *quidquam* decurtatum reperitur.

pag. 75. lin. 1. *turba tanta? tanta n. s.* Al. *semel tanta* legunt. Faern. signum rogandi posuit post *tanta*. Alii sqq. iungunt. Nos malumus id repetitum a poeta credere; et sic octonarius poscit. Simile habes Sc. sq. v. 53.

lin. 5. *id anus fecit indicium mihi*. Al. *id anus mihi indicium fecit*; Heinss. *anus indicium id fecit mihi*. Nos sequimur ordinem, quem et Westers. recepit, et versui aptiorem quisque sentiat.

lin. 13. Al. *nobis post verba*, quod non est in Bemb. sed a glossa.



lin. 17. *reprehendi*. Sic meliores scripti et edd. interque hos Erasmi princeps, Steph. Ald. Faern. Lindenbr. Dacier. Westerh. et Bentl. Al. vero scripti et editi, interque hos Tarvis. Arg. c. figg. Genev. in Corp. poet. 1611. Heinsius *repreffi* l. *repressi* (ut Heaut. I, 2, 25 et Hec. V, 1, 39) eadem sententia. Cic. ad Attic. XIII, 1 *Sed me ipse revoco*.

pag. 76. lin. 1. *dicamne*. Al. *dicam*.

lin. 3. *iam mitto*. Vulgo *age m.* quod in his ambagibus ineptum videatur. Sed Ms. Bemb.-- *ac mitto*, et Victor. *efferi amitto*; unde nostrum facilius elicatur. Al. quoque *omitto* scil. dubitare. cf. infra sc. 8.

lin. 5. *Ipsum id*. Malimus *ipsum illud*. Sed trochaicos hos et iam priores duos esse iubent magistri. Neque eos amplius tangamus.

lin. 11. *Ut erat gesta*. Sic plerique Mss. et edd. prisc. Sed Don. legens *utut*, h. e. f. bene f. male gesta erat, quoquo modo. Verum id parum verbo h. l. quadrat. Narramus rem, ut gesta est. Quando autem *utut* suo loco ponatur, vid. Heaut. I, 2, 26. Ph. III, 4, 4, et 5, 46. Plaut. Bacch. V, 2, 73. Tandem cf. Gron. obsf. L. III, c. 6 extr.

pag. 77. lin. 1. sq. *occipio miser*. Sic Victor. aliique habent; ac Riv. et Faern. volunt. Sed Bemb. legit *miser fores*; alii scripti et ed. nostra vetus *fores mis*. e qua inconstantia colligi potest, denuo additum esse *fores* a glossa.

pag. 79. lin. 4. *Opinor*. Sic ed. nostra 1496. Fr. Fabr. Heinsf. Dacier. et ipse Ter. Andr. V, 4, 26 Al. *Ut opinor*; in quo emendando frustra laborant Westerh. et Bentl.

pag. 81. lin. 5. *qui illi conf.* Sic plures Mss. et editi vett. (inter quos nostra Arg.) et recc. itemque Don. qui tamen et legi dicit *illam*; quod ferri nequit. At Bemb. habet *illa*, unde Guyet. fecit *illa cum suevit*. Multi praeter metrum legunt *cum illa conf.*

lin. 7. *praesentem*. Sic bene Bentl. emendat vulg.

*praesenti* (quod perplexum est) praeunte Serv. ad Virg. lin. 13. sq. *huc Illinc*. Sic Mss. multi; et habent Ald. Erasim. Faern. cet. Sed alii Mss. et ipse Don. legunt *hinc illinc*, quasi proverbialiter dictum; quod nobis placet.

pag. 82. lin. 3. *Ridiculum*. Don. legit *ridicule*, idque vocativum esse vult. Idem habet ed. Arg. 1496. Erasim. adverbialiter *ridicule*. Sed leve est.

pag. 83 lin. 7. *quam te non ius f. &c.* Sic Bemb. Alii *ius non erat l. fuerat*.

lin. 9. Alii semel *magnum* dant; sed duplex posci a metro vidit Faern. & Muret. restituit, quem & sequuntur Dacier. Westerh. & Bentl. cf. supra sc. 5, v. 5.

pag. 84 lin. 7. Al. post *uxorem* intrudunt *hanc*.

lin. 17. Al. omittunt *ego*. Bentl. id restituit.

pag. 89. lin. 3. *gratiis*. Vulg. a Faern. *at gratiis*; antea *vel gratis*. Sed ut iam Bentl. notavit, Plautus ac Ter. nunquam dicunt *gratis*, sed trisyllabo isto utuntur, cf. Ph. III, 5 (al. 2) 15. Tum Cod. Bemb. neque *at*, neque *vel* habet.

pag. 90 lin. 1. *Geminatum probe* sub persona Demeae ex Cod. Bemb. Faernus edidit. Alii omittunt, & sic metrum corrumpunt. Neque Bentl. audiendus est, qui dedit *Et tute &c.*

pag. 92 lin. 5. *Ohe iam! tu*. Sic Bemb. ed. nostra c. figg. & Faernus distinxit post *iam*; alii ante *iam*. Erasmus legebat *Eho iam tu*. Al. denique Mss. habent *Oh iam &c.* quod fere nobis placeret prae vulg. ut repetat illud *oh Demeae*.

pag. 93 lin. 1. Bentl. *exemplo*. Bemb. scil. *exempla*.

lin. 6. *potastis*. Sic Faern. Bentl. & Westerh. e Codd. Sed Don. legens *potastis* id vult oratorie dictum. Error ortus ex seq. litera.

pag. 94 lin. 1. *paululus*. Sic e Bemb. monente Victorio dedit Bentl. pro vulg. *parvulus*. Liv. XXXV, 11 *homines paululi & graciles*.

lin. 16. *ut dixi*. Vulg. *ita ut d.* Nos cum aliis omittimus *ita*, quod metro repugnat.

pag. 96 lin. 3. *ilicet*. Sic Cod. Bemb. Serv. ad Virg. Aen. II, 424. quibus se opponens magnus ille corrector vel corruptor Bentleius propugnat, quod alii mendose habent praeterque sensum *scilicet*. Neque enim convenire *ilicet*, quod desperantis sit, in Micionem. At audiamus Donatum ad Ph. I, 4, 32 *Ilicet semper finem rei significat*. Hinc saepe in re desperata dicitur.

pag. 98 lin. 1. *duo*. Ita Serv. ad Virg. Aen. I, 285, & Charif. ediditque Faern. Al. praeter metrum *duos*. *ibid. tollebas*. Faern. haud bene coniecit, & Daciaeria recepit *tolerabas*, quod dicitur de adultis. Adultum Aeschinum *tolerabat* f. alebat Micio.

lin. 4 *rationem ant. ini*. Vulgo *rationem ant. obtine*. Fatsum sane h. l. verbum, quod verfum afficit, idem dicit ac *conserva*, & mox iniucunde repetitum foret. Ingestum vero aliunde, quod *antiquum obtinere* Terentio communiter dictum sit. Sed Micio h. l. iubet Demeam redire ad antiquam rationem de duobus alendis, eamque servare, cum inde ab adoptione unus ex eius cura transfisset. Male proinde alii *conserva* coniunxerunt sqq. Quid enim sic interesset inter *conserva* & *parce*. Quaerenda vero prius sunt, quae parcantur f. *conserventur*.

lin. 6. *obtime*. Male Bentl. id h. l. expunxit, quod v. 26 corrigendum erat, & subdens *tibi* (quod est a glossa) ex suis Mss. hoc trahit ad *relinquas*.

pag. 99. lin. 6. Ita Don. Sed Bemb. habet *quae ego inesse illis v. Al.--ego in illis esse l. esse in illis &c.*

pag. 100. lin. 11. *subvortant*. Alii legunt *subvortat*.

lin. 13. *tempus est*. Vulg. praeter metrum *fert*. Nostrum est ex Heaut. III, 5, 54. Hec. IV, 2, 21. &c.

lin. 15. *Cum primo lucu*. Sic Don. Bemb. nostraque vetus &c. uti *noctu*, *diu*, & illud ap. Varr. de L. L. IV, 19 extr. *noctu lucu* h. e. interdiu & noctu. Sed Bentl. incertum magis rescribit *luci*; quod Gron. ad Plaut. tuetur Casin. IV, 2, 7. Merc. II, 1, 31; Cistell. II, 1, 49. Pauciores legunt *cum prima luce*. Sed porro legitur vulgo--*ibo hinc*. M. *immo de n. c.* Faernus vero,

auctore Bemb. Cod. omisit *immo*, ne versus fenarium excedat. Sed alii Codd. omittunt potius *ibo hinc*, (quod omnino a glossa videtur) & retinent *immo*; quos cum Bentl. sequimur; & credimus interruptum Demeae ardorem per iocum Micionis.

pag. 101 lin. 13. *cogam*. Vulg. *cogas*, quod non convenit cum *ἴω equidem*, versusque interficit. Nostrum e Bemb. Vatic. aliisque voluit Faern. deditque Bentl.

lin. 15. *isto*. Alii male *istoc*.

lin. 17. Reddimus versus ex Bemb. Vatic. & Basilic. &c. ed. 1469. cum Dacieria & Bentl. Alii interpolatum habent, ut sit octonarius: --- & cui rei opus est, hilarem hunc *f. d.*

pag. 102 lin. 4. *suat*. Vulgo *fuit*; male. Sic enim dein dicendum *apportaret, moneret*. Nostrum invenit Bentl. quod & est Hec. IV, 3, 4. ap. Virg. & Plaut. passim. Hic quidem Capt. II, 3, 71 *Nec quisquam tam audax suat homo* &c.

pag. 103 lin. 1. *Prope decurso sp.* Sic Prisc. inst. Gr. L. VIII, XI & XVIII quinquies citat, & Plaut. habet Merc. III, 2, 4. Stich. I, 2, 14, aliique. Vulg. libri scripti, qui hodie sunt, & editi praeter Bentl. *prope iam excurso sp. Excurrere* latinis dicitur absolute; non transitive. Erat fere septuagenarius, maior scil. Micione, annos nato 65.

pag. 105 lin. 7. *iam experiar*. Vulg. pluraliter *experiamur*, quod Don. comicum esse vult; sed unus Pal. ap. Pareum, & unus reg. ap. Bentl. habent *experiar*, quo metrum melius procedit.

pag. 107 lin. 14. *nimi*. Subtraximus *ἴω s*, ut versui melius consuleremus, quam alii; quod iam passim fecimus in modum antiqui sermonis.

pag. 109 lin. 3. Vulg. *Adducet, & sumptum admittet multa*: *q. m.* Faern. ex Bemb. *Adducet, sumptum amittet: multa* &c. Sed ed. nostra vet. *Adducet, & ad sumptum admittet multa*.

lin. 5. Sumus audentiores, ut vulgatam diruamus, metro quoque adversariam, ac rescribamus *ubi nunc*

*item*, quo sq. *versum conciliemus*. In hoc enim haerent Don. & ab eo omnes interpp. neque quisquam Criticorum invenit, quomodo hanc crucem effugiat, aut Babylonem illum retineat. Quare Guyet. duos versus 16 & 17 pro more suo expungit; Boeclerus solum v. 17. Sed omnes scripti habent, & ipse Don. qui, l. quisquis ille sit, adeo incertus est h. l. interpres, ut nil nisi nugas vendat, quas aliorumque somnia mittimus. Bentl. quidem formulam *iube nunc iam*, tamquam ab insultante Demea seorsim dictam, ex Plaut. Mostel. III, 1, 70 defendit. Verum ea h. l. neque sensui, neque metro apta. Dixerat haec omnia senex, antequam Syrum ipsum iubet. Aeschinum vero etiam ferius rogat: *quid tu ais?* Nemini igitur dicere potuit *iube*; idque quocumque referas, inepte fit. Ceterum ad v. 17 Faern. notat: *Bembino libro hic finienti plura folia deficiunt.*

lin. 9. *illac*. Sic Hunt. Ald. & R. Steph. dedere. Vulg. legunt *illas*, & traiectionem tuentur ex Hec. IV, 4, 64. pag. 110. lin. 2. *hac*. Sic Ms. reg. & vett. Codd. ap. Lindenbr. & Bentl. Sed hic sic ordinat ex suis *hac nunc duci per viam*, quae ipsa erat scena.

lin. 8. *ubi is*. Vulg. *ubi is est*, e quo cum redundet versus, alii, ut Dacieria, *ubi est*. Atque dicturum fuisse credimus plenius illud, nisi ipso statim viso oratio mutanda sit. Illud est igitur a glossa fuerit.

pag. 113. lin. 8. *omittitis*. Al. praeter personas et metrum *omittis*.

pag. 115. lin. 1. D. *merito tuo te amo*. Quod alii Aeschino quoque tribuunt, nos cum R. Steph. Demeae; addimusque cum Bentl. *tuo*, quod vulgo abest, et a metro poscitur. In ceteris ordinandis Bentl. absone facit a personis.

lin. 2. *confice*. Vulg. *confit*; unde parum scite interpp. verba haec in medio sermonis ardore secum et aversum dixisse volunt. Neque alii subveniunt in melius, qui faciunt *hoc cum fit q. v.* Nos vero credimus, his verbis Demeam exorare fratrem, ut con-

ficiat, quod velit, quod restet; cf. Phorm. V, 6, 3. Sic omnia prona.

lin. 3. M. *Quid nunc?* Vulg. haec Demeae adduntur, tamquam continuo loquatur. Bentl. Micioni tribuit *Quid nunc? quid restat?* illa recte; male vero fecit *quid*, et haec rectius Demeae reddimus.

lin. 19. sqq. Tres sqq. versus Bentl. sic ordinavit melius, quam vulg.

pag. 119. lin. 1. *Prolubium*. Sic meliores scripti et Don. A Servio ad Virg. Aen. III, 217 in alios Ter. libros venit *proluvium*. Sed voci auctoritas deest.

lin. 7. Bentl. *Sed assent. atque ind. et larg.*

pag. 120. lin. 7. Bentl. ex ingenio dedit--*corrigerem quem, obs. in loco*; ne versus exsuperet.

pag. 121. lin. 3. *istuc recte*. Al. satis inepte dictum ab Aeschino volunt. Rectius id Don. Micioni ipsi tribuit; qui *istuc recte*, non, ut cetera olim, a Demea fieri dixerit. Similes sensus prodidit I, 2, 39 sqq.

## A D P H O R M I O N E M.

P Ag. 129. lin. 1. *scripsit*. Alios legisse fecit, testatur Don. s. quisquis est. Alias quidem bonum, sed h. l. illud regerere voluit Ter. & sic quoque est Eun. prol. v. 10. Parum acute Bentl. praetulit *fecit*.

post lin. 7. Quem ex prol. Andriae v. 3 ingestum a sciolo huc habebant edd. *Et magis placerent, quas fecisset fabulas*; is abest ab antiquissimis Mss. Bemb. Vatic. & Victor. & pridem a Faerno, ut spurius, Donato praeteritus, nec antecedenti aptus, recte expunctus. Attamen sunt, qui retineant.

pag. 131 lin. 1. An recte Bentl. a Don. sibi persuaderi passus, ut ederet *Epidicazomenen?* quod iam ed. Ven. 1490. nostraque c. figg. & Ms. Mark. ap. Westerh. habent. Nos certe malumus cum ipso Ter. quem errasse ait Don. l. cum illius melioribus Codd. & edd.

errare, & retinere, quod vulgatum est. vid. Ind.

lin. 2. Vulg. *Graeci, Latini Ph. nominant.* Nos sequimur Bentr. codice vetustissimo & uno Mead. tum re ipsa nixum. Neque enim Latini nominabant, antequam edita fuerat; & Plaut. ubique utitur hac in re abverbiis *Graece, Latine*; v. g. Poen. prol. 53. Mil. II, 1, 8.

lin. 4. *geretur.* Al. *agetur.* Nos sequimur meliores.

pag. 133 lin. 7. *comperfit.* Al. *comparfit*, ut Festus laudat. Sed & Bemb. & Nonius v. *genium* habent *comperfit*, a *comparco*.

pag. 135. lin. 10. *simus.* Al. cum Don. *sim.* Sed meliores codd. & edd. sequimur.

pag. 138 lin. 1. sq. *Venere--calces.* Male vulgo haec tribuuntur Davo, quasi interloquenti. Sed id in Getam melius convenire sensit Don. qui dicit: *hoc dictum & superioris personae esse potest, & alterius.* Nos Getae reddimus sua, in quibus, cum Davo tribuantur, mox haerent interpp. Alii enim *nam quae* verterunt in *namque*, in quo Priscianum sequuntur magis, quam Don. tum desiderant infinitivum post *in scitia est*; inde proverbii Graeci memores, *προς κνήρον λαλιζειν*, quo usi Aeschyl. Eurip. Pindar. &c. (cf. Act. Apost. IX, 5) ellipsin sumunt, & intelligunt *iactare*. Iusto durior haec ellipsis visa Adr. Turnebo; sed nec is rem satis expeditivisse videtur aliis, *calces* verbum, haud nomen putans, hinc exponens: *Adeo es in scitus & stultus, ut contra stimulum calcaturus h. e. calcitraturus sis.* Sed quis sic non desideret *ut ante ad. stim. calc.* Haud igitur illi accedunt interpp. Nos duo facimus haec, quae in mentem venere Getae. cf. not. ad h. l. Si ista Davus dixisset, nonne Geta vel verbulo *recte* ei accessisset, quod h. l. non fit.

pag. 140 lin. 3. Bentr. cum Prisciano sapere maluit, quam cum Cicer. Sall. Livio, Nepote; frustra que correxit *visa est*, quod & pauci scripti habent. Exempla, quibus vulgata approbetur, pueris nota sunt.

pag. 142 lin. 2. *illa enim negat.* Male ex glossa in

Codd. irrepfit *se post enim*; quo fenarius interficitur. Et frustra sunt, qui id retinendo metrum excusant. Frequentius pronomen omittitur, quam ipsum verbum. cf. Andr. II, 2, 21 &c. utrumque saepissime omittitur. Eun. II, 1, 5 & 4, 25 &c.

lin. 10. *Ille*. Al. contra metrum & Cod. Bemb. *illene*, quod e glossa fit.

pag. 144 lin. 3. *Persuasum est*. Sic e Bemb. Faernus & poscit tenor, quo fluunt sqq. Westersh. cum aliis male *persuasit*.

pag. 145 lin. 3. *amitte*. Al. *omitte*. Illud ferimus.

lin. 5. *addat*. Al. *addit*. Nostrum poscit oratio, *qui--oret--addat*.

pag. 146. ad Act. II. Sc. 1. Contra omnem artificii scenici, eiusque Terentiani intelligentiam, editores inde certe ab Erasmo duas priores scenas huius Actus addunt Actui I, & secundum demum ordiuntur, ubi nobis Actus III initium. Nos sequimur rem ipsam & Don. qui edicit: *Primus Actus est in colloquio Davi & Getae, per quos discet populus argumentum. Secundi Actus tenor continet adventum Senis turbulentum, & eiusdem iurgium adversus Getam & Phaedriam. Ac sane iam scena est vacua utriusque discessu. Scenae vero sqq. ita coniunctae sunt turbulento adventu senis, ut nullo inter illas & hunc intervallo locus sit; quod cuiusque finis docebit. Nostra quoque ed. vetus c. figg. recte ab hac scena Actum II orditur. Bendl. talia videre non solet; sed miramur, quod Dacieria hoc non viderit.*

pag. 147 lin. 2. *adventi*. Sic Don. & Prisc. legunt. Sed Cod. Bemb. *adventus*.

pag. 149 lin. 3. *ni unum desit*. Al. *unum hoc des*. Sed 70 hoc non agnoscunt Codd. Bemb. Victor. &c. neque Eugr.

lin. 5. *Quod si*. Don. legit *Et si*; al. *quid? si*. Nos meliorum lectionem servamus.

lin. 13. *Retinere amorem, an mittere*. Vulg. absurde habet *retinere, amare, amittere*, et sic Codd. Bendl. ultimum corrigit *an mittere*. Sed priora nemo correxit.



Quid vero Phaedria *retinere* poterat? Certe non amicam, quam nondum habebat, neque *mittere*, neque *amittere* poterat; sed *amorem*. Sic Cic. de amic. 72 *Retinent caritatem in pastores, quos patres esse duxerunt. Et quomodo diversa sunt, retinere, amare?* Pariter de se Ant. mox duo diversa facit, uti infra III, 5, 22.

pag. 150. lin. 1. Bentl. male sapit mutando *eius* in *ius*. Mittendi ius non est h. l.

lin. 5 sq. Faern. dedit *quam hic nunc mihi nuntiet rem*. Alii aliter. Nos sequimur Codd. et rationem Bentl. quibuscum congruit ed. nostra vetus.

lin. 9. *nisi iam aliquid &c.* Sic Faern. ex Codd. suis et Donato correxit, ordinavit. Sed Bentl. cum Prisciano sibi non constans edidit *nisi aliquid iam cons. cel. repereris*. Variant Codd. et edd. sed nemo praeter Bentl. omisit *tibi*. Multa is refingit, quae mittere malumus.

lin. 11. Al. minus apte: *Ita nunc imp. subito.*

ibid. *te impendent.* Bentl. facit *in me*. Apud Don. quidem h. l. nota legitur: *hic transitum fecit ad primam pers.* Sed haec nota potius ad v. sq. pertineat; cf. Plaut. Epid. I, 1, 75 sq. et aequae facile sit legere *in te*.

pag. 151 lin. 1 sq. Versui huic vulgo subiicitur alius, quem cum ex Andr. I, 3, 3 primum margini adscriptum, dein textui male ingestum viderit quisque sapientior, tandem omittimus: *Quae si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.* Ibi Davus per *herum* significabat *iuniolem*, sed ipse Geta mox *herum* dicit *senem*, qui adsit.

pag. 152. lin. 1. *convassassem.* Sic legunt et Don. figuratum dicens, a colligendis vasis, et Nonius, qui exponit: *furtim collegissem.* Sed hoc Benteio non ex vero videtur. Et est in Cod. Bemb. Basilic. &c. *convassissem*; unde alii *conrasissem*, quod haud ineptum fuerit; cf. Ph. I, 1, 6. et Ad. II, 4, 34. Fugitivi solent aliquid auferre. Eun. IV, 3, 19.

lin. 2. *protinam.* Sic ex Don. Nigidium laudante,

et Festo rescribit; quomodo et Plaut. antique pro *protinus*.

lin. 18. *hem!* Vulgo hoc male tribuunt Getae. Nos cum Bentl. sequimur Don. qui ex propria cuiusque persona, Antiphonis ex praesagio metuentis illud *oc- cidi*, hoc Phaedriae antea securi, haec dicta observat. Et sane concinunt *oc- cidi--quid agam?* et *hem--quid ais?*

pag. 154 lin. 11. *saeviticis dictis*. Al. contra me- trum *saevit dictis*.

pag. 155. lin. 4 sq. *Ant. mane, mane, &c.* Frustra Faern. delet prius *mane*, quod absit in Cod. Bemb. et Vat. Sed quam saepe factum a librariis, ut in pa- rium syllabarum vocumque concursu alteram omi- ferint. Et requiritur duplex *mane* ab illo *inquam*. Bentl. ipsi accedit et satis pro imperio edicit, *quo non pati synaloepham*; sed vide Hec. III, 7, 45.

pag. 157. lin. 2. *in insidiis*. Retinemus Donati, Prisc. et meliorum Codd. et edd. lectionem. Al. Codd. ipse- que Bentl. praeserunt *in subsidiis*. *Subsidium* quidem, (ut Fronto de diff. voc. ait) *est, quod subest deficientibus*. Sic Tac. H. II, 24 extr. *super hos -mille equites, cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus ducebantur*. Sed sic neque plu- rali opus est, neque illud *in bene* iungitur.

lin. 3. *deficias*. Sic Bemb. cett. Probat Faern. rec. Bentl.

pag. 159 lin. 1. *placet*. Alii, nescimus quam bene, *places*. Getam cum Phaedria loqui credimus.

lin. 14. Sic manifesto legendum cum Cic. qui Tusc. III, 14 sex hos versus 11--16 laudat; cum vulgo edatur *Per damna, exsilia p. r. semper cogites*. Illud *exsilia* male ex Eurip. versibus, ab eodem Cic. l. c. conver- sis, male h. l. irrepfit.

pag. 160. lin. 1 sq. Reddimus post Bentl. hunc ver- sum cum Cic. verius et pulchrius, quam in libris Terentii legitur et vulgo editur: *Com. e. haec: fieri posse: ut ne quid animo sit novum*. Abundat sane *fieri posse*: quod e glossa additum videtur; tum melius re- spondent in lectione Cic. verba Getae v. 20.

lin. 5. *incredibile quantum*. Recte sic emendat Bentl. quod vulgo est *incredibile est quantum*. Sic enim mox legendum foret *anteam*.

lin. 9. Codd. Bemb. Victor. cett. post *molendum* habent *esse*; pro quo aliis visum *usque*, quod utrumque legi testatur Don. sed ap. Lactant. div. Inst. VII, 27 male praeter metrum iungitur *mol. esse usque in p.* Sic enim versus excrescit. Bentl. mavult *mol. est in p.*

lin. 15. *Sed tu* &c. Inserimus *tu*, absque quo octonarius non procedit. Scribebant *set*, unde facile fuit absorberi *tu*. Antea de se ad Ph. dixerat; nunc ipsum monet. Ita saepe *Sed ego cesso*.

lin. 17. incipiunt senarii. Primum plerique turbant, qui legunt: *Phaedriam mei fr.* Sane ipsum nomen redundat.

pag. 161. lin. 7. *an id*. Vulgo *an tu id*. Sed *tu* nec Don. nec Bemb. &c. agnoscunt; neque id satis blandum h. l. fit.

lin. 10. *Dari in consp.* Vulgo h. l. inseritur *mih*, quo metrum interficitur. Et quis glossam desideret? cf. ap. Cic. de div. I, 20 Ennii v. 14.

lin. 14. *Unum cognoris*. Ellipsis *is si*, usitata nostro, et aliis optimis auctt. cf. Sanct. L. IV, 7 de ellipsi. Facebat igitur illud glossae instar, quo Bentl. textum contaminat *Unum cum noris*.

lin. 15. Versum ex Asconio in Cic. Verr. Act. II, 12 corrupte sic se habentem: *Hic in noxia est, ille ad defendendam causam adest*, restituimus. Tres enim primarii Codd. Faerni habent *noxia*, ut in scena superiori v. 48. Turn *causam* addidit sciolus, qui vim propriam verbi *defendere* h. e. depellere, non vidit. Sed idem ille v. 48 docet, referri debere ad eandem illam noxiam. Hinc iam Bentl. fecit *Cum hic in noxia est, ille ad defendendum adest*. Nos lenius corrigimus, retrahendo *is est*, ut non opus sit, cum illo contorquere metrum.

pag. 173 lin. 8 1<sup>q</sup>. Versum hunc, quem vulgo postponunt sequenti, praeponimus cum Codd. ve-

taftioribus, ed. noſtra vet. cett. & Bentl.

lin. 10 ſq. Vulgo huic verſui ſubiungitur alius ad imitationem prioris flagitationis & explendum nomen inepte ingeſtus: Ph. *Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit?* G. *negat.* Sed eum, qui & h. l. abeſt in Cod. regio ap. Bentl. hoc certius ſpurium habemus & expungimus, quod & Dem. infra v. 37 enixe nomen id rogat, velut nondum ſibi auditum, nec credibile eſt, paraſito mendaci tam cito excidiſſe infra v. 38, quod *olim*, cum res ad iudices delata eſſet, dictum erat nomen patris. Quis tandem repetitam illam negationem eiufdem rei ferat? In priori certe flagitatione ſemel tantum Geta reſpondet.

pag. 174 lin. 1. *malitiae.* Ita Faern. & Bentl. ex Codd. Al. *avaritiae* tuentur.

lin. 7. *cui opera vita erat.* Bentl. temere facit *in opera.*

pag. 175 lin. 1 ſq. *i in malam crucem.* Ita Bemb. quem cum Eraſm. & Bentl. ſequimur potius, quam Don. qui omiſſo *i* adverbialiter dictum putat *in mal. cr.* Alii legendo *abi in* &c. verſum contaminant.

lin. 3. *ni ita eum exiſt.* Sic cum Don. vulgo legitur. Sed Bemb. habet *ni eum eſſe exiſt.* & ſic *eum pro eiufmodi* ( ſcil. *optimum* ) dicitur.

lin. 4. *voſtram.* Ita Don. legit, habetque liber Bemb. ediditque Faern. &c. Alii, ut Eraſm. Weſterh. & Bentl. malunt *noſtram.* Sed *is inimicitias* ſ. inimicum *capere*, colligere, ſuſcipere dicitur activo ſenſu, qui prior aliis adverſari coepit, lites intendit, non *is*, cui nolenti quis inimicus fit. Hec. II, 1, 34 *Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias, non pudeat?* Tac. Ann. V, 11--*facilis capeſſendis inimicitias & ſoro exercitus*; cf. Andr. IV, 2, 12. Praeterea ineptum fuerit, de ſe uno dicere *noſtram familiam.*

pag. 176 lin. 6. *nunquam ceſſavit dicere* &c. Vulgo ingeſtum legitur *hodie*; quod verſus reſpuit, nec Don. agnoſcit. Omittimus igitur cum ed. noſtra vet. & Bentl.

pag. 178 lin. 3. Aberrant omnes edd. in verbis

legendo *ego tum se* &c. l. *tum cum*, in quo & versus laborat. Sed Bemb. congruit cum Don. & aperte illud *si* est a glossa, unde *cum si* dein corruptum in *tum si*, tandem contaminate *tum cum*.

pag. 181 lin. 1. *tuis dignum factis* f. Haeret versus in *tuis*; hinc mallems *his factis*, quod si feceris, *dign. fec.* f. dignus eris, ut &c.

pag. 183 lin. 12. Dacieria male hunc versum, quo scena sq. priori coniungitur, contra Codd. expungit, rem scil. existimans ex vulgata, quae a sc. sq. Act. III orditur. Nos supra cum Don. Act. III a II rectius divisimus, ac per tres scenas continuamus cum ed. nostra vet.

pag. 184 lin. 5. *pateretur*. Don. legi quoque *potiretur*, idque verbum *μίσσεν* esse notat. Vulg. tutius.

pag. 185 lin. 2. *iratum senem*. Sic e Bemb. Faern. Al. Codd. edd. priscae, Nonius v. *confutare*, legunt *patrem*.

lin. 3. *Eu*. Vulgo male *heu*. Nos cum Bentr. formulam laudandi reddimus. cf. supra sc. 2, v. 50.

pag. 188 lin. 2. *impudentem*. Nostra vetus *imprudenterem*, h. e. rerum imperitum; quod Bentr. edidit.

pag. 189 lin. 5 sq. Versum hunc suspectum facit Bentr. non advertens, & Graece addi: *ἴων ὀίων ἔχω λυκόν, εἰ ἔχειν, εἰ ἀφίνας δύναμαι*.

pag. 190 lin. 7. *Obtundis*. Faern. in Codd. Basil. & Vat. invenerat *obtunde*; hinc Bentr. pro lubitu facit *optume*, ut trochaicus proveniat.

lin. 16. *dignum*. Alii malunt *dignus*, quod figuratum magis putant. In eo igitur se oblectent.

pag. 191 lin. 9. *Quoad dares* &c. Vulgo *quam ad*. Sed quod iam Guyet. voluerat ex Plaut. Pseud. II, 2, 28 *argento haec dies praestituta est, quoad referret nobis*; id Bentr. edidit ex Cod. Petr. cf. supra I, 2, 98 *Senem quoad expectatis vestrum*. Nostra vet. c. figg. habet *qua dares, huic praeconstituta*.

pag. 193 lin. 5. *adiuverit*. Faern. mavult, exigente versu (ut syll. iu brevis fiat) *adiuverit*, quod & probat

Mur. (ut Ennius ap. Cic. de Senect. init. *adiuero*)  
 Don. notat : *Secundum v pronuntiari debet*, adiuverit.  
 Hinc Faern. colligit, non scriptum fuisse secundum  
 v; sed quid inde versui consulitur, si tamen pronun-  
 tiandum sit? Itaque alii legunt ap. Don. *non pron.*  
*debet*, quod placet, ne nil dixisse credatur Don.

lin. 7. *experimur*. Sic Faern. coniecit, eumque fe-  
 quuntur omnes. Sed Bemb. *experiemur*. Al. Codd. &  
 edd. vett. fere omnes *experiamur*.

pag. 194 lin. 6. Bentl. audacter pro *crucem* rescribit  
*malum*.

pag. 195 lin. 4. Alii haud bene omittunt *hem*.

lin. 5. *Quin igitur &c*. Codd. & edd. mire variant,  
 & Faern. ex Bemb. dedit *Tum ig*. Nos cum Bentl.  
 sequimur Serv. ad Virg. Aen. IX, 484.

pag. 196 lin. 9 sq. *o lepidum caput*. Faern. delet *caput*,  
 quod abest a Bemb. & versum aliter ordinat, auget-  
 que verbis *G. iam feres*. Neque id malum videtur.

ibid. *aufer te*. Bentl. nil videt, dum edit *auferte*.

pag. 197 lin. 1 sq. Alii subiungunt huic versui ver-  
 sum prorsus inutilem, al. praeponunt v. 28. *Ph. Abi*  
*vero; dic, praesto ut sit domi*. Faernus vero pridem ex-  
 punxit, ut subdititium; ut quem neque Bembinus,  
 neque contextus Cod. Victor. agnoscant.

pag. 200 lin. 1. *Neque--experirier*. Sic legit Priscian.  
 bis; idque probant Riv. Heins. Bentl. cett. Sic &  
 versus pulchre se habet. Sed Cod. Bemb. habet *Neque*  
*adeo desetiscar unquam exp*. Sic versus non constat. Aliae  
 edd. priscae, in iisque nostra: *Neque def. ego unquam*  
*adeo exp*. Quod si *mutes unquam in usque*, probemus.  
*Usque adeo nostro quoque dicitur Andr. IV, 1, 38.*

lin. 12. *Ubi Phaedriae &c*. Pronuntiandum *Phaedriae*,  
 & quod vulgo subiicitur *se in* versum sq. post *ami-*  
*cum* inferendum; quod cum Bentl. sequimur, ut u-  
 terque versus procedat.

lin. 18. Al. *sed quid pertimui autem?* Nos cum Heinsio  
 metri causa spernimus *sed*, quod redundat. Sic Eun.  
 V, 8, 5 *Perii quid hoc autem est mali?*

pag. 201 lin. 10. Vulg. *Ad hosce : o noster Chremes.* Sed sequimur cum Bentr. Cod. Bemb. docente & tuente Faerno.

pag. 202 lin. 1. *id cum hoc agebam* &c. Ms. reg. teste Dacieria, Chremeti aptius tribuit, quae vulgo Demiphonis faciunt verba. Scil. Chremes, qui filiae causa id magis curae habet, etiam promptior est ad loquendum.

lin. 2. Metri causa *quidem* post *id* ex Codd. Vat. Basilic. & Victor. restituimus cum Bentr. Bembinus non habet; hinc Faernus & asseclae omisere.

lin. 4 sq. *quid, Geta?* Alii & haec verba Demiphoni tribuunt. Nos cum Faerno & Bentr. Bembinum sequimur.

pag. 203 lin. 8. *eius* Guyetus & Bentr. *ei.*

pag. 204 lin. 5. *at primo.* Alii *a primo.*

ibid. *cedo quid postulat?* Alii id tribuunt Chremeti. Sed convenit magis, Demiphonem clamantem id rogare, cuius erat, orbae dotem dare.

lin. 7. Versum hunc reddimus, quomodo Celsus Gramm. ap. Charis. p. 185 laudavit, & ap. quosdam legi, Don. innuit; voluitque Lud. Carrio, & Bentr. edidit. Vulgo est *Quid? nimium? quantum libuit.* C. *dic* &c. Sed illud *libuit* incertum est, & additum videtur a vetere glossatore, qui verborum vim non intelligeret. *Nimum quantum dicitur, ut immane quantum.*

lin. 9. *immo malum hercle.* Imprecationem hanc, quae vulgo tribuitur Chremi, rectius alii Codd. adscribunt Demiphoni.

pag. 206 lin. 13. *hoi hei.* Sic Bemb. quem sequuntur Faern. & Bentr. Vulgo pro *hei* habetur *hui.* *Hei* est ingemiscens f. dolentis; *hui* admirantis; hinc illud convenientius.

lin. 16. Vulgo repetitur *opus est*; ut sit *Supp. opus est; opus est sumptu ad n.* Sic versus claudicat; neque Don. bis legit. Ad verba enim *sumptu ad n.* ait, *opus est* subauditur. Itaque ut & cum Don. consentiamus, & versus non deficiat, repetimus *tum ante sumptu.*

pag. 207 lin. 1. *scribito* &c. Alii hic ingerunt *potius*;

quod cum absit ab optimis Codd. versumque impediatur, merito eiecit Faern. A glossa vero est *potius*, scil. quam & has decem minas a me accipiat.

lin. 7. *Mea causa*. Malimus antiquius & Plautinum *mei causa* legere, ita ut *mei* in unam syll. coeat.

pag. 209 lin. 2 sq. Cum priora verba *Huic mandes* legantur & Ad. III, 4, 9, factum est, ut quae ibidem sequuntur, h. l. fere eadem adderentur: *quod quidem recte curatum velis*, & omitterentur in ipsis Mss. Bemb. Victor. & Basil. veriora, quae in cet. libris omnibus in contextu sunt: *qui te ad scopulum e tranquillo auferat*; alii quidem, ut priora illa, superscripta habeant, alii omittant. Neque Faerno, Bembinum secuto, nostra improbatur, quam Heinsf. & Bentl. praetulere, quod lectio Bembinii *ἁπολογίαν* infert: *Sed quid velis--quod quidem velis*. Et quis non sentiat, illud *recte curatum* frigidius continuatam ironiam referre, quam in iratissimum convenit? Dixerat vero Geta III, 1, 15--*adhuc tranquilla res est*. cf. Plaut. Merc. I, 2, 84.

pag. 210. lin. 4. *Inde iste reddet*. Sic Cod. Bemb. Al. *Id iste illis reddet*.

lin. 8. *per impluvium*. Guyet. & Bentl. rescribunt in *impluvium* ex Plaut. Amph. V, 1, 56. cf. Eun. III, 5, 40.

lin. 10 sq. *ante brumam autem*. Vulgo *vetuit*, *ante brumam aliquid* (s. *quid*) *novi Negotii incipere*; *quae causa est iust*. Sed antiquissimi libri non agnoscunt *aliquid*, sed pro eo habent *autem*. Tum vetare, ne quid ante brumam inciperetur, non erat haruspiciis s. harioli; sed homines vulgo nefas ducebant, ante brumam aliquid incipere. Id clarissime innuit Don. dicens: *Arte irrisit homines Ter. quibus religio sit, aggredi negotium aliquod diebus decrepantibus*. Vidit id quoque Bentl. sed bonus ille medicus medendo ipsum morbum intulit, quo pallescat Ter. Cum enim haec divisisset a prioribus, & reddidisset *autem*, sq. versum deturpat sic: *Negotii nihil incipere, causa est fontica*. Nil certe hariolatus est, sed deliravit. cf. Tibull. P, 9, 51. Nos lenissime emendamus ad mentem Donati, & ut quam minime absi-



mus a libris, legendo--*inciperem quid? l. si malis aliquid? causa e. iust.* Ipsa vero rogatio fortius negat.

pag. 211 lin. 13. & *matura*. Sic libri omnes prisca; & Heinf. edidit. Bentr. & *mature*. Vulgo *at matura*.

pag. 212 lin. 13 sq. Male vulgo hunc versum tribuunt Demiphoni, interrogative editum. Error est ab eius nomine prius expresso. Nos cum Bentr. Chremeti suum reddimus, notamque rogandi tollimus. Ceterum in varietate lectionis sequimur Bemb. ita ut quod suadet Faern. & quidam habent *id si non pro si id non* metri causa nostrum faciamus.

lin. 18. *convenit*. Ita Bemb. Alii *congruit l. congruet. Congruunt*, qui idem sentiunt, ad idem tendunt, societate coniuncti; cf. Heaut. III, 1, 91.

pag. 216 lin. 6. *hem, isti ipsi*. Bentr. ex suis Codd. edidit *isti inquam ipsi*.

lin. 17 sq. *conciliatam amore*. Vulgo *conlocatam filiam*. *Filiam* in quibusdam Mss. omittitur, & subditum a sciolo, versuique repugnat. Sed Bemb. habet *conlocatam amari*; unde legendum putat Faernus *conlocatam gnatam*, ut Iambicus sit tetrameter catal. Nos eundem versum servamus, lenius in nostrum emendando. Poscit illud *ut volebam*, ne frustra dictum sit, *amore*. Dixerat scil. Sophrona, *ut amans habere posset sine dote*. *Conlocatam* vero cum aliquo quis ferat? Rectius *conciliari*, ut *reconciliari, cum quo*. Et eo verbo usus Plaut. in honestis nuptiis Trin. II, 104. & ap. Nep. XXV, 12, 2 dicitur *conciliator nuptiarum*.

pag. 217 lin. 1 *maxume*. Sic Ms. reg. ap. Lindenbr. & duo ap. Bentr. Al. *sine cura nostra maxuma*, quod insanum est. Ceterum Bentr. quis ferat, qui multanigans probare cupit, versum hunc esse expungendum? ad Act. V. Sc. 1. Hinc cum Don. ordimur Act. V, quod iam Dacieria auctoritate Ms. reg. fecerat. Ita certe iubet ratio scenica. Scena enim deserta erat, quum abiisset Chr. cum nutrice ad filiam in aedibus Demiphonis visendam.

pag. 220 lin. 5. *Phormionem*. Suspecta videtur lec-

tio ( cum Phormionem id non serio velle probe iam sciret ) hoc magis, quod sic non patet, quo mox *eiu* referri debeat. Benteius, corrector, in peius edidit: *Ne quid vereatur Nausistratam, neque eius orationem.* Si quid audendum sit contra *Phormionem*; lenius & rectius ei substituas *Demiphonem*, a quo omnino timere potuit Phanium.

pag. 222 lin. 4. *natum.* Alii *natam.* Sed latinus refertur ad *virum.*

lin. 7 sq. Vulg. *ne te adol. mul. defatiget.* Nostrum rectius, e quo versus proficit, dedit Benti.

pag. 224 lin. 5 sq. *nunq. hodie concedes.* Vulgo additur *mih*; sed est a glossa, & redundantem facit versus; si *neque* sequenti versui addas, hic laborat.

lin. 7. *perdis.* Sic Bemb. & Victor. sed alii *pergis*; quod si verius sit, signum rogandi addas. Nos illud sequimur.

pag. 227 lin. 15. *Curavi, propria Ph. &c.* Al. ingerunt *ea*, quod tamen abest a Bemb.

ibid. *poteretur.* Sic Bemb. versusque convenit magis, quam vulg. *potiretur.* Idem legitur ap. Catull. Argonaut. 398. Propert. II, 7, 62. Ovid. Met. XIII, 130; XIV, 641. Val. Flacc. VII, 54 & Auson. epit. Her. 35, v. 4.

pag. 228 lin. 7. *absumere.* Ita in antiquissimis legi testatur Faern. & in suis plerisque Benti. Vulgo *sumere.*

lin. 11. *Te suas &c.* Ita cum Bemb. legimus. Alii male ordinant: *Te suam r. r. u. a. causam; ut pro se dic.*

lin. 19. *qui.* Ita Faern. ex Bemb. & ratione versus. Vulgo male *quis.*

pag. 230 lin. 8. *insliteris.* Ita ex Codd. Guyeti & Bodlei. cum Benti. legimus, iubente versu, pro vulg. *inslitueris.*

lin. 9--13. Restitutos plane tres vers. damus, qui in omnibus edd. lacerati, & vulgo hodie sic leguntur:

G. *Pergis hercle. nunquam tu odio tuo me vinctes.* A. *non manes?*

G. *Vapulabis. curialis vernula est, qui me vocat.*

A. *Id quidem iam tibi fiet, nisi resistis, verbero.*

Sed v. 1 excedit pede trochaicum octon. catal. & Bemb. habet *pergit*; & sic plerique ap. Bentr. & tamen Faern. male edidit iuncte *Pergis hercle*? Tum v. 2 Bemb. & Vat. cum Festo, in nott. iam laudato, legunt *vapula*, quod verius est. Hinc Bentr. novissime adhibito remedio versf. instruxit:

G. *Pergin? hercle nunquam hodie odio tu me vinctes.* A. *non manes?*

G. *Vapula.* A. *id quidem tibi iam fiet, nisi resistis verbero.*

In primo suo versu id boni habet, ut vocem *hodie* absumptam *odio* restituerit, alterum ad optimos Codd. in quibus est Bemb. & Vat. multasque edd. vet. exegerit; sed verba *curialis--vocat*, ut a nebulone aliquo illata, expungit, (quae eadem verba iam olim omisit Erasmi. in ed. sua princ.) Tantum vero abest, ut insititia sint verba, ut potius loco mota suo haberi debeant. Atque ea invenit Mur. in Cod. Ven. post versum *Vapulaverbero*; quomodo & aliae priscae edd. in iisque Tarv. 1481. Ven. 1492 & nostra Arg. 1499 habent. Neque iis omnino sublatis est, quo referas *familiarior* v. 12. Itaque ea in locum suum revocamus; unde male exciderant. Scil. in primo versu liberrius a voce secunda *hercle*, desciscens ad alterum *hercle*, quod decimo versu redibat, verba *curialis--vocat* omisit; quae visa cum corrector in margine adscripsisset, dein alieno loco in textum ingesta sunt. Repetimus vero vocem *hercle*, iungimusque sqq. *nunquam hodie*, quae & alias coniuncta leguntur, ut ap. nostrum Ad. IV, 2, 12 *Nunquam hercle hodie ego istuc committam* tibi. Alias praeterea rationes ordinis versuum nostri facile colligent periti.

pag. 232 lin. 4. *domum*. Scil. eo rediturus cum servo Demea, illum misit domum ad Phanium; ipse vero Chremetis uxorem Nausistratam prius adiit; cf. sc. 1. Pessime igitur magnus ille corrector Bentl. *domum* mutavit in *ad Chremem*.

pag. 233 lin. 5. A. *Quod?* Inepte quidem recentiores Phormioni tribuunt, quod Antiphonis scire maxime interest; & dein Ant. ac Geta sibi invicem respondent.

pag. 234 lin. 1. A. *Atque hercle*. Inepte vulgo Phormioni adscribunt, rectius Antiphoni Bentl. Huic enim respondet Geta.

ibid. *inaudivi*. Sic legit Don. & dicit de occultis, quae audiuntur. Inaudiverat certe a nutrice uxoris, patrem esse civem Atheniensem, qui Lemni consueverit cum Phanii matre.

lin. 7 sq. *eius adhibendae dari*. Vulgo *habendae se dare*. Sed sequimur cum Faerno auctoritatem Bembini. Aliique libri & scripti & edd. legunt *dari sine se*; unde metri causa illud verum esse credas.

pag. 236 lin. 4. Versum revocamus hunc primi in locum suum; quem alii omnes & scripti & editi versibus 12 & 13 vel orationi Phormionis male, certe ita ut frustra adhuc in eo exponendo defudaverint interpp. collocatum habent. At h. l. ita aptus est, ut nulla amplius interpretatione opus sit.

pag. 237 lin. 1. *verebamini &c.* Sic Bemb. sine interrogatione melius, quam vulg. *an veremini?* Constructio illud postulat; cf. Eun. III, 1, 62. Sensus est: ridiculum fecistis, si verebamini &c.

lin. 5. Perturbate in omnibus libris hunc versum insequitur ille nobis primus. Hinc in eo haesere interpp. ad unum omnes.

pag. 238 lin. 7. *discripsi*. Sic Faern. ex Bemb. restituit pro vulg. *perscripsi*. Cum Bembini lectione congruit interpretatio Don. & quod in aliis Mss. est *descripsi*. Itaque Faernum sequimur cum Pareo & Bentleio.

pag. 239 lin. 10. Vulgo huic versui praeponitur *in ius?* quasi haec verba Phormio cum indignanti rogatione repetisset. Verum sic versus abundat pede. Itaque suadente Faerno cum Bentr. omittimus, quae ad v. 88 male huc accommodata fuere a sciolo.

pag. 242 lin. 9. *contumeliam*. Sic Bemb. Al. *contumelias*.

pag. 243 lin. 5. *accurre*. Vulgo addunt *huc*, quod non est in Bemb. ac Vatic. versumque afficit.

lin. 16. *exsculpe*. Sic Bemb. aliique multi, verius quam quod ei alii praetulerunt *exclude*, quod ap. Plaut. Pseud. I, 5, 95 legitur. Nostra ed. Arg. habet *ex-cute*. Convenit magis senibus, mulieribus, pueris *exsculpere*.

pag. 244 lin. 6. *obstipuisti*. Vulgo *obticuisti*; sed nos Bemb. sequimur.

pag. 246 lin. 2. *dicis?* quod ex Bemb. restituimus pro vulg. *narras*; & sequitur mox *dicto*.

lin. 12. *P. hoc actum est*. Alii id male tribuunt Demiphoni, quos sequitur Bentr. putans, esse formulam alias sollennem, *perii, actum est*; cui quis credat praeponi *hoc*: & sic melius ea conveniret in ipsum Chremetem. Quae dein iratior iam Nausistrata clamans incusat coram marito, *an quidq. -- senes* Bentr. suos quosdam Codd. secutus perturbate adscribit Phormioni, honestius putans v. 12 dici ab homine, quam a femina. Neque nos id honestius ab illo coram femina dici censemus, quam ab ipsa irata. Quomodo ille dicere potuit? *qui mihi -- sunt*; cf. supra I, 2, 90.

pag. 247 lin. 1. *hoc pol. damus* ex Charif. pro vulg. *hoc ipso*, a quo versus redundat. Bentr. *isto*.

lin. 8. *Sed, ea quin sit ign.* Qua formula non intellecta, a vera lectione, quam Bemb. servat, deslexerit libri ad vulg. *sed eam, quae sit ign.*

pag. 248 lin. 7. *qui fit in hac re scr.* Revocamus illud *fit*, quod Faern. e Bemb. dedit, pro vulgato *fuit*. Quid enim fuerit scrup. ante rem palam factam?

lin. 13. *Sed qui sp.* Sic est in Cod. ap. Lindenbr. editaque Bentr. pro vulg. *quid scil. eius sp.*

pag. 250 lin. 1 *faxo--fit*. Praeferimus lectionem Bemb. & aliorum Mss. pro vulgata *faxo tali eum mac-tatum* &c. quod videtur esse a fracta minusque intel-lecta glossa Donati.

lin. 8. *Singulatim*. Sic Bemb. ceterique meliores. Sed alii vulgo *singillatim*.

pag. 252. lin. 1. D. *mulier sapiens es, Naus*. Demipho laetus exitu, recte iudicante Bentleio, id dicit, quod vulgo Phormioni tribuunt. Parasiti certe fuerit, dicere *femina*; neque voce familiariori *mulier* uti.

lin. 3. *Satin' tibi est, Chreme?* Et id quoque, si quid aliud, bene iudicavit Bentl. ad virum, antea reum, dici; idemque interposuit, quod vulgo abest *Chreme*; & sic quoque versus integer fit. Respondet igitur non Phormio, (cui vulgo male tribuunt verba *immo--spem*) sed ipse antea reus, qui pulchrius, quam spes fuit, in causa hac discessit.

lin. 5. Bentl. ex Cod. reg. edidit *tibi* pro vulg: *suum*. Illud melius respondet *no min'*.

## AD HECYRAM.

P Ag. 265 lin. 13. *causam accipite*. Male alii h. l. ex Heaut. prol. 41 superaddunt pronomen *hanc*, quod neque habet Bemb. & respuit versus, existimante Faerno. Scil. *mea* ut monosyllabum pronuntiatur.

lin. 14. Cave *aliis* corrumpas cum Bentl. in *alias*. Sic enim deforet, quod respondeat *no mihi*. Verba & *scribere*, & *discere* referuntur ad *novas*, *pretio emptas meo*.

pag. 266 lin. 4. *paucis*. Sic pro *paucos* ab aliis legi iam observat Don. suffragante versu Apollodori Graeco, qui vero in exempl. Donati adeo fracte expressus est, ut de restitutione eius desperandum sit. Neque Tan. Fabro, neque Bentl. conata satis bene evenisse videntur.

pag. 267 lin. 4. *En. Alii iam pridem & hodie le-*  
*Terentius T. II.* C c

gunt *hem*. Variant enim Codd. & in Comm. Don: duplex est obs. diversa sentientium. Prior enim dicens: *pronuntia, ut mirantem ostendas*, legisse videtur *hem*; alius dein: *adverbium demonstrantis est*, ut *hem*. Sed videtur potius legendum *en alter*. Bemb. corrupte habet *ex*. Nobis videtur *en* melius convenire in mulierem, quae modo haec audiverat ab ipsa Bacchide, & indignanter id meminit. Illud enim adv. demonstr. etiam vim habet indignandi.

lin. 5. *mifereas*. Antiqui sic pro *te misereat*, ut Ennius in Hecuba ap. Non. VII, 58 *Miserete anuis &c.* & Ann. 5 *cogebant hostes, lacrumantes ut misererent*. Lucret. III, 894 *Ipsae sui miseret*. Congruit certe in anum archaismus; quem Faern. ex Cod. Bemb. approbat prae vulg. *mifereat*, omisso *te*, quomodo Don. legerat. Al. ingerunt *te*, l. ante l. post *cuiusquam*.

lin. 6. *Quemquem*. Faern. ex Bemb. *quemque*. Nostrum iubente versu, & Cledonio teste p. 1908 rectius cum aliis rescribimus.

pag. 272 lin. 4. Bemb. *ille se primo negare*.

lin. 18. *perdant*. Vulgo editur *perduint*, cum alii scripti habeant nostrum, quod a versu poscitur, iudice Faerno. Bentl. male omittit verbum, & contra Bemb. rescribit *istoc*.

p. 273 lin. 1. Vulg. *ut ad p.* Nostrum iubetur a versu.

pag. 275 lin. 3. Bona verborum constructio, similis fere illi ap. Plaut. Trin. IV, 2, 58 ita displicuit Bentl. ut praeter rem & Codd. pro *ad exemplum* daret *ad amuffim*. Certe ad talia exempla ingenium Critici istius existimare licet.

lin. 8. *devictus--victus*. Don. *πυροποιστον* esse dicens in verbis sic videtur legisse, uti & in eius Mss. legitur: habentque idem plures Codd. & priscae edd. Ter. quas sequuntur Heinsf. Dacier. &c. Alii vero legunt *devinctus*.

pag. 276 lin. 11. *ad matrem*. Sic Bemb. & a prima manu Victor. teste Faern. reddiditque Bentl. Vulgo alii *a matre*.

pag. 279. lin. 1 sq. Perinde est, quomodo hanc amphiboliam, quae videtur e coniunctis esse, exponas, sive *focrus omnes* iniquas esse (in *nurus*), ut *Soft.* ait sc. 3, 4 sq. sive *nurus omnes* odium capere *focruum* (ut *iniquarum*) quomodo *Laches* mox v. 22 & *Soft.* v. 38 verbo utitur. Nulla inde est in sensu ambiguitas, quam inutiliter quaerunt *Don.* ad h. l. & *Hieron.* adv. *Iov.* & in *Mich.* Sed quid in *Bentleium* dicamus, qui hunc versum (omnibus ita agnitum, ut ex eo credatur fabula nomen invenisse; & quem vel ipsa *Sofrata* sc. 3, 4 confitetur) ut spurium & ex nota marginali ingestum expungit, quod pede deficiat, ambiguitate laboret, & filum orationis interrumpat. Neque sane ambigua est sententia; & optime congruit cum oratione *Lachetis*. *Bentl.* dicit: *omnium mulierum* crimen in commune proferri; male igitur inferri hoc *focruum* singulare. Atque hoc ipsum non est tam singulare quam commune omnium mulierum, quae quidem *focrus* sint; cf. v. 43--45, uti & illud, *viris advorsas esse* aequae omnium, quae quidem nuptae sint. Pridem denique versum exple- runt pede, addendo huic versui *viris*; quam vocem *Bentl.* seq. praeponit, facitque *viris advorsari* aequae &c.

lin. 16. *scio*. *Bentl.* id verbum male addit dictis *Sofratae*.

pag. 285. lin. 11. *magnificare*. *Erasmus* dedit *magnifacere*, quod h. l. & ap. *Plaut.* *Bentl.* praefert ex suis.

lin. 14 sq. *eo domum studeo--redeat*. Sic *Faern.* edidit ex tribus antiquissimis. Alii *ut redeat*; & *Bentl.* praeterea haec vertit in hanc, & subaudit *redire* l. *revocare*. Ita ille magnus *Bentl.*

pag. 287 lin. 9. Alii scripti & edd. post *sumus* ingerunt *mulieres*; & sunt, qui vocem a glossa insertam contra versus trochaici rationem, auctoritatem *Bemb.* ac iudicium *Faerni* retineant. Nos hunc cum *Bentl.* sequimur.

pag. 289 lin. 3. *Cui quanto* &c. *Bentl.* metri & affec-



tus causa emendat *ah* ( quod priori versui addit )  
quanto *pr.* uti Andr. II, 1, 8.

ibid. not. 2, col. 2. Loco Plauti excitato,  
alium eiusdem Poen. III, 3, 47 addas : *Tu, si te Di-*  
*ament, agere tuam rem, occasio est.*

pag. 291 lin. 15 sq. Bentr. temere mutat : *si vis*  
*veram verba ad rationem exigi.* Quis talia ferat ?

pag. 295 lin. 6. certo. Alii contra antiquissimos Codd.  
*certum.*

lin. 9. *in te ullum* &c. Al. contra Bemb. ordinant  
*ullum in te* ; quod minus concinnum.

pag. 298 lin. 1. Sic Don. legit, & ex Mss. suis  
dedit Faern. Consentiant ed. Arg. c. figg. & Mss.  
Bentleii. Erasmus dedit *Tum autem filius intr.* quod &  
hodie alii, ut Westerh. male sequuntur. Immo alii  
*tum autem fil. tuus intr.* unde versus redundat.

lin. 9. *remittent.* Plenius Latini : *se remittent* ; unde  
abnorme est, quod alii & ipse Bentr. praeferunt *Phi-*  
*lumenam* ; contra Donatum monitaque Faerni.

lin. 11. *intervenerit.* Sic Bemb. habet, ediditque  
Faern. & sic refer ad *rem.* Al. *intervenit*, quod melius  
referatur ad sq. *irae.* Bentr. suapte libidine iubet *quae*  
esse neutrum plur. & facit *intervenerint.*

pag. 301 lin. 1. Bentr. pro *me repente* edidit *derepente* ;  
quod certe Donato demum infra IV, 1 obvium est.

lin. 11. *intro adveni.* Sic ex Codd. primariis Faern.  
pro vulg. *introii.*

lin. 13 *celari.* Bentr. frustra mutat in *celare.*

pag. 204 lin. 3. *concupuisse* int. *eam*, quod alii in-  
farciant ; sed Cod. Bemb. non habet, ac proinde  
Faern. omisit.

pag. 305 lin. 20. *bona.* Don. s. quisquis ille sit, te-  
statur, etiam legi *data*, & sic necessario pro *bona* in-  
telligi vult. Bentr. inutiliter hoc praeferens fingit  
*perpetua data.* Sed & ap. Plaut. Aul. I, 2, 29 *bona*  
*Fortuna* dicitur. cf. Ph. V, 7, 1.

pag. 206 lin. 3 sq. Vulgo omnes legunt : *idem nunc*  
*huic operam dabo* ; idque ita intelligi volunt, ut *missum*

*pariter faciam hunc amorem.* Verum quis talia ferat, nisi Grammaticus inops consilii & amoris? *Operam dare amori*, non missum facere amorem, sed *amare ipsum* est. tum Faern. iam vidit, incommode sic post tot trochaicos venire iambicum octonarum. Bentl. hinc pro suo ingenio emendans *Quo ego eum consilio missum feci, eodem huic operam dabo*, parum scite medetur. Sed audiamus Don. ambigue haec explicantem: *Si idem, ego; si eidem, hoc est, amori.* Nos eidem amplectimur, persuasi 70 huic ingestum esse ab illis, qui idem legerant. Omissio igitur huic procedit & sensus aptior, & trochaicus.

pag. 309 lin. 1. *cadaverosa facie.* Sic Faern. ex Bemb. & Don. restituit. Sed Bentl. pro sua sapientia l. lubricum facit *lentiginosa*.

pag. 318 lin. 6. *tu virum me.* Aptius id ad stomachum, & magis virile edidit Faern. pro *tune vir* &c.

pag. 321 lin. 18 sq. Vulgo versus sic ordinatur: *magis hum. est, quam dare op. id scire, qui nos oderit; in quo exponendo laborant interpp.* Don. quidem nihil affert, unde versus sensumque eius ordines, nisi haec: *Qui, unde vel quamobrem. Et recte; nemo enim dolens, quod non amatur, id facit, quo magis odio sit.* Dacieria ad hanc mentem satis pulchre interpretatur: *Ne vaudroit il pas mieux dissimuler cela, que de faire tant de bruit, afin qu'il nous haïsse.* Verum sic 70 scire vulgo male interponitur dictioni Ter. *dare operam id, qui* (pro quo l. ut; cf. Andr. II, 1, 7 & 8.) unde delapsus est Fabrini (cui accedit Westerh.) ad aliam rationem, quasi sensus sit: *quam dare operam, ut proferatur, utque inimici nostri id sciant, atque laetentur.* Verum nemo unquam *dare operam* coniunxit cum alio verbo infinito, *id scire* (alios) pro *ut sciant, qui nos oderint*, & sic oportuit dici *oderunt.* Ac paulo ante dixerat poeta, *ea* (quod Bentl. temere delet, nihil ceterorum iudicans) *diff. nos*, h. e. ut Don. ait, *ignorantiam fingere.* Itaque tandem 70 scire, quod loco motum erat, in

suos penates reducimus, ne amplius in alieno turbas det. Verum sane est *diff. nos ea scire, & dein op. dare, qui.* Sic sententia Don. verbis Dacieriae commode expressa prodit, latina ratio servatur, & versus troch. octon. cat. procedit melius. Addimus, *magis humanum est h. l. dici pro, sapientius s. prudentius est.* Eun. IV, 4, 54 sq. *Pol, si sapis, quod scis, nescis.*

pag. 325 lin. 8. Malumus cum Bemb. *exoptem*, quam cum omnibus aliis *exopto l. opto. v. not. ad h. l.*

pag. 328 lin. 7. *istae res.* Nobis videtur l. cum Bemb. legendum *nil iam istae res*; & Erasmi. Faern. illud *pol* omisere; l. si id retinere malis: *nil pol iam istaec mi vol. s.* Sed quod vulgo edunt *nil pol iam istaec* (ant. plur. fem.) *res* Bentl. defendit, secundam syllabam in *voluptas* corripere solere praecipiens. Bembina lectio melius consulit versui.

pag. 330 lin. 10. *uxor.* Non versus solum causa malimus *Sostrata*; sed & quod in placatiorem modo virum melius convenit, quam *uxor*; quo nomine, alias dignitatem habente, non absque ironia viri suas appellant, certe ap. nostrum; cf. Heaut. III, 5, 9 & V, 1, 6. Et Laches supra cum sua vehementius agens, vocabat *mulier*, lenius *Sostrata*.

pag. 332. lin. 7 sq. Varie hic versus legitur. Nos sequimur ordinem, quem post Don. edd. priscas, in iisque nostram Arg. Erasmus. neque Bemb. aliter habet, ex quo *redducam* scripsit Faernus; sed idem omisit *mage*, quod in Vat. & Basil. absit, versusque longiorem reddat. Mur. aliter ordinans *Credo, si non redducam, ea gr. conc. magis fore*, asseclas invenit. Nil certe pronuntiare audemus ob metri varietatem. Sed non ferimus Bentleium, qui contra omnes, pro lubricitate eiectione *non*, facit *Credo ea gr. conc. magis, si redducam, fore*; quasi Pamph. per ironiam dixerit, *credo, ut sit non credo.* Quam absurda foret personae hoc in loco antiphrasis; quam sibi ipse adversarius Pamphilus, retinere matrem cupiens!

pag. 333 lin. 1. *aberit*. Sic edidit Faern. ex 3 Codd. antiquioris fidei, rectius quam vulg. *abierit*. Sed & omisimus post *haec 70 est*, quod locum mutat in Mss. & obest trochaico catal. etiam redundat ob *est* mox additum.

pag. 334 lin. 7. *operiam*. Contra Donati mentem, inmo contra Pamphili destinatum animo sententiam III, 5, 42 Faern. rescripsit ex suis Codd. *aperiam*. Nostrum verbum est in aliis Codd. & probatum Rivio, Dacieriae, Bentl. aliisque, quibus accedimus.

pag. 335 lin. 14. Vulgo & *tibi illam salv.* Veteriores *illum tibi & illam s.* Nos *tibi*, quamvis Don. agnoscat, a librariis male ingestum & versui adversum cum Bentl. delemus. Et quare affinis causa magis, quam sua gratia gaudeat?

pag. 338 lin. 7. *Remissan' -- reductan' dom.* Sequimur lectionem Faerni rectius constitutam, quam quod alii *remissam -- an reductam d.* vel *remissan' -- an reducta.*

pag. 339 lin. 5. *quem ipse negl. pater, e. a.* Sequimur cum Dacier. & Bentl. lectionem Bemb. Vatic. Basil. & aliorum, a Faerno constitutam, quam ipse Don. praefere videtur illi *quem ipsa neglexit, pater, ego alam?* Haud sane patrem decet negligere puerum, quem mater neglexerit. Alius post Don. grammaticus s. Asper s. Cornutus hanc ultimam lectionem meliorem censet.

pag. 340 lin. 13. *adiungas*. Sic Erasmus & Faernus. Alii *abducas*, scil. a meretrice; quod pessime legitur. *Abducimur* enim ab honestis ad minus honesta. Alii tandem veteres male ingesserunt *volo ut adi.*

pag. 341 lin. 7 sq. *facis iniuriam -- cum amoveris, ut -- vivas.* Neque igitur sequens versus nisi pro interpositione habendus, maleque alii contra vetustissimos Codd. *dedere cum fingis pro confingis.* In confingendis causis non erat iniuria, sed in amovenda uxore.

pag. 343 lin. 6. *tollet*. Sic Bemb. ut referatur ad solum Lachetem, cuius, ut avi, summa post patrem erat potestas tollendi. Vulgo *tollent*.

lin. 13. *uxor*. Falso additur vulgo a Faerno *mea*, quasi esset Myrrhina, uxor Phidippi; cf. ad v. 89. Sed ingestum est praeter rem & verum *mea*; quod cum Erasmo, eiusque aëcleis, & ipso Bentr. eiicimus.

pag. 346 lin. 7. *hinc*. Ita recte Bentr. pro vulg. *hanc*, quod inutiliter additur *in iram*. Bentr. excitat Ad. III, 3, 7 *hinc* (a Syro) *scibo*. Addimus ex Phorm. IV, 2, 14 *petam hinc* (a Demiphone) *unde a primo institui: is si dat, sat est*.

pag. 347 lin. 7. *quaesti*. Antiquum genitivum ex Bentr. tuetur Faern. pro vulg., *quaestus*; tum idem versus causa optime emendat vulg. *obstet in obstet*. Sed & cum Bentr. *mihî*, quod ante *quaestus* vulgo est, postponimus.

pag. 349 lin. 1. *Quaere al. t. firmiorem*. Al. addunt *amicum*, quod Bentr. praeponit, in plurimis abest. Igitur Faern. subditivum iudicat, ac post multos Bentr. omittit, ne versus exsuperet.

lin. 3 sq. Alii, qui hos versus ad metrum Iambicum exactos esse volunt, alium verborum ordinem sequuntur. Sed sequimur Codd. & edd. meliores, unde sunt troch. catal.

lin. 9. *Alid*. Sic iubet Bentr. ne Iambicus inter Troch. intercedat. Et mox v. 26 ex vulg. *me segr. hab.* reiicit *me*; quod & eleganter abest.

pag. 351 lin. 13. Alii addunt responsum Bacchidis *faciam sedulo*. Sed id abest in Codd. Faerno & Bentr. tractatis, aliisque ap. Westerh. & omissum in edd. priscis Tarvis. Mediol. Arg. tum Lindenbr. Parei &c. Faernus, quem & sequitur Bentr. versus explet quatuor verbis ex sq. sc. Ac sane melius filet ad dicta Lachetis, qui comia minis miscuerat; inter quae Phid. advenit in tempore.

pag. 352 lin. 9. *adducit*. Al. contra Bentr. *adduxit*. Sed & ante *venit* praesens est.

pag. 354 lin. 3. Haud certe iure, Bentr. huic versus consulturus delet *falso*, parum vere dicens, *crimen omne falsum esse*. Et ap. Cic. certe *crimen* (accusatio-

nem) *verum*, idemque *criminationem falsam* occurrit. v. Gesn. in thes.

pag. 363 lin. 5. *ne me in breve c. t.* Al. *in breve hoc tempus*. Sed Faern. ut consuleret trochaico, delevit *hoc*, quod nec habent Cod. Viët. aliique. Alia vero difficultas est in verbo *coniicias*, & constructione cum infin. *frui*. Sensus quidem fere idem est cum dicto illo Heaut. II, 2, 51 *ne me in laetitiam frustra coniicias*. Sed alia longe verba; neque facile approbari credimus *in tempus breve coniicias* &c. Hinc Bentl. pro *coniicias* absque Codd. sed pro ingenio suo edidit *in br. pellicias t. g. h. f.* Nos facilius, si coniecturae locus sit, audemus; *ne mi in br. conficias tempus g. h. f. f.* & infinitivo assignamus vim accusativi, *gaudii huius falsi fructum*. *Conficias* autem foret idem ac *effectum habeas* s. satis habeas fecisse. cf. ad Eun. V, 4, 6. An malis *coniiciam*? quomodo mox inverse v. 4 dicit *timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties*.

pag. 366 lin. 5. *occultum iri*. Quod bene invenit Bentl. ex *occultari*; cui alii praeter versum addunt *posse*.

pag. 367 lin. 2 sqq. *an temere--usus sit*. Quod dictum vulgo tribuitur Parmenoni, ita ut mox legatur *Parmenonem*; & Bemb. Pamphili dicto addit, ceterum rectius habens *Parmeno*, quod Faerni monitu & versu poscente cum Bentl. recipimus: id melius Donato praeunte assignamus Bacchidi, ut & haec abiens in deridenda hominis curiositate & iactantia partes habeat. Sic vero Don. s. quisquis sit: *convenit hoc dictum meretrici abeunti*.

# INDEX LATINITATIS

## POST NOTAS RELIQUAE.

### A.

*A*best pro deest. Andr. V, 2, 7. Sic Plaut. Stich. V, 4, 29 modo nostra huc amica accedat. id abest: aliud nihil abest. Sic & saepe Cic. & Sall. alii.

*Abire* dicuntur, quae impune fiunt. Andr. I, 2, 4.

*Abligurire*. Don. explicat: *suavibus escis consumere*. Eun. II, 2, 4. *Ligurire* dicitur, qui eleganter s. multo cum fastidio suaviora quaeque degustat. *Abligurit*, qui multa liguriendo absument, consumendo perdit. Cf. Heaut. III, 1, 48--53.

*Abortus*, abortivus, s. partus immaturus. Hec. III, 5, 38 *abortum esse*. Alias mater dicitur *abortum facere, pati*.

*Absente nobis*, Eun. IV, 3, 7 antique pro *absentibus nobis*; uti *praesente nobis* pro *coram nobis*, quasi praepositio sit.

*Absolvere*. *absolvitur* creditor reddendo pretio; & sic res cum eo finitur. Ad. II, 6, 13 & 18.

*Accumbere* c. aliquo, h. e. super eodem lecto c. aliquo assidere. Eun. III, 3, 9.

*Actum est*. Locutio Comicis frequens in re desperata; uti in iudiciis; ubi, si reus, sententia pronuntiata, esset damnatus, dicebatur: *actum est, ilicet*. Eun. I, 1, 9 *actum est, ilicet, peristi*. Andr. III, 1, 7.

*Acuere*, instigare, monere. Ad. V, 1, 49.

*Ad*, apud. Andr. IV, 4, 7.

*Adludere*, iocari, osculari, nec manus abstinere. Eun. III, 1, 34. cf. Heaut. III, 3, 2 199.

*Adornare*, Eun. III, 5, 34 apparare sc. necessaria.

*Advigilare*, diligentius vigilare, operam dare. Andr. IV, 1, 50. Ph. II, 2, 26.

*Advocatus*, Eun. II, 3, 48. Cic. Divin. in Verr. XI, 4 qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico; aut procurator, si absentis negotium suscipit; aut cognitor, si praesentis causam novit, & sic tuetur, ut suam.

*Aetatem*, omissa praep. per, adverbii vim habet, & tempus longum notat, l. praeteritum, ut Eun. IV, 5, 8; l. futurum, ut Heaut. III, 7, 38 & Hec. IV, 4, 21.

*Affectare viam ad aliquam*, h. e. moliri viam, l. ad aliquam aspirare. Heaut. II, 2, 60; l. ad aggrediendum se parare Phorm. V, 9, 71.

*Age*, instar adverbii hortandi, corripiendi, concedendi, vix tandem consentiendi, finiendi, & in transitionibus &c. vim habet.

*Agitare*, exercere, insectari. Ph. III, 2, 4.

*Alacris*, festinans, inquietus, actuosus. Eun. II, 3, 12.

*Alienus*, Ph. III, 6, 12. h. e. non vester.

*Alid*, ab *alis*, antequam pro *aliud*, ab *alius*. Hec. IV, 4, 24.

*Aliud aliquid*, vetuste. Ph. V, 1, 5.

*Allegatus*, subornatus. Andr. V, 3, 28.

*Amisti*, per sync. pro *amissisti*. Hec. II, 2, 9.

*Amo te*. Formula grates agentis. Eun. I, 2, 106. Heaut. II, 2, 119. Ad. IV, 6, 46 & 67. Ph. I, 2, 4; III, 4, 14.

*Extrema linea amare*, Eun. IV, 2, 12 e longinquo amare, & ita, ut sis remotus ab amata. Metaphoram ductam putant alii a *ludo tesserarum*, in quo si quis promovere amplius non possit, consilii incertus est. Porphy. Don. al. ab *extrema linea stadii*; & amoris curriculum distinguunt quinque gradibus amoris, visu, alloquio, tactu, osculo &c. cf. Hor. I, 13, 13. Phaedria h. l. non tam elegans, duo tantum discernit, *tangere* & *videre*. Illud sit quasi *intra stadium amoris*; hoc *extrema linea*. Sic Lactantius s. Lutatius ad Stat. Theb. III, 283 de Hymenaeo adolescentulo: *puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu*.

*Amabo*, Eun. I, 2, 50 & alibi.

*Angiportum*, Eun. V, 2, 6. h. l. neutrum, uti Ad. IV, 3, 25. (Alias & *angiportus*, uti Ph. V, 8, 9.) est angusta & curva, sed compendiaria via, qua in portum itur.

*Animum inducere*, sibi persuasum habere. Hec. II, 3, 4.

*Animo praesenti*. Eun. IV, 6, 31. h. e. constanter, fortiter.

*Appellassis*, antequam pro *appellaveris*, h. e. appelles; ut vim habeat futuri. Ph. IV, 6, 15.

*Ara*. Andr. IV, 4, 5. Don. in fragm. de Com. & Trag. observat: *In scena duae arae poni solebant, dextra Liberi, sinistra eius Dei, cui ludi fiebant*.

*Arrhabo*, pignus. Heaut. III, 4, 13.

*Astutia*, calliditas, versutia. Andr. III, 4, 25. Heaut. III, 7, 42.

*Asymbolus*, qui symbolam non dat. Ph. III, 1, 25. cf. infra *symb.*

*At at*, est eius, cui ex improvise aliquid accidit. Andr. I,



- 1, 98. Ph. IV, 2, 10. & passim subito perculsi. Eun. IV, 6, 18.  
*Au*, indignantis interiectio. Ph. IV, 6, 27.  
*Auctorem esse*, suadere, probare. Ad. V, 6, 16.

## C.

- Caesus*, quasi felis oculos habens & glaucos. Don. Heaut. V, 8, 18. Hec. III, 6, 26.  
*Calidum*, praeceptum, periculosum. Eun. II, 3, 88.  
*Cantare*, Heaut. II, 2, 19 repetendo usque dicere. Ph. III, 3, 10 *cantilenam eandem canis*.  
*Caput*, auctor, princeps. Andr. II, 6, 27.  
*Catus*, prudens, providus, sapiens; antiquis idem quod *cautus* a *caveo*. Andr. V, 2, 14. Ciceroni, Plinio, Plauto & Horatio etiam usurpatum. Cic. de Leg. 1, l. 45 c. 16 *Quis igitur prudentem, & ut ita dicam, catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?*  
*Causa*. Eun. III, 5, 27 *num parva causa* &c. h. e. parva res, ob quam me pro Eunuchis deduci passus sum.  
*Cautio est*, h. e. cavendum est. Andr. II, 3, 26.  
*Celere*, Ph. II, 2, 1. Adv. ant. pro *celeriter*.  
*Cetarii*, qui maiores pisces, quales sunt marini, cete, vendunt. Eun. II, 2, 26. Inter hos & *piscatores* id interest, quod hi vivos, illi muraticos pisces & falfamenta fere venderent.  
*Clemens vita*, Ad. I, 1, 17 h. e. placida, quieta; diversa a *dura vita*, in qua plus irarum est.  
*Color verus*, naturalis, non fucatus. Eun. II, 3, 26.  
*Commisisti*, pro *commisisti*. Eun. V, 1, 16.  
*Comparare*, aestimare, metiri. Andr. IV, 1, 4. Efficit comparatio, ut meliora cuique sua videantur.  
*Composito*, Ph. IV, 6, 29. Plenius de s. *ex composito*.  
*Conciare* (turbas) Heaut. V, 3, 11; (iram) Hec. III, 1, 33, concitare, commovere; in re magna, turbarum plena, dicitur.  
*Conciliatus*, emptus. Eun. IV, 4, 2.  
*Confidens*, constans. Andr. V, 2, 14.  
*Confidentia*, audacia cum improbitate. Andr. V, 3, 5.  
*Conflitari*, atteri, interprete Donato. Andr. I, 1, 66.  
*Conglutinas* (*meretricios amores nuptiis*) Andr. V, 4, 10 h. e. arctiores & perpetui ut fiant amores coniugii vinculo, facere contendis.  
*Congruo*, antique pro *congruo*. Heaut. III, 1, 91.

*Contaminari (fabulas)*, Andr. prol. 16. Don. exponit modo *contingi & pollui*, modo *ex multis unam fieri*. Sed Westerh. mavult *mutilari*, cui v. 26 oppositum sit *de integro facere*, laudatque Hor. Od. I, 37, 9. Cic. Top. 18. Neque haec multum diversa sunt. Latinis enim *purum & integrum* dicitur, *quidquid nihil alieni admixtum habet*. cf. Heaut. prol. 17.

*Convassare*, Ph. II, 2, 13. Don. figuratum dicit a colligendis vasis, & Nonius exponit: *furtim colligere*.

*Cor*, pro mente l. animo; Ph. III, 1, 7.

*Creditur*, Hec. III, 7, 7 Nescio, an minus blande, certe frigidius dictum, quam *credo*, quae formula est respondendi gaudenribus. cf. Andr. V, 4, 37 & 45.

*Creduas*, antiquae pro *credas*. Ph. V, 10, 4.

In *crimen venire*, h. e. accusari, argui. Hec. III, 2, 9.

*Cupedinarii*, cupediarum s. lautiorum esculentorum venditores in foro Cupedinis. Eun. II, 2, 25. Vett. libb. omnes *cuppedinarii*. Bentl. praeter auctorem *cuppedinarii*.

*Curare*, coquere. Andr. I, 1, 3.

## D.

*Dare* (se alicui) Eun. III, 3, 10, alicui studere, se accommodare, propter eum cuncta agere.

*Deamo te*, fortius dicitur, quam *amo te*. Heaut. IV, 2, 21.

*Defraudans*, Ph. I, 1, 10, antiquius quam *defraudans*. *Defraudare genium* h. e. sibi quasi per fraudem subducere de iis, quae genium s. natura appetit. Uberius dicit Plaut. Aul. IV, 9, 14 sq. *egomet me defraudavi, animumque meum, geniumque meum*. Diversa sunt *curare genium* Hor. III Carm. 17, 14; *bene facere genio*. Plaut.

*Deierare*, per Deos iurare. Hec. IV, 5, 5.

*Delibutus*, unctus, perfusus. Ph. V, 7, 17.

*Depecisci* l. *depacisci*, est pactione transigere. Don. ad Ph. II, 1, 14.

*Dica*, *δικη* s. actio. Ph. I, 2, 77; III, 1, 15; IV, 3, 63.

*Dicam scribere* idem notat, ac *formulam scribere*, *intendere alicui*, quod petitoris est, s. eius, qui alium postulaturus adventit in iudicium; cf. Quint. VI, 3, 83 & Sueron. in Vit. 7. *Formulae* erant certae verborum conceptiones ac formae. Cic. pro Mur. 13 *formulas & actiones* coniungit.

*Dictum ac factum* l. *dictum factum*, proverbium celeritatis, i. e. cito. Andr. II, 3, 7. Heaut. V, 1, 31. *dictum factum reddere*. Heaut. V, 1, 12.

*Differre*, disturbare. Andr. II, 4, 5.

*Dolium*, vas vini grandius. Heaut. III, 1, 51.

*Dolus*, machinatio, veteribus inter medias voces, l. *bonus* s. prudens, consilium adversus eos, quos decipi fas est; l. *malus* (Eun. III, 3, 9) quo & alii male circumveniuntur. Est vero natum nomen ex praet. medio verbi *δελω*, unde & *δελιαρ*, *δελιαζω*, inesco. Capti sic & vulnerati *dolent*.

## E.

*Eccere*. Adv. Plauto sollenne, pro *ecce autem*. Ph. III, I, 5.

*Educli*, Ad. III, 5, 49 s. *educati*, quod quidem est in Mss. & edd. priscis, sed metro repugnat.

*Efferre foras*, Ph. V, 9, 65. cf. Ad. IV, 5, 16. palam proferre; ut Ad. III, 2, 41. Hec. I, 2, 32.

*Elegans*, Eun. III, 1, 18 subtiliter intelligens, in eligendo fastidiosus. Et erat ista vox antiquis non solum laudis, sed & vitii. Erat in vitio mera elegantia, neque moderata; cf. Gellium XI, 2. Ita forsitan ambigue dixerit Gnatho. Cf. & infra III, 5, 18.

*Ellum*, Andr. V, 2, 14. Ad. II, 5, 7. Pronomen s. adverb. demonstrantis ex *ecce illum*. *Ellam*. Ad. III, 4, 26.

*Emungere argento*, Ph. IV, 4, 1 est despoliare; metaph. sumpta ab iis, qui nares emungunt. Nempe ita aufertur ab senibus pecunia, (ut ait Gesn. in thes.) ut ea se liberari primo gaudeant: deprehensa autem fraude prudentiores fiant. *Emunctus* igitur homo est sagax s. ut Don. verbis utamur, *elegans & facetus*: ut Hor. (Serm. I, 4, 8) *de Lucilio*, emunctae naris, inquit.

*Ephebus*, adolescens. Eun. V, 1, 8.

*Epidicazomenos*, Ph. prol. 25 h. e. *petitor* in iudicio, qualis advenerat ipse Phormio, a quo latine dicta est fabula (cf. Ph. III, 2, 48) virgini orbae ex lege, (quae Athenis iubebat cognatum proximum ducere, l. dotare; cf. ibid. I, 2, 75 sq.) nuptias effecturus. Fuit vero scripta ab Apollodoro, uno ex novae Graecorum Comoediae scriptoribus. Sed Don. turbas affert, duas fuisse Apollodori fabulas referens, alteram *Epidicazomenen*, a Ter. in Phormionem conversam, alteram *Epidicazomenon*, ab illa diversam; arguensque adeo (quod ridiculum est) Terentium erroris manifesti in titulo fabulae, a se versae, hanc *Epidicazomenen* dictam vult a puella, de qua iudicium est; quem quidem sensum illa vox ap-

Graecos non fundit, cum sit medium, & activam habeat vim (cf. Demosth. or. contra Macart. sub init.) Vidit id quoque Daciera; sed non bene docet, eiusmodi virginem, qualis Phanium esse scribitur in hac fab. dicendam potius fuisse *επιδικον* & *επικληρον*, quam *επιδικαζομενην*. Iulio Polluce Onom. L. c. III. c. 3 f. 33 docente, filia unica, ad paternam hereditatem educta, dicebatur *επικληρος*, al. *πατρουχος*, & *επικληρητις*; qui eam ducit generis necessitate, *αρχισευς*. Eadem, si plures appetebant cognationis iure, & *επιδικος* controversa vocabatur; sed quae nullum habebat patrimonium, *θησσα* s. *orba*, s. *indotata*, quam proximus genere l. ducere, l. si iam uxorem habebat, dotare ex lege debuit. Neque igitur Phanium fuit *επικληρος επιδικος*, sed putabatur *θησσα*, orba, antequam inventus ei pater fuit.

*Etiam*, adhuc. Andr. I, 1, 89.

*Eu*, approbantis est. Eun. I, 2, 74. Ph. III, 2, 50.

*Eversae* (*cervices*), retortae, s. valde versae. Heaut. II, 2, 131.

*Excrucior, disercucior animi*, Ph. II, 2, 10. Ad. IV, 5, 1 amore Graeco, & Plautinum est, ut *angor animi*.

*Experiri*, Ad. III, 2, 52, dicuntur, qui ius suum l. conventionem, l. si hac non successerit, iudicio tueri conantur.

*Exempla* affert Gesn. in thes.

*Exploratus*, tutus. Eun. III, 5, 55. Ph. IV, 3, 23.

*Expostulare. expostulamus* adversus eum, qui fecit iniuriam; *postulamus* illum ap. alium, ut actor ap. iudicem. Andr. IV, 1, 15. Ad. IV, 4, 4.

*Exsculpere oculos*, h. e. unguibus petere, effodere oc. Ph. V, 9, 96; cf. Eun. IV, 3, 6.

*Extrarius*, Ph. IV, 1, 13 qui extra familiam, extra forum est. Al. h. l. habent tritius *extraneus*.

## F.

*Fabulari*, loqui, narrare. Ph. IV, 3, 49.

*Facta transacta omnia*, Andr. I, 5, 14. Don. ait: *proverbiale est in id negotii, ubi nihil superest ad agendum*. Clarius fuerit dicere *transacta* idem esse ac *praeterita*, quae duo iungit Cic. Tusc. IV, f. 55 c. 25 *in rebus iam transactis & praeteritis scribimus*. Idem ad Div. XIV, 4 uxori scribit: *Si est spes redditus nostri, eam confirmes--sin, ut ego metuo transactum est--fac ad me venias*. Igitur h. l. *facta* sunt, quae antea convenerant inter parentes, *transacta*, rescissa, ita ut patri

spes omnis, filio metus ademptus fuerit. Scil. uti controversiae transiguntur *conventionem*, ita conventa transiguntur *rescisione*. vid. infra *transigere*.

*Fallacia alia aliam trudit*, Andr. IV, 5, 40 h. e. pellit, s. alia alii succedit, uti *dies die truditur* ap. Hor. Carm. II, 18, 15.

*Familiariter* (ad similitudinem amicorum, familiarium, amantium) *ferre*, Andr. I, 1, 84 h. l. graviter ferre. Scil. qui diuturna familiaritate coniuncti sunt, aut amare se consueverunt, graviter in alterius malis commoventur. *familiariter se in aliquem reiicere*, ibid. 108 consueti amoris significationem habet. *familiariter monere* est amici. Heaut. I, 1, 6.

*Fartores* dicti, quod aves *farcirent*, h. e. saginarent & altiles facerent. Eun. II, 2, 26.

*Felicitates* (*bonae*) Eun. II, 3, 33. Dii deaque ut auctores bonorum omnium, dicuntur boni, *Iuno bona*, *Dea bona* (Romae culta), *bona Copia* (Dea abundantiae), *bona Salus*, *bonus Eventus*, *bona* (*meliora*) *Fata* s. *Parcae*. Quidni h. l. intelligas, *Felicitates* esse *Parcas*, quatenus censebantur hominibus nascentibus bonum omne s. felicitatem conferre? *Fata adversa vincere* Virgilio dictum. Et h. l. *bona Fata* adversantur. Nemo interpp. & vet. & rec. haec vidit.

*Fenestram patefacere*, Heaut. III, 1, 72. Cic. & Plin. iun. dixere *ianuam* pro aditu, *copiam*. Terentianum reddit Tib. ap. Suet. c. 28.

*Fidem solvere*, fidem liberare, servare, exsolvere promissum (ut Ovid. fast. I, 642 *fidem solvere voti*); sed cum amara ironia pro *fidem rumpere*, non *servare* dicitur. Andr. IV, 1, 19. Passive Cic. ad X, 21 *fidem solutam* suam dixit Læterensis per Lepidi perfidiam; uti *fides soluta*, Ovid. ep. her. X, 78 quae pro soluta habeatur.

*Firmus* (*gener*), opponitur ei, qui divortium facit cum muliere. Andr. III, 3, 39. Hec. I, 2, 26 *firmæ nuptiæ*; quae sunt diversae ab *incertis*.

*Foenerare*, Ad. II, 4, 11 cum lucro redire. cf. Ph. III, 5, 8.

*Forma*, Andr. I, 1, 92 est naturalis nota faciei, h. l. pulchritudo; *vultus* in facie ostendit, quomodo animus affectus sit, cuiusque sensus indicat. Est scil. a *volo*; uti *cultus* a *colo*.

*Fortis*, bonus & honestus. Andr. II, 6, 14.

*Forum*. Ph. I, 2, 29 *Scisti uti foro*. Proverbialis locutio,

ducta a mercatoribus, qui in vendendo legem sequuntur non suam, sed fori. Affinia his faciunt *servire scenae*, (Cic. ad Br. 9) *tempori*; *temporibus adsentiri* (Cic. ad fam. I, 9, 59 sq.) *tempori cedere*, i. e. necessitati parere (Cic. ad fam. IV, 9, 5) *temporibus insidiari* (Vellei. II, 21) *parere foro*, si recte emendavit Ios. Scal. in praef. Cat. distich. Afferrunt & locum Senecae: *Utamur foro; & quod fors feret, aequo feramus animo.*

*Fraus*, fortius dicitur pro *fraudento* Heaut. V, 7, 10.

*Frigere*, Eun. II, 2, 37 parum se approbare.

*Fuat*, antique pro *fit*. Hec. IV, 2, 4.

*Furcifer*, a *furca*, quam servi collo ferre cogebantur ignominiae causa ob leviora delicta.

*Futilis* (*servus*) And. III, 5, 3 qui commissa retinere, (silenda filere) nequit; veluti vas fictile, quo utebantur in sacris Vestae, lato ore, fundo angusto, eoque instabile, poni non debebat, nec sine effusione poterat.

## G.

*Ganeo*, meretricum sectator; est enim a *ganeum*, lupanar. Heaut. V, 7, 11.

*Gerro*, nugigerulus, nugator. Heaut. V, 7, 10.

*Gratiae apponi*, h. e. beneficii loco haberi. Andr. II, 1, 33.

*Gratiam referre*, vicem reddere, ulcisci. Eun. II, 3, 93.

*Gratiis*, casus sextus, e quo est contr. *gratis*, non pretio. Ad. IV, 8, 26. Ph. III, 5, 15.

## H.

*Habere* sc. uxorem; Andr. IV, 1, 25. Ph. II, 3, 66. I. amicam; Andr. I, 1, 58. plenius *habere in matrimonio*, I. si amica sit, in *uxoris loco*; cf. Heaut. I, 1, 52.

*Habet*, Andr. I, 1, 56 h. e. vulneratus est. Proprie dicitur de gladiatoribus, quos percussos alii vident prius, quam se ipsi sentiunt. Sic Senec. Agam. 801 *habet! peractum est.*

*Habitudo corporis*, h. e. corpulentia, *ωρακία*. Eun. II, 2, 11. Eodem sensu Eun. II, 3, 23 *si qua est habitior paulo*. Et Plaut. Epid. I, 1, 8 coniungit *corpulentior hercle atque habitior*. Differt autem ab *habitu*, qui uti est in vestitu, sic illa corporis ipsius propria.

*Hariolus*, Ph. IV, 4, 27 qui divina mente vaticinatur. Don. dictum vult quasi *fariolum* a *fatis* & a *fando*. Nescimus, an is harioletur.

Terentius T. II.

D d

*Haruspex*, Ph. IV, 4, 28 ab *haruga*, i. e. hostia, nominari dicit Don.

*Heautontimorumenos*, se ipse crucians (ob gnatum faevitia sua fugatum); cf. Hor. Serm. I, 2, 20.

*Hecyra*, graece *Ἐκυρα*, socrus. Sostratae nimirum, quae mater est Pamphili, & socrus Philumenae, praecipuae sunt partes in hac fabula, qua ostenditur, inique saepius dici illud, quod Act. II, 1, 4 *Adeo uno animo omnes socrus ode- runt nurus.*

*Helluo*, qui bona devorat, luxuriosus. Heaut. V, 7, 10.

*Honestus*, pulcher. Andr. I, 1, 96. Eun. I, 2, 52; II, 1, 24 & alibi.

*Humanitus*, humano more. Heaut. I, 1, 47.

## I.

*Idoneus*, dignus; vox mediae significationis, & ad bona & ad mala refertur. Andr. III, 2, 12 & passim.

*Illuvies*, est a non lavando, & contraria *cultui*. Heaut. II, 2, 54.

*Impediri* proprie dicuntur ii, qui ita pedes habent illigatos, ut progredi non possint. tum a compedibus ad omnes difficultates transfertur. Contrarium est *expediri*. Andr. III, 5, 11.

*Impendio*, Eun. III, 5, 38. Adv. intendendi, etiam *magis* additur a Cic. ad Attic. X, 4. Plaut. Aul. prol. 18 *minus minusque impendio curare.*

*Impluvium*, teste Varrone de L. L. IV, 33, locus in medio relictus, ut lucem caperent deorsum, quo impluebat. Eun. III, 5, 41.

*Impotenti animo* is dicitur, qui ut Cic. ait, de mentis potestate exiit, nec modum adhibet libidini. Andr. V, 3, 8. Heaut. II, 2, 130.

*Impuratus*, impurus. Ph. IV, 3, 64.

*Inde adeo quod*, Heaut. I, 1, 2 idem ac *inde usque, quod*. (*Industria*) de *industria*, Andr. IV, 5, 56. h. e. dedita opera, s. studio & consilio.

*Ineptus*, qui sibi uni indulget, neque aliis aptus, nemini convenit. Eun. II, 1, 21. *Ineptum*, Heaut. V, 6, 3 alienum a ratione & ab officio patris.

*Iners*, nulli arti bonae idoneus, ignavus. Heaut. V, 7, 10.

*Infringere*, vehementer & cum fragore infligere. Ad. II, 3, 4.

*Inhonestus*, foedus. Eun. II, 3, 65.

*Inire* (*gratiam*) mereri. Eun. III, 5, 9.

*Iniuria* active. *huius iniuriis*, quas haec (scil. meretrix) faciebat Pamphilo, *viētus* Hec. I, 2, 93. *paterna*, s. iniuriae parentum, Heaut. I, 2, 30 & V, 4, 15 sunt quae a patribus oriuntur filiis; irae ob peccata. Active sic utuntur & Liv. XLII, 1 *iniuria consulis etiamsi iusta*; & Sall. Jug. 65 p. 177. ed. 2 Bip. *contumelia imperatoris*.

*Iniuriam facere*, Andr. III, 2, 8 violatam deserere. cf. Hec. IV, 3, 40.

*Inliberaliter* fit, quidquid viro libero indignum est, & excedit omnem indignitatem. Ad. IV, 6, 30. Ph. III, 2, 23.

*Inscribere* (*aedes*) Heaut. I, 1, 92 venales proponere.

*Insistere cursum s. iter*, est coeptum persequi, intendere. Ph. V, 7, 8.

*Insolens*, insolitus, insuetus. Andr. V, 4, 4.

*Intercesse*, antique pro *intercessisse*. Ad. III, 2, 51.

*Interea loci*, h. e. interea temporis. Eun. II, 2, 24. Plautus eodem sensu *interibi*. Sic Sall. *passim postea loci*. s. *post id locorum, ad id locorum*.

*Intertrimentum*, Heaut. III, 1, 39. Varro de L. L. IV, 36 vocem declarat *ab eo, quod duo, quae inter se trita sunt, etiam deminuta sunt*.

*Invenustus*, Andr. I, 5, 11. *invenusti* dicuntur, quibus Venus in amoribus non favet. *Infelix* ibid. penitus miser est. Inverse contraria dicuntur Hec. V, 4, 8.

*Inversa verba*, Heaut. II, 2, 131 h. e. ambigua. Plauto *perplexabilia*.

*Iocularium malum*, Andr. IV, 5, 43 grave, ac per irrationem secururam gravius. Mala enim aliena eaque improvisa plerumque irridentur a vulgo hominum. Neque sic h. l. opus *ἀνισφασι*, quam innuunt Don. & alii.

*Iusti*, pro *iussisti*. Eun. V, 1, 15.

## L.

*Lactare*, blanditiis decipere, inducere. Andr. IV, 1, 24 & V, 4, 9.

*Largiri* (*de se*) est, se alteri promittere, tradere. Ad. V, 6, 17.

*Latere tecto abscedere*, Heaut. III, 6, 5 sumpta a militari re locutio. In agmine, inquit Nannius, ob viarum angustias



protenfiore, multa incommoda accipi solent, dum hostis transverso impetu in latera impingit; quae nisi tum munita & tecta habeas, magnum periculum est, ne acies perumpatur. Solet igitur exercitus (si hostis a sinistro latere appareat) in scuta sese inclinare, & ita frontem obvertere hosti: si in dextero latere, in hastam, ut rursus e regione infestis armis consistat: quod si a tergo imminet, sed versus sinistram latus, bis sese inclinare in scutum: si a tergo dextrum versus, bis in hastam &c. Igitur verba proprie sunt imperatorum, qui pro victoria habent in rebus desperatis, si sine clade ab hoste discedere liceat.

*Libido*, Heaut. I, 3, 4 h. e. cupiditas. Diversa est voluntas, quae ratione regitur.

*Locito*, freq. a loco, are. Ad. V, 6, 26.

*Luctat*, antique pro *luctatur*. Hec. V, 3, 14.

*Ludificari*, Eun. IV, 3, 3 vitiare. Eodem sensu Graeci ὑβριζειν, καλαπαιζειν, idem quod *illudere alicui*.

*Lupus in fabula*, Ad. IV, 1, 21. Adagium, quod dicitur, quum forte in sermone medio intervenit is, de quo sermo erat. Plaut. Stich. IV, 1, 71 atque *eccum tibi lupum in sermone*. Plin. VIII, 22 *Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplantur, adimere ad praesens*. Cf. Serv. ad Virg. IX, 54. Sed Don. refert, proverbium istud alios ex nutricum fabulis, pueros ludificantium terrore lupi &c. natum putare; quod Dacieriae placet.

## M.

*Magnificare*, s. magnifacere, colere. Hec. II, 2, 18. Cf. Plaut. Cist. I, 1, 23 & Stich. I, 2, 43 & alibi.

*Maxime*, annuentis est, ut Andr. IV, 6, 23. Eun. II, 3, 42. Hec. IV, 3, 86; & cum ironia Heaut. II, 2, 98.

*Memoria*, Andr. IV, 4, 2 *expromta memoria*, quae facile expromat ea, quibus opus est, h. l. in ciendo iurgii simulacro ad verum perita. Ante omnia enim simulatorem oportet esse memorem.

*Mina*, Graecis Μύνα, idem quod *libra*, aut Romanis pondo argenti, pendet drachmas Atticas centum, centumve denarios Romanos.

*Modo*, Hec. III, 7, 8 notat h. l. paulo ante, praeteritum tempus, uti *admoaum modo* proximum praesenti; & sic quoque cum praesenti construitur.

*Modo meo*, s. libito meo, Andr. I, 1, 126; cf. Eun. V, 3, 11. Ph. V, 9, 69.

*Modos fecit*, in titulis Comoediarum. *Modus* in musicis est, lex & ordo, in cantico servandus. hinc *modos fecit Flaccus Claudii* (int. non *filius*, quomodo exponit Don. sed quod Muretus approbat, *Libertus*. Neque enim alios, quam servos vel libertos, in scena apparere decebat) idem est ac *modulavit*, descripsit musicos modos, quibus aut cantica temperabantur, aut actus distinguebantur. Quemadmodum scil. fabula graeca s. tragoedia. i. comoedia tria habet membra, docente Diomede grammatico III, p. 489 *diverbiium* (gr. *διαλογος*) *canticum*, *chorum*: ita latina, *chorum* non habens, duobus tantum constabat, *diverbio* & *cantico*. Diverbia, quorum personae duae aut tres, ad summum quatuor erant, voci histrionum uni relicta, tantum pronuntiabantur; (cf. Liv. VII, 2. & Don. l. Evanthius de com. & trag.) In canticis autem, quae modis non a Poeta, sed a perito artis Musicae temperabantur, una tantum erat persona, (itaque monologi erant *μονωδιαί*); aut si duae fuerint, ita esse debebant, ut una adstans ex occulto audiret, neque colloqueretur: et Histrionis tantum in eo erat, manu loquaci & gestu s. saltatione exprimere, quae auloedus ad modos tibicinis caneret, item diverbia intermixta proferre, cuius rationis originem a Livio Andronico, poeta comico eodemque actore, repetunt Livius hist. l. c. & Val. Max. II, 4. Itaque & una scena canticis & diverbiis distingui poterat, quod Don. in praef. ad Andriam innuit: *Diverbiis ac canticis lepide distincta est*. Idem de Com. & Trag. observat: *Neque enim omnia iisdem modis in uno cantico agebantur, sed saepe mutatis; ut significant qui tres numeros (M. M. C.) in Comoediis ponunt, qui tres continent Mutatos Modos Cantici illius*. Tum in praef. ad Adel. inquit: *Modulata est autem tibiis dextris i. e. Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis utitur hic poeta. Saepe tamen mutatis per scenam modis, cantica mutavit, quod significat titulus scenae, habens subiectas personis literas M. C. C. item diverbia ab histrionibus crebro promuntiata sunt, quae significantur literis D. & M. secundum personarum nomina praescriptis, in eo loco, ubi incipit scena*. Mutabantur vero modi per scenam, non solum pro sensuum varietate, l. gravium, l. laetiorum, quod Don. alio loco innuit; sed &, quod Dacieria insuper monet, Comoedia una diverse modulabatur, perinde ut agebatur l. in festis diebus, laetitiae sacris,

1. in ludis funebribus, vide quae ad vocem *tibia* perro notamus.

*Monere--percontari*, Heaut. I, 1, 26 illud est amici (Cic. Lael. 25), hoc etiam curiosi (Hec. V, 3, 12).

*Monstrum hominis*. Convitium vehementius, quam si dicas *monstruosum*, *lucifugum*, *belluam*. Eun. IV, 4, 29.

*Aliquid monstri alunt*, Andr. I, 5, 16. Prov. quo aliquid oculi vitii celari significatur.

*Morem gerere*, obsequi. Andr. IV, 1, 17. *morem gestum oportuit*, servandum fuit. Ad. II, 4, 6 ubi Don. notat, *morem gerere* proprie fuisse lenonis ac meretricis.

*Movere*, perturbare. Andr. III, 2, 36; V, 4, 18.

(*Musica*) *ars musica*, Ph. prol. 17. Hec. prol. alt. 38 h. l. *ars comoedias scribendi*. Eius studium dicitur *musicum* Heaut. prol. 23, *Musicis* Eun. III, 2, 25 int. artibus, praesertim canendi.

## N.

*Nam*, incipientis est. Andr. I, 1, 24. Ad. prol. 15.

*Nam quae*, *αἰετοφύη* frequens, pro *quaenam*. Ph. IV, 6, 5. *Quid istuc nam monstri fuit?* Eun. IV, 3, 14.

*Nebulo*, vanus & ignavus. Eun. IV, 7, 15.

*Nequam*, Ad. IV, 1, 12 *tanto nequior*, h. l. qui nihili, non frugi est.

*Nisi si*, Andr. I, 5, 15. Ad. IV, 4, 3 eleganter pro *nisi*. cf. Plaut. Cure. I, 1, 51; Menechm. I, 2, 22, & Cic. Or. II, 58. Quint. I, 6, 2; XII, 9, 11.

*Noti*, active, qui me norunt. Eun. II, 2, 7.

*Novitiae*, rudes & inexpertae. Eun. III, 5, 34. *Opponuntur veteranis servis novitii*.

*Nullus*, pro *non*. Hec. I, 2, 4.

*Nullus sum*, fortius quam *perii*. Andr. III, 4, 20. Eun. V, 7, 22. Ph. II, 2, 1. Hec. III, 8, 6. *Cum illo Plautinum convenit absumptus est*.

## O.

*Obnoxius*, Hec. III, 1, 22 h. l. *beneficii devinctus*.

*Obnuntio*, Ad. IV, 2, 8. Qui malam rem nuntiat, *obnuntiat*; qui bonam, *annuntiat*. Nam proprie *obnuntiare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scaevumque viderunt. Ergo *obnuntio* malum imminens, quasi *omen nuntio*. Inde etiam etymologia huius verbi est. Don.

*Obsequi*, Heaut. III, 1, 10 h. l. infervire.

*Obsequium*, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri sinit, (ut ait Cic. in Lael. c. 24) Terentianum verbum est. Cicero putabat, id primum a Terentio dictum esse. Quintil. Inst. VIII, 3.

*Operam dare*, Ad. IV, 1, 14 alicui adesse s. alicuius causa aliquid agere.

*Oratio & stilus*, Andr. prol. 12 & Heaut. prol. 46; cf. *pura oratio* sub voce *pura*.

*Otiosus*, tranquillus, securus. Andr. V, 2, 1. Eun. V, 3, 10.

## P.

*Papae*, Eun. II, 1, 23 & 2, 48 &c. interiectio mirantis s. mira subito accipientis.

*Paratus*, meditatus, dolis instructus. Andr. V, 4, 6.

*Parfi*, antique pro *peperci*. Hec. III, 1, 2.

*Patriffo*. Adel. IV, 3, 11 *patriffo*, paternos mores imitatis. cf. Plaut. Pseud. I, 5, 27.

*Pauxillulum*, Ph. I, 1, 3 quartus casus, inquit Don. diminutionis; *paulum*, *paululum*, *pauxillum*, *pauxillulum*.

*Pellicere*, blandiendo inducere. Ph. I, 2, 18.

*Pendere*, Eun. V, 7, 20 suspensum verberari.

*Peniculus*, spongiae genus, quo mensas mundabant. Eun. IV, 7, 7.

*Penus*, est omne, quo vescuntur (s. cibo s. potione) homines. Eun. II, 3, 18.

*Percellere*, Eun. II, 3, 87 evertere.

*Perspexere*, pro *perspexisse*. Eun. V, 2, 61.

*Pertendere*, exsequi usque ad extremum. Eun. I, 1, 6.

*Phormio*, nomen parasiti ap. Apollodorum, *απο της φορμίδος*, a sportula viminea, obsonio ferendo inferviente, ut *obsonatorem* designet. Parasiti vero, velut servi, obsonabant; Plaut. Capt. III, 1, 14; Mil. III, 1, 71; eoque Gnatho Ter. Eun. II, 2, 26 sqq. se carum omnibus cupidinariis praedicat. cf. Casaub. ad Theophr. Char. II.

*Phy*, gr. *φει*, papae. Interi. mirantis, uti illud *hui*. Ad. III, 4, 49.

*Pistrilla*, Ad. IV, 3, 31 dimin. a *pistrina* sc. taberna. Alias & *pistrinum* dicitur.

*Pitissare*, Heaut. III, 1, 48. al. *pytissare*. Convenit cum Graeco ap. Athenaeum *διεπιπίσσειν*, *επιπίσσειν*, paulatim de-

gustare, & quod in os sumpseris, iterum exspuere; quare alii a *πρω* deducunt.

*Popularis*, Ph. I, 1, 1 h. l. eiusdem conditionis, fortis, ut Don. l. sodalis. Sic Sall. Cat. 22 *populares sceleris*.

*Portitores*, Ph. I, 2, 100, magistri tributorum, s. publicani, qui operam in portu dabant, inferendarum rerum & referendarum vectigal exigentes, telonarii.

*Post-illa*, antique pro *postea*. Andr. V, 4, 34. Heaut. III, 1, 38. Ph. III, 1, 33.

*Pote fuisset*, Ph. III, 6, 2 antique pro *potuisset*, quod al. praeter Codd. optt. dederunt, cum a glossa esset. *Potis es*, Heaut. II, 2, 80; III, 5, 46.

*Poteretur*, Ph. V, 6, 2, antique tertiae coniug. pro *potiretur*.

*Pretium*, vox media, notans & poenam. Andr. III, 5, 4. cf. Hor. Carm. III, 24, 24. *Pretium ob stultitiam*, est *pretium stultitiae*.

*Procedere*, progredi. Andr. I, 1, 101 &c. proficere, augeri, Adel. V, 7, 22; sed & *procedit bene vel parum*, quidquid bene l. male cedit. Ad. V, 4, 9. Andr. IV, 1, 48.

*Prodeambulare*, Ad. IV, 9, 4 h. e. (ex veriori lectione Donati) *procedere segnem*.

*Prodere*, differre. Andr. II, 1, 15.

*Produxerit*, Ad. IV, 3, 8 antique pro *produxisse*.

*Produxi*, Ad. III, 4, 39 h. l. deduxi, comitatus sum.

*Prolubium*, Ad. V, 7, 28. Don. exponit per *προδουμιαν*, promptum animum ad largiendum.

*Promisi*, pro *promisisti*. Ad. V, 6, 17.

*Promovere*, differre. Andr. IV, 2, 28. *procedere, proficere*, Andr. IV, 1, 16. Hec. IV, 4, 81. Non *promovere*, se movendo, Eun. V, 3, 4.

*Propitius*, Ad. I, 1, 6 placidus, favens. *Opponitur irato* & ap. Cic. aliosque.

*Propriae voluptates*, h. e. quibus nihil alieni intercedit. Andr. V, 5, 4. *Voluptati, gaudio*, contraria est *aegritudo*.

*Protelare*, Ph. II, 2, 36 h. e. velut crebrioribus telis *propellere, prouere*. *Protelum* est continuatio non arandi solum, sed & pugnandi &c.

*Proterve*, Heaut. III, 8, 1 h. e. iniuriose, quasi quem *proterendo*.

*Publicitus*, publica cura & sumptu, pro *publice*. Ph. V, 9, 35.

*Puerum*, Andr. II, 3, 26 quidquid peperisset Glycerium, sine discrimine sexus. Inde *puerpera*.

*Punctum temporis*, momentum. Ph. II, 2, 6.

*Pura oratio*, Heaut. prol. 46 h. e. cultior sed tenuis, & ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem demissa, leni comœdiæ apta, quæ pure cogitata moreſque simplices exprimit. Est enim oratio magis in ſententiis, quam in verbis. cf. Andr. prol. 12.

*Puto*, reputo, cogito. Eun. IV, 2, 4. Heaut. III, 1, 76. Sic Virg. Aen. VI, 332 *multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam*.

## Q.

*Quadrupedem conſtringito*, Andr. V, 2, 24 h. e. manibus & pedibus ita inter ſe deligatis, ut quadrupes videatur, depreſſis ad pedes manibus, prono capite &c.

*Quæſo*, quid hominis es? Lenior correptio eius, qui tardus ſit ſ. abſurdus. Heaut. IV, 5, 7.

*Quaſi*, fere. Heaut. I, 1, 93.

*Qui*, unde, quo pacto. Hec. II, 3, 6; III, 1, 8.

*Quid tum poſtea*. Idiotiſmus, quo prius dicta contemnuntur; crimina leuiora habentur; aut aliud quid ſubeſſe ſuſpicantes interrogamus. Eun. II, 3, 78; IV, 2, 9 & 7, 23. Ad. IV, 6, 15. Hec. III, 5, 37.

## R.

*Raptio* ad perſonam (Ad. III, 3, 2), *rapina* ad rem, *raptus* ad ſtuprum refertur. ex obſ. Don.

*Reſte--probe--pulchre*, ſunt aſſentationis verba. Eun. IV, 7, 3 ſq.

*Redduco*, ſæpius metri cauſa adhibetur pro *reduco*.

*Religio*, Andr. V, 4, 39 diligentia, cautio, metus, ne falſa pro veris habeas.

*Reliquum*, ſ. *reliquum* Ph. I, 1, 3 reſiduum ex ratione, ſ. quod ſubducta ratione debetur; inde eſt *reliquari*, ex reliquiis rationum contrahere aes alienum; *reliquator*.

*Remorari*, Andr. IV, 4, 18 retardare. Et tranſitive & abſolute dicitur.

*Res*, pro re familiari ſ. bonis patrimonii. Andr. I, 5, 54. Eun. II, 2, 10. utilitas. Andr. III, 3, 14. uſus, commercium. Heaut. I, 1, 3. *Rem habere* cum aliquo, honeſtius dicitur, quam cum aliquo conſueſſe. Eun. I, 2, 39. Ad. IV,

3, 96. *Re salva*, Eun. II, 2, 27 h. e. cum de meo impenderem.

*Refert*, iuvat, prodest. Andr. III, 2, 16. Ph. IV, 3, 41. Sic & Plaut. Epid. I, 2, 30.

*Retundere animum*, Heaut. V, 1, 73 redigere in meliorem habitum. Metaph. a ferro.

*Revereri*, metuere. Ph. II, 3, 3. Hec. III, 1, 10 & IV, 3, 8.

*Reviso*, redeo ut videam. Andr. II, 4, 1. Eun. V, 4, 1.

*Ringitur* ( Ph. III, 1, 27 ) qui dentes praestringit tantum, neque ex animo ridet, quod tristis est. Plaut. Capt. III, 1, 25 *ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitari; saltem si non arriderent, dentes ut restringerent.* Si quis igitur tristis s. invitus ridet, ( cf. Plaut. Asin. V, 1, 13 sq. ) *ringi* dicitur aut *subringi*; v. Cic. ad Attic. IV, 5. Congruit cum hoc sensu versus Ennii: *Ille tristis cibum dum servat; tu ridens voras.*

*Rivalis*, est aemulus amator. Eun. II, 3, 62 & V, 11, 24.

*Rubicundus*, paulo minus, quam rufus; rubentes crines habens. Hec. III, 6, 26.

## S.

*Sane*, Andr. I, 4, 2 h. l. valde.

*Satagere*, Heaut. I, 3, 13, sollicitum esse, s. rerum suarum difficultate anxium agitare, *αγωνιασθαι*.

*Satias*, antique pro *satietas*. Hec. IV, 1, 18.

*Saxum volvere*, Eun. V, 11, 37. Don. admonet, proverbium fuisse dictum in eos, qui inextricabili sudore affligerentur; tractumque putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum volventis.

*Scitus*, bellus. Andr. III, 2, 6. Ph. I, 2, 60. Opponitur *inscitum*; vid. Hec. IV 4, 14.

*Señtari, discere*, Eun. II, 2, 31. Verba notant discipulos, quibus doctores praeibant.

*Seditio*, discessio. Andr. V, 1, 11.

*Sensiti*, per sync. pro *sensisti*. Hec. III, 8, 45.

*Sentus*, horridus & incultus. Eun. II, 2, 5.

*Seria*, vas vini minus, fictile. Heaut. III, 1, 51.

*Serio*, maiorem in modum, impense. Eun. III, 3, 22.

*Sermonem caedere*, Heaut. II, 2, 1 h. e. colloqui. Graeca phrasis *κοπιειν λογος, ερησεια*.

*Servitus iusta*, Andr. I, 1, 9 in qua nihil iniquum iubetur; *clemens* ibid. etiam indulgentia plena.

*Silicernium*, Ad. IV, 3, 34. *Silicernios* ( docet Fulgent. Expos. Serm. ant. 8 ) *dici voluerunt Senes incurvos, quasi iam sepulchrorum suorum filices adspicientes*; quod & placet Eugraphio. Donato videtur melius *Silicernium senex, qui iam iamque silentibus umbrisque cernendus sit*. Alias *silicernium* dicebantur dapes ab exsequiis oblatae Manibus, & super filicem sepulchri positae; unde Scal. ad Festum *silicernium* voluit dici eum, qui dignus erat, cui *silicernium*, coena feralis, apponeretur. Mittimus cetera, quae post Nonium, Festum, alioque G. I. Vossius in Etym. Kirchmannus de funer. L. IV. Taubm. ad Plaut. II, 4, 44 & Gesnerus in thes. docte congefserunt.

*Sino*, Heaut. III, 5, 24 h. l. concedo, condono.

*Solers*, totus ad artes excultus. Eun. III, 2, 25.

*Solidum corpus*, firmum, non languescens. Eun. II, 3, 26.

*Solidum gaudium*, plenum, integrum. Andr. IV, 1, 23. *Solidum beneficium*, Eun. V, 2, 32.

*Sollicito*, Andr. V, 3, 16 inquieto & contristo ( ob huius amentiam ). *Sollicitor*, perturbor. Hec. IV, 3, 54.

*Solus*, desertus. Eun. I, 2, 67. Ad. III, 1, 4. Ph. V, 9, 86. *Solus locus*, solitarius. Andr. II, 4, 3. *Sola mulier*, sine auxilio, ac per hoc deserta. Andr. II, 3, 7. *Solitudo*, Andr. I, 5, 56.

*Sordidata & sordida*, Heaut. II, 2, 56. Illud ad vestes refertur, hoc ad ipsam illuvie immundam.

*Spatium*, mora. Hec. III, 5, 14.

*Sperare*, Andr. II, 3, 21 h. l. timere. Westerh. h. l. absurdus.

*Stataria* ( *comoedia* ), Heaut. prol. 36 h. e. quieta, lenis; cf. Cic. Brut. 30 & 68. Opponitur *motoriae* s. laboriosae ( quae ib. v. 37-40 explicatur ). Sic quidem Don. Prolegom. ad Ad. explicat, facitque etiam ex utroque mixtum genus tertium, in quo essent loci & statarii & motorii.

*Stolidus*, stultus, excors. Heaut. III, 2, 35.

*Studium*, perpetua cupiditas. Hec. II, 1, 5.

*Studium musicum*, Heaut. prol. 23, h. l. poesis comica. cf. Hec. prol. alter 15 & 38. Ph. prol. 18. Musica & alias poesis generatim notat, indeque omne studium humanitatis, cuius illa pars habebatur.

*Stultus*, ignarus, imperitus. Eun. II, 2, 1.

*Subagitare*, Heaut. III, 3, 6. Al. *subigitare*. Sed promiscua verba sunt, alterum vetustius, alterum recentius. Plaut. Mil.



III, 1, 57 *alienum scortum subigitare in convivio*; cf. eundem Capt. in fine. Merc. I, 2, 90, Perf. II, 2, 45.

*Substare*, constantem esse, fortiter resistere. Andr. V, 4, II.

*Subtemen*, dictum ab eo, quod subeat stamen. Sic glossa Bem-  
bini Heaut. II, 2, 52.

*Succenturiatus ero*, Ph. II, 2, 53 succedam. Proprie est  
centurias deficientes explere; per met. succedere iis, qui in  
principiis positi sunt, ubi defecerint.

*Sycophanta*, calumniator, mendax. Andr. IV, 6, 20; V,  
4, 16 & Heaut. prol. 38.

*Symbola*, collatio s. pecunia collaticia s. cibi collaticii. *Sym-  
bolam dare* Andr. I, 1, 61, conferre pecuniam ad epulas a-  
micorum communes. *Symbolarum collator* ap. Plaut. Curcul.  
IV, 1, 13, est qui communi coenae apparandae praeficieba-  
tur ab iis, qui de *symbolis essent* s. comedere vellent. *Quid  
de symbolis actum?* Eun. III, 5, 59. (h. e. quid de epulis  
collaticiiis s.) *paratae sunt*. Qui cum *symbolam* non dedisset,  
ad epulas veniebat, *συμβολος* dicebatur. Phorm. III, 1, 25.  
Tales erant parasiti, qui pro *symbola* convivis dabant risum.  
Iul. Pollux VI, 123.

## T.

*Tangere*, Eun. III, 1, 30 ludere simul & exagitare. Le-  
nius adhibetur in re impudica Eun. II, 3, 81; IV, 2, 10.  
Heaut. IV, 2, 15. Ad. IV, 6, 52.

*Tantum est*, Eun. V, 6, 26 h. e. nihil praeterea est. cf.  
Hec. V, 2, 6. *tantumne? tantum.*

*Tibiae dextrae, sinistrae; pares, impares; Lydiae, Sarranae.*  
(in titulis Comoediarum) Quae quales fuerint, ab eruditis  
anxie quaeritur, necdum adhuc convenit, aut in liquidum  
deductum est. Quam nos ex Donati, Servii, Varronis, Apu-  
leii testimoniis colligimus sententiam simplicem, expone-  
mus. Erant scil. *tibiae*, (de quarum materia egit Plin. H. N.  
XVI, 36 & Dalechampius ad eum) aliae *dextrae*, aliae *sinis-  
trae*. Quod Festus dicit *dextrarum tibiarum genus est, quae  
dextra tenentur*, ex eo parum intelligas, quales fuerint. Don.  
I. Evanthius in fragm. de com. & trag. distinctius de utraque:  
*Dextrae autem & Lydiae sua gravitate seriam Comoediae dictio-  
nem pronuntiabant: sinistrae & Sarranae iocum in Comoedia osten-  
debant: mistim ioci & gravitates denuntiabantur.* Hactenus Don.  
Dextra quidem capacior & amplioribus foraminibus sonum  
graviorem referens, prius inventa, eoque superior erat &

incentiva cantici; dein ad varietatem & luxuriam cantus accessit sinistra s. laeva, acutioris soni, quae succentiva erat, quod Varro de R. R. L. 1, c. 2 docet, dum pastionem & agriculturam comparat: *Certe, inquit Fundanius, aliud pastio, & aliud agricultura, sed affinis, & ut dextera tibia alia, quam sinistra; ita ut tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. Et quidem licet adiicias, inquam, pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam, auctore doctissimo homine Dicacarcho, qui--ostendit--inferiore gradu aetatis susceptam agriculturam. Quocirca & succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra a dextrae foraminibus. Haecenus Varro. Dextera igitur incinebat canticum, sinistra succinebat; & his accinere dicebatur, qui canticum pronuntiabat. In Eunuchō canebatur tibiis duabus dextra & sinistra. Sed Heautont. secundum agebatur duabus dexteris, qui erat modus Dorius, gravior.*

*Tibiae pares erant, quae pari modulatione compositae erant s. aequales habebant cavernas; impares, quae inaequales habebant cavernas s. foramina, eoque & dexterae sonos graviores, & sinistrae acutiores uno spiritu animatae s. inflatae edebant. Tibiae impares etiam Phrygiae dicebantur; de quibus Virgil. Aen. IX, 618 *Biforem dat tibia cantum;* & Servius ad h. l. (ex ed. Ven. 1534 p. 271, b) *Biforem: Bifsonum, imparē. et servavit eis (sc. Phrygibus) tiliarum suarum naturam. Tibiae aut Serranae [l. Sarranae] dicuntur, quae sunt pares, & aequales habent cavernas, aut Phrygiae, quae impares sunt s. inaequales habent cavernas. Ergo biforem, dissonum, dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositae. Ut enim ait Varro: Tibia Phrygia dextra unum habet foramen; sinistra duo: quorum unum, acutum sonum habet; alterum gravem. hanc Phrygiam inventam refert Apuleius Florid. 3 ab Hyagni, Phryge, Marsyae parente ac praeceptore: qui primus duas tibiae uno spiritu animavit, primus laevis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, gravi bombo concentum musicum miscuit. Hinc apparet, tibiae impares fuisse coniunctas in unam, ac reddidisse utriusque, & dexterae, & sinistrae sonos. Omnes vero tibiae ab initio foramine paucō erant, ut Hor. A. P. v. 212 dicit; dein auctiores evasere. Heautontimorumenos primum acta, tibiis imparibus; pariterque Phormio.**

*Tibiae Lydiae; Sarranae: Illas cum dexteris componit Don. has cum sinistris. Adelphorum titulus vulgō tantum habet Tibiis Sarranis. Sed Don. in praef. adnotat: Modulata est au-*

*tem tibiis dextris, id est, Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis hic utitur poeta. Saepe tamen, mutatis per scenam modis, cantica mutavit, quod significat titulus scenae, habens subiectas personis literas, M. M. C. [cf. quae sub voce Modus notavimus]. Hinc Muretus, cui adsentitur Dacieria, legendum in titulo censet: *Acta primum tibiis Lydiis, deinde tibiis Sarranis.* Apulei. Florid. 4. *Lydium* modum dicit fuisse *querulum*. Sed Salmast. in Solini Polyh. cap. XI *Lydium* fuisse vult acutiorem, qui adeo sinistris caneretur, & Sarranum illi affinem. *Sarranae* nomen habent a *Sarra, civitate, quae postea Tyrus dicta est.* cf. Gellius XIV, 6 & Servius ad Virg. Georg. II, 506. Nobis satis sit, veterum haec testimonia conciliasse: in quibus melius sapere licet, quam in recentiorum erroribus, quos mittimus.*

*Tollere.* Andr. I, 3, 14 *quidquid peperisset* [s. masculinum, s. femininum] *decreverunt tollere*, int. de terra, h. e. educare. A ritu antiquo, quo humi positos recens natos aut negligebat pater, aut tolli iubebat.

*Transfigere*, gr. διαφυειν, finire; absolvere, quidquid restabat agendum. Andr. V, 6, 17. *re transacta* h. e. lite hac composita. Adel. II, 6, 22. *Vitam transsegisse* dicuntur Sall. Cat. 1, de quibus post mortem filetur, quorum memoria interiit. *Aevum, aetas etc. transacta* sunt, ubi nihil de iis superest.

*Tribulis*, Ad. III, 4, 76 h. e. ex eadem tribu. Atheniensis aurem populus in 12 tribus distributus erat.

*Turba*, turbatio. Andr. I, 4, 8.

## V,

*Ubi ubi*, ubicunque. Andr. IV, 2, 1. Eun. II, 3, 4 &c. *Utibile*, Ph. IV, 4, 9. Plautinum & antiquius, quam *utile*, quod in quibusdam libb. scriptis & edd. legitur.

*Vadum*, Andr. V, 2, 4 *omnis res est iam in vado*, h. e. in tuto. Prov. In vado enim est securitas.

*Valere.* A quibus recedimus, l. quibuscum nihil nobis esse negotii volumus, eos *valere* iubemus.

*Vanitas*, falsitas s. perfidia. Ph. III, 5, 41.

*Vecordia*, infania, malignitas. Andr. IV, 1, 2.

*Vestēs*, Eun. IV, 7, 4 *palus grandior, quali & utebantur bello.* Caes. B. C. 2, 11. Hor. od. III, 26, 7 *apte h. l. dicit vestes foribus minaces.*

*Venustus*, Andr. I, 1, 93 in quo multa est gratia, s. ad alios sibi conciliandos factus; cui Venus favet.

*Venustatis plenior*, Hec. V, 4, 9 h. e. felicior in amore f. a Venere favente; cui contrarium est *invenustus* Andr. I, 5, 11.

*Verbenae*, sunt herbae frondesque festae, ad aras coronandas. Andr. IV, 4, 5.

*Verbum*, Hec. III, 3, 12 nuntius, h. l. boni; uti Andr. I, 5, 6 mali. Alias & *verbum* notat orationem s. sententiam, proverbium. Andr. II, 5, 15; V, 3, 14. Eun. I, 2, 95; IV, 5, 6. Ad. V, 1, 17 & 6, 29. *Verba commutare*, alterari; *unum*, Andr. II, 4, 8; *tria*, Ph. IV, 3, 33.

*Verus vultus*, nativus s. sincerus, qui animum ostendit; non fictus aut simulatus. Andr. V, 1, 20. *color verus*, Eun. II, 2, 26.

*Victus*, coactus. Hec. IV, 1, 13.

*Vietus*, mollis, sine vi inflexus, rugosus; a *vieo*, inflecto [unde *vimen* est] Eun. IV, 4, 21.

*Vostrarum*, vestrum. Hec. II, 1, 43.

*Vultus*, vid. sub *forma* & *verus*.

FINIS.



